

STUDI E TESTI
116

EMMANUEL CANDAL, S. I.
IN PONT. INST. ORIENT. STUD. PROF.

NILUS CABASILAS
ET THEOLOGIA S. THOMAE DE PROCESSIONE SPIRITUS SANCTI

NOVUM E VATICANIS CODICIBUS SUBSIDIUM
AD HISTORIAM THEOLOGIAE BYZANTINAE
SAECULI XIV
PLENIUS ELUCIDANDAM

CITTÀ DEL VATICANO
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
MDCCCCXLV

PRINTED IN ITALY

IMPRIMI POTEST:

Romae, die 28 Martii 1945.

Aemilius Herman S. J.
Praeses Pontificii Instituti Orientalium Studiorum

IMPRIMATUR:

Datum in Civ. Vat., die 1ª Iulii 1945.

† Fr. A. C. De Romanis Ep. Porphyreonen.
Vic. Gen. Civitatis Vaticanae

TIPOGRAFIA POLIGLOTTA VATICANA

AL REV.MO PADRE

DOM ANSELMO MARIA ALBAREDA O. S. B.

ILUSTRE PREFECTO

DE LA BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA

ESPLENDIDO PATROCINADOR

DE INVESTIGACIONES CIENTIFICAS

SOBRE EL TESORO INEXHAUSTO

DE LOS MANUSCRITOS

VATICANOS

PRAEFATIO

Equidem Orientalium Theologiae studiosis celebrem Auctorem Graecum saeculi XIV plenius quam hucusque cognoscendum, atque ex parte saltem legendum tradere, hisce, quaecumque illae sunt, notulis intendi. Cum enim ad hanc usque diem in manuscriptis Bibliothecarum codicibus lateat praegrandis Nili Cabasilae tractatus *De Processione Spiritus Sancti* contra Latinos, eum mihi nunc quomodolibet examinandum proposui, qualis in optimo Codice Apostolicae Bibliothecae Vaticanae sub signatura « Vaticanus graecus 1117 » ineditus habetur.

Quin imo ut exemplar cuiusdam partis huius operis adducere possem, postremam elegi, quae a folio 273^{v} ad 354^{r} protenditur, eamque tum in textu originali graeco, fideliter transcripto, tum latine redditam in lucem afferendam curavi. Quo fit ut, simul ac stili Cabasiliani notitia quaedam habetur, modus innotescat, quo propria argumenta congerere et adversariorum rationes dissolvere Nilus solet. Adumbratur praeterea dogmaticarum pugnarum Ecclesiae separatae Graecae cum Latina novus, ut arbitror, adspectus: ille, videlicet, qui in impugnatione divi Thomae Aquinatis positus est, et qui a medietate saeculi XIV, cum versiones eius operum evulgari coeperunt, Byzantii potissimum magnum incrementum attigit.

Novus, inquam, adspectus erit. Quamvis enim ante non multos annos cl. Professor Michael Rackl, tam in ephemeridibus periodicis Friburgensibus « *Divus Thomas* »,[1] quam in Collectione « *Xenia Thomistica* »[2] rem nostram attigerit,

---

[1] M. RACKL, *Die ungedruckte Verteidigungsschrift des Demetrios Kydones für Thomas von Aquin gegen Neilos Kabasilas. Divus Thomas*, Freiburg, VII (1920) 303-317.

[2] M. RACKL, *Der Hl. Thomas von Aquin und das Trinitarische Grundgesetz in byzantischer Beleuchtung. Xenia Thomistica*, vol. III, Romae (1925), 363-389.

tamen potius ipse in referenda refutatione Cabasilae a praeclarissimo Demetrio Cydonio concinnata intentus esse videtur. Ipsius autem operis Nili Thessalonicensis accuratum studium ibi non instituitur, sed veluti e transverso, ut ita dicam, et simul cum desiderio ac spe, ut ipse confitetur, fore aliquando ut investigationem hanc sibi resumere liceat. [1] Igitur cum postea quam illa scripta fuere, nihil amplius huic rei opera benemerentis viri additum sit, spes mihi affulget ut nova quadam luce controversia haec doctrinalis de Processione Spiritus Sancti collustretur. Sic quoque fortasse eveniet ut quadamtenus nova quaedam capita adiciantur iis, quae indefessae sagacitati Emi Domini Ioannis Cardinalis Mercati debentur, pro historia byzantinae theologiae amplius investiganda. [2]

Verumtamen prius quam ad analysim manuscripti Codicis de quo agimus, deveniamus, quaedam subicienda erunt, ad pleniorem nostri hominis cognitionem hauriendam, ex qua non parum luminis suborietur, ut perspiciamus quid exinde sentiendum sit de huius operis pretio et an revera utilitas et praestantia rei cum encomiis transactorum saeculorum, tam de Auctore quam de operibus eius, proportionem servent.

Quod enim ornatissimum nomen hic Nilus, Thessalonicensis Archiepiscopus, adeptus sit hucusque, et quod specialis ipsi nota circumstet in controversia Trinitaria, cum primus sit inter Orientales Sancti Thomae Aquinatis impugnator, quemadmodum ex dicendis patebit, [3] ambigendum minime est; quibus autem titulis celebritas illa sustentetur, et an theologica quoque, non historica solummodo magni

---

[1] M. Rackl, *Divus Thomas* VII, art. cit., pag. 305.

[2] Giovanni Mercati, *Notizie di Procoro e Demetrio Cidone, Manuele Caleca e Teodoro Meliteniota, ed altri appunti per la Storia della teologia e della letteratura bizantina del secolo XIV.* Vol. 56 Collectionis *Studi e Testi,* Città del Vaticano (1931). Hoc opus deinceps ita citabitur: Mercati, *Notizie ed Appunti.*

[3] Vide, sis, interea opus Mercati, *Notizie ed Appunti,* pp. 137-38. Animadvertas aliquantulum duriori loquutione expressum esse hoc loco generale operis Cabasiliani iudicium.

hominis laude, Nilus noster affici debeat, id in decursu huius laboris perpendendum erit.

Itaque opus meum tribus partibus completur, quarum prima ipsum Cabasilam historice cognoscendum pro scopo habet, cum ea omnia proferantur (etsi pauca sunt), quae de ipso in editis vel ineditis fontibus reperire mihi contigit; quibus profecto indolem eius satis clare, ut puto, conicere licebit, ut valor operis recte, quoad eius fieri possit, deinceps perpendatur. In altera vero parte studium quoddam generale instituitur praecipui operis Nili *De Processione Spiritus Sancti*; ubi, ut par est, descriptio fit Vaticani Codicis graeci 1117, quo praecipue in his exarandis usus sum, et ex quo latinam versionem confeci. Post statutam autem intrinsecam operis divisionem, fontes schismatici tractatus apponuntur, et alia quaedam ut Sanctorum Patrum usus et similia, ad pleniorem operis cognitionem opportuna, breviter exhibentur. Tertia, eaque praecedentibus longior pars, quindecim Cabasilianae refutationis capitum analysim offert: eorum nempe, quae postremo loco ab ipso ponuntur, quaeque totidem syllogismis vel probationibus e ratione petitis continentur, et quae directe vel indirecte ut ab Angelico Doctore ad tuendum catholicum Dogma scripta esse proferuntur.

His denique tribus partibus laboris mei textus ipse Nili Thessalonicensis accedit. Et quidem textus graecus simpliciter editur, ut in Cod. Vaticano exstat; ipse autem et versio latina quae apponitur, praeter apparatum criticum, notis illustrantur, potissimum pro citationibus plurimis verificandis, quibus Cabasilas lucubrationem suam intexuit. De methodo autem et ratione, qua editio huius operis nunc primum fit, nihil hoc loco subiciam; siquidem illa omnia immediate ante textum ipsum commodius deinde tractabuntur.

Animadvertas, quaeso, longissimum opus conscribendum fore, si omnia et singula capita, quae fusiori calamo a Cabasila tractata sunt, commentariis illustrare deberem; ideoque

satis scopo meo facere censui, illa potissimum seligens, quae, praeter quam quod attentionem merentur, plus novitatis afferre possent.

Et haec quidem introductionis gratia dicta sint.

Solum igitur restat ut gratias quam maximas acceptas referam imprimis Eño Domino IOANNI MERCATI S. R. E. Cardinali, qui, pro sua munifica benevolentia et erga studia quae Orientem christianum spectant propensione, hoc meum qualecumque opus de rebus theologicis byzantinis sub patrocinio suo sponte et animo suscepit.

Tum gratias ago perlibenter Revño P. Domino ANSELMO M. ALBAREDA O. S. B., Apostolicae Bibliothecae Vaticanae Praefecto, quippe qui singulari voluntate librum hunc in serie praestantissimorum eiusdem Bibliothecae Commentariorum «*Studi e Testi*», quibus ipse sapienter moderatur, etiam his difficillimis temporum adiunctis, edere voluerit.

Quod autem attinet ad Patres Societatis Iesu, qui mecum simul in Pontificio Instituto Orientalium Studiorum adlaborant, quotquot uno vel alio modo mihi auxilio fuerunt, omnibus grates ago; ac peculiari ratione RR. PP. MAURICIO GORDILLO et FRIDERICO TAILLIEZ, quorum primus praeter quam quod Nilum Cabasilam mihi cognoscendum dederit, consiliis optimis adfuit; alter vero tum in corrigendis operosis textus graeci plagulis, tum vel maxime in nonnullis philologiam attinentibus, ad textum ipsum accuratius stabiliendum, perquam diligenter operam suam navavit.

Omnia denique haec ad maiorem Dei gloriam directa sunto, quae quidem maxime augeri poterit, si sinceris studiosorum conatibus, mutua Orientalium et Occidentalium rerum notitia habita, christianorum omnium gentes ad optatam Unionem pressius impelluntur.

EMMANUEL CANDAL, S. I.

Scribebam Romae, 13 maii 1944,
die festo S. Roberti Bellarmino S. I., Ecclesiae Doctoris.

NOTA BIBLIOGRAFICA

A) FONTES ADHIBITI

1) Ex manuscriptis codicibus:

Roma, *Bibliotheca Apostolica Vaticana:*

Palatinus gr. 409, miscellaneus, s. XVI (Opera Trinitaria Nili Cabasilae et Nicolai Methonensis).

Vaticanus gr. 101, s. XIV (Epistolarium autographum Demetrii Cydonii).

Vaticanus gr. 172, miscellaneus, s. XV (ff. 139-183 Synodicon Ecclesiae Thessalonicensis).

Vaticanus gr. 609, miscellaneus, s. XIV (ff. 9-131; 147-172 Summa Theologica S. Thomae, pars I; versio Demetrii Cydonii et quoad maximam partem autographum ipsius).

Vaticanus gr. 613, s. XV (Summa contra Gentiles — integra — S. Thomae; versio Demetrii Cydonii).

Vaticanus gr. 614, miscellaneus, s. XIV (ff. 110-126 Apologia S. Thomae Aquinatis a Demetrio Cydonio facta adversus Nili Cabasilae opus).

Vaticanus gr. 616, s. XIV (Lib. III-IV Summae contra Gentiles; versio Demetrii Cydonii, apographum amanuensis eius Manuelis Tzycandilis cum annotationibus autographis auctoris).

Vaticanus gr. 632, miscellaneus, s. XV (f. 96 Epistola sic dicta theologica Nili Cabasilae ad nepotem Nicolaum).

Vaticanus gr. 1093, miscellaneus, s. XIV (ff. 25-32 Summarium operis Nili Cabasilae de Spiritus S. processione a Manuele Caleca O. P. exaratum – autographum –. Praeterea ff. 65-82 Opusculum S. Thomae De rationibus Fidei ad Cantorem Antiochenum; versio Demetrii Cydonii). *

Vaticanus gr. 1102, miscellaneus, s. XIV (ff. 55-76 Apologia propriae Fidei ad Orthodoxos Graecos; autographum Demetrii Cydonii).

Vaticanus gr. 1109, miscellaneus, s. XV (Compendium operis Trinitarii Nili Cabasilae a Demetrio Chrysolora factum cum geometricis schematibus uniuscuiusque Latinorum argumenti. Praeterea Dialogus eiusdem adversus opus Demetrii Cydonii pro defensione S. Thomae).

---

* Codex hic recentiori tempore e dispersis foliis compactus (vid. « *Studi e Testi* », 56, p. 93), inter folia manu Manuelis Calecae — fere omnia — scripta inclusit etiam haec quae, ut videtur, eiusdem manus sunt ac Vat. gr. 613, ac proinde ad saec. XV pertinere dicenda essent.

Vaticanus gr. 1115, miscellaneus, s. XIV (ff. 2-35 Dialogi Nicetae Maronensis de Spiritu Sancto).

Vaticanus gr. 1117, miscellaneus, s. XIV (ff. 27-354 Opus Nili Cabasilae de processione Spiritus Sancti contra Latinos, praesertim vero S. Thomam).

Vaticanus gr. 1757, miscellaneus, s. XV (Idem opus Nili Cabasilae eiusdemque Tractatus de pseudo-Synodo Photiana).

Roma, *Regia Bibliotheca Vallicellana:*

Cod. 87 (*F 22*), miscellaneus, s. XV (ff. 428-433 Opus Nili Cabasilae contra Acindynianos de essentiae et operationis divinae reali distinctione).

2) EX OPERIBUS IAM EDITIS:

BEVEREGIUS G., *Συνοδικόν, sive Pandectae Canonum SS. Apostolorum et Conciliorum ab Ecclesia graeca receptorum...*, t. II, Oxonii 1672, pp. 273-294.

CONSTANTINUS MELITENIOTA, *De ecclesiastica Unione Latinorum et Graecorum et de Processione Spiritus Sancti per Filium, orationes duae.* MG 141, 1031-1274.

DEMETRIUS CYDONIUS, *Epistula ad Barlaamum de Processione Spiritus Sancti.* MG 150, 1283-1301.

DOSITHEUS Hierosolymitanus, *Τόμος συνοδικὸς ἐκτεθεὶς παρὰ τῆς θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου τῆς συγκροτηθείσης κατὰ τῶν φρονούντων τὰ Βαρλαάμ τε καὶ Ἀκινδύνου ἐπὶ τῆς βασιλείας τῶν εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων Βασιλείων ἡμῶν Καντακουζήνου καὶ Παλαιολόγου.* In opere *Τόμος Ἀγάπης*, Jassy 1698. (Est Tomus Synodicus anni 1351 a NILO CABASILA et PHILOTHEO KOKKINO compositus).

FUNK Fr. X., *Didascalia et Constitutiones Apostolorum*, t. I, Paderbornae 1905.

GEORGIUS PHRANTZA, *Chronicon maius*; ex edit. Iacobi PONTANI. MG 156, 637 ss.

GIUSTINIANI H., *Acta sacri oecumenici Concilii Florentini*, Romae 1638.

GREGORIUS PALAMAS, *Physica, theologica, moralia et practica capita CL.* MG 150, 1121-1226.

IOANNES BECCUS, *Epigraphae, sive praescriptiones* in dicta ac sententias Sanctorum Patrum a se collectas de Processione Spiritus Sancti. MG 141, 613-724.

IOANNES VI CANTACUZENUS Imp., *Historiarum libri IV.* MG 153 et 154.

IOANNES CYPARISSIOTA, *Palamiticarum transgressionum liber I.* MG 152, 663-698.

MANSI I. D., *Sacrorum Conciliorum nova et amplissima collectio*, Florentiae, Parisiis, Lipsiae. (Citatur hoc modo = MANSI).

MIGNE I.-P., *Patrologiae Cursus completus.* Series Latina, series Graeca, Parisiis. (Citatur hoc modo = ML, MG).

MIKLOSICH-MÜLLER, *Acta et Diplomata graeca Medii Aevi sacra et profana*. T. I., *Acta Patriarchatus Constantinopolitani*, Vindobonae 1860.
NICEPHORUS BLEMMYDA, *Oratio I, demonstrans Sanctorum testimoniis «per Filium» et «ex Filio» Spiritum Sanctum dici*. Ad Iacobum, Bulgariae Archiepiscopum. MG 142, 533-566.
— *Oratio II, de nonnullis dogmaticis quaestionibus*. Ad pium Imperatorem Const/pnum Theodorum Ducam Lascarium. MG 142, 565-584.
NICEPHORUS GREGORAS, *Byzantinae Historiae* libri XIX-XXII. MG 148.
PETIT-SIDÉRIDÈS-JUGIE, *Œuvres complètes de Gennade Scholarios*, Paris 1928-1936.
PHILOTHEUS, Const/pnus Patriarcha, *Λόγος ἐγκωμιαστικὸς εἰς τὸν ἐν ἁγίοις πατέρα ἡμῶν Γρηγόριον Ἀρχιεπίσκοπον Θεσσαλονίκης τὸν Παλαμᾶν* Ex edit. principe Homiliarum GREGORII PALAMAE Hierosolymis facta. MG 151, 551-656.
ῬΑΛΛΗΣ Γ. ΚΑΙ ΡΟΤΛΗΣ Μ., *Σύνταγμα τῶν θείον κανόνων*, t. V, Athenis 1885.
SIMEON THESSALONICENSIS, *Dialogus adversus omnes haereses*. MG 155, 33-176.
SYROPULUS S.-CREYGHTON R., *Vera Historia Unionis non verae inter Graecos et Latinos, sive Concilii Florentini exactissima narratio*, Hagae-Comitis 1660.
THOMAS AQUINAS (S.), *Opera omnia* (ex editionibus Piana et Leonina).

B) AUCTORES CONSULTI

AENEAS Parisiensis, *Liber adversus Graecos*. ML 121, 683-762.
ALLATIUS L., *De Ecclesiae Occidentalis atque Orientalis perpetua consensione Libri tres*, Coloniae Agripinae 1648.
— *De octava Synodo photiana*, Romae 166?.
— *Ἐγχειρίδιον περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ Ἁγίου Πνεύματος*, Romae 1658.
— *Diatriba de Nilis*. MG 149, 671-684. Seu in Bibliotheca Graeca Io. ALBERTI FABRICII, vol. V, pp. (supplem.) 59-71, Hamburgi 1723.
ARCADIUS, (vid. EUSTRATIADES S.).
ARCUDIUS P., *Opuscula aurea Theologica circa Processionem Spiritus Sancti*, Romae 1630.
BASSI D., (vid. MARTINI-BASSI).
BESSARION Card., *Sapientissimi Cardinalis Domini Bessarionis responsio ad Ephesii capita*. MG 161, 137-244.
BOIS J., *Les débuts de la controverse hésychaste*. In period. *Echos d'Orient*, t. V (1902) pp. 353-362.
— *Le Synode hésychaste de 1341*. In *Echos d'Orient*, t. VI (1903) pp. 50-60.
BRIQUET C. M., *Les filigranes*, voll. I-IV, Paris 1907.
CAIETANUS Card. (Thomas de Vio), *Commentaria in Summam Theologicam Sancti Thomae Aquinatis*. In edit. operum S. Thomae Leonina.
CAMMELLI I., *Démétrius Cydonès. Correspondance* (Textus et versio), Paris 1930.

CAMMELLI I., *Personaggi bizantini dei secoli XIV-XV, attraverso le epistole di Demetrio Cidonio.* In period. *Bessarione*, t. 36 (1920), pp. 76-108.

CANDAL E., S. I., *Bessarion Nicaenus in Concilio Florentino*, in *Orientalia Christiana Periodica* VI, 3/4 Romae (1940), pp. 417-466.

CAPREOLI I., *Defensiones theologiae divi Thomae Aquinatis*, t. II, Turonibus (1900).

DEMETRAKOPOLUS A., *Ἱστορία τοῦ σχίσματος τῆς Λατινικῆς Ἐκκλησίας*, Lipsiae 1867.

— *Ὀρθόδοξος Ἑλλάς, ἤτοι περὶ τῶν γραψάντων κατὰ Λατίνων καὶ περὶ συγγραμμάτων αὐτῶν*, Lipsiae 1872.

DEMETRIUS CYDONIUS, *Monodia occisorum Thessalonicae*. MG 109, 639 ss.

ENGBERDING H., *Nilus Kabasilas*. In *Lexikon für Theologie und Kirche* VII, Freiburg 1935, p. 595.

EUSTRATIADES S. et ARCADIUS, *Catalogue of the greek manuscripts in the library of the Monastery of Vatopedi on Mt. Athos*. In *Harvard theological Studies*, XI, Cambridge 1924.

FERRARIENSIS (De Silvestris F.), *Commentaria in Summam contra Gentiles*. In edit. operum Sancti Thomae Leonina.

FESTA N., Editio et versio latina *Dialogorum Nicetae Maronensis de Spiritu Sancto*, ex cod. Vat. gr. 1115. In period. *Bessarione*, voll. 28-31 (1912-1915). – (Vid. PALMIERI A.).

FRANCO N. (Papas), *I codici Vaticani della versione greca delle opere di San Tommaso d'Aquino*. (Nel giubileo episcopale di Leone XIII (19 feb. 1893), omaggio della Biblioteca Vaticana).

GARDTHAUSEN V., *Griechische Palaeographie*, Leipzig 1911.

GASS-MEYER Ph., *Kabasilas Nilos und Nikolaos*. In *Realencyklopädie für protestantische Theologie und Kirche* IX, Leipzig 1901, p. 667 ss.

GEORGIUS METOCHITA, *Refutatio trium capitum a Maximo Planude, monacho, editorum*. MG 141, 1275-1308.

GEORGIUS SCHOLARIOS, (vid. MARCUS EUGENICUS).

GORDILLO M., S. I., *Compendium Theologiae Orientalis*, Romae 1939².

GRUMEL V., *Le « Filioque » au Concile photien de 879/880 et le témoignage de Michel d'Anchielos*. In *Echos d'Orient.*, t. 29 (1930), pp. 257-264.

— *S. Thomas et la doctrine des Grecs sur le Saint-Esprit*. In *Echos d'Orient*, t. 25 (1926), pp. 257-280.

GUILLAND R., *Correspondance de Nicéphore Grégoras*, Paris 1927.

HEFELE-LECLERCQ, *Histoire des Conciles d'après les documents originaux*. T. VII/2, Paris 1916.

HERGENRÖTHER I., *De Niceta Maroneae, Thessalonicensi Metropolita, eiusque Dialogis de Processione Spiritus Sancti monitum*. MG 139, 165-168.

— *Photius, Patriarch von Constantinopel*, Regensburg 1867-1869.

HOFMANN G., S. I., *Die Konzilsarbeit in Florenz*. In *Orientalia Christiana Periodica*, IV, Romae (1938), pp. 157-188; 372-422.

IOANNES BECCUS, *De Unione veteris et novae Romae.* MG 141, 15-158.
— *De processione Spiritus Sancti.* MG 141, 157-276.
— *De omnibus suis libris et scriptionum suarum consensione animadversio.* MG 141, 1019-1028.
JUGIE M., *Theologia Dogmatica Christianorum Orientalium*, Paris, t. I (1926), t. II (1933), t. IV (1931).
— *De processione Spiritus Sancti ex fontibus Revelationis et secundum Orientales dissidentes.* In *Lateranum* (Nova series, nn. 3-4) Roma 1936.
— *Barlaam de Seminara.* In *Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiastiques*, t. VI, c. 817-834. (Citatur hoc modo = DHG).
— *Démétrius Cydonès et la théologie latine à Byzance aux XIV*[e] *et XV*[e] *siècles.* In *Echos d'Orient*, t. 27 (1928), pp. 385-402.
— *Nicétas de Maronée.* In *Dictionnaire de Théologie Catholique*, t. XI, c. 473-477. (Citatur hoc modo = DTC).
— *Où en est la question de la procession du Saint-Esprit dans l'Eglise gréco-russe?* In *Echos d'Orient*, t. 19 (1920), pp. 257-277.
— *Palamas Grégoire.* In DTC, t. XI/2, c. 1735-1776.
— *Palamite* (*Controverse*). In DTC, t. XI/2, c. 1777-1818.
KRUMBACHER K., *Geschichte der byzantinischen Literatur*, t. IX/1, München 1897^2, pp. 109-110.
LAMPROS S. P., *Catalogue of the greek manuscripts on Mount Athos*, Cambridge, vol. I (1895), vol. II (1900).
LAURENT V., *Le cas de Photius dans l'apologétique du Patriarche Jean XI Beccos* (*1275-1282*) *au lendemain du II*[e] *Concile de Lyon.* In *Echos d'Orient*, t. 29 (1930), pp. 396-415.
— *La correspondance de Démétrius Cydonès.* In *Echos d'Orient*, t. 30 (1931), pp. 339-354.
— *Philothée Kokkinos.* In DTC, t. XII, c. 1498-1509.
LEGRAND E., *Bibliographie hellénique; XVII*[e] *siècle*, t. I, Paris 1894.
LESSIUS L., S. I., *De perfectionibus moribusque divinis*, Antwerpiae 1620.
MANUEL CALECAS, *Contra Graecorum errores Libri IV.* (Latine solum). MG 152, 13-258.
MARCUS EUGENICUS, Ephesius Metropolita, *Capita syllogistica adversus Latinos et responsio sapientissimi Domini Georgii Scholarii*, MG 161, 11-138.
MARTINI AE.-BASSI D., *Catalogus codicum graecorum Bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis*, Mediolani 1906.
MATTHAEI Ch. F., *Accurata codicum graecorum manuscriptorum Sanctissimae Synodi notitia et recensio*, Lipsiae 1805.
MAXIMUS Confessor (S.), *In librum de divinis Nominibus scholia.* MG 4, 185-416.
MERCATI I., *Notizie di Procoro e Demetrio Cidonio, Manuele Caleca e Teodoro Meliteniota, ed altri appunti per la storia della teologia e della letteratura bizantina del secolo XIV.* In collectione *Studi e Testi* n. 56. Città del Vaticano (Biblioteca Apostolica Vaticana) 1931.

MERCATI I., *Per l'Epistolario di Demetrio Cidone*. In *Studi bizantini e neoellenici*, t. III, Roma (1931), pp. 201-230.

MEYER Ph., (vid. GASS-MEYER).

MOURRET F., *Histoire générale de l'Eglise*, t. IV: *La Chrétienté* (Xe-XIVe siècles), Paris 1925.

NILLES N., S. I., *Kalendarium manuale utriusque Ecclesiae Orientalis et Occidentalis*, Oeniponte t. I (1896), t. II (1897).

OMONT H., *Inventaire sommaire des manuscrits de la Bibliothèque Nationale*, Paris 1886-1898.

— *Inventaire des manuscrits grecs et latins donnés à Saint-Marc de Venise par le Cardinal Bessarion en 1468*, Paris 1894.

PALMIERI A., *Niceta di Maronea e i suoi Dialogi sulla Processione dello Spirito Santo*. In *Bessarione* (1912) ser. III, vol. IX (seu vol. 28). (Versio latina et editio textus pertinent ad Professorem Regiae Universitatis Romanae Nicolaum FESTA). - (Vid. FESTA N.).

PAPADOPULOS-KERAMEUS A., *Catalogus codicum graecorum Bibliothecarum Patriarchatus Hierosolymitani*, Petrogradi t. IV (1899), t. V (1915).

PETIT L., *Documents relatifs au Concile de Florence*. I *La question du Purgatoire à Ferrare*. In *Patrologia Orientalis* R. GRAFFIN-F. NAU, vol. XV, Paris 1927.

— *Les Evêques de Thessalonique*. In *Echos d'Orient*, t. 4 (1900-1901) pp. 136-145; 212-221; t. 5 (1902) pp. 90-97; t. 6 (1906) pp. 292-298.

— *Le Synodicon de Thessalonique*. In *Echos d'Orient*, t. 13 (1918), 236-254.

RACKL M., *Der Hl. Thomas von Aquin und das Trinitarische Grundgesetz in byzantinischer Beleuchtung*. In *Xenia Thomistica*, vol. III, Romae 1925, pp. 363-389.

— *Die griechische Uebersetzung der Summa Theologiae des Hl. Thomas von Aquin*. In *Byzantinische Zeitschrift*, XXIV (1924), pp. 48-60.

— *Die ungedruckte Verteidigungsschrift des Demetrios Kydones für Thomas von Aquin gegen Neilos Kabasilas*. In *Divus Thomas*, Freiburg 1920, t. VII, pp. 303-317.

RATRAMNUS, Corbeiensis monachus, *Contra Graecorum opposita Romanam Ecclesiam infamantium libri quatuor*. ML 121, 223-346.

REGEL W., *Actes de l'Athos, IV: Actes de Zographou*. Petrogradi, *Vizantiiskii Vremennik*, vol. XIII (1906), Supplementum (1907).

RÉGNON (DE) Th. S. I., *Etudes de théologie positive sur la Sainte Trinité*, t. I, Paris 1892.

RISSO P., *Matteo Angelo Panaretos e cinque suoi opuscoli*. In ephem. *Roma e l'Oriente*, VIII-XII (1914-1916).

ΣΑΚΚΕΛΙΩΝΟΣ I., *Πατμιακὴ Βιβλιοθήκη, ἤτοι ἀναγραφὴ τῶν.... τεθησαυρισμένων χειρογράφων τεύχων....*, Athenis 1890.

SALAVILLE S., *Un thomiste à Byzance au XVe siècle: Gennade Scholarios*. In *Echos d'Orient*, t. 23 (1924), pp. 129-136.

SILVESTRIS (DE) F., (vid. FERRARIENSIS).

SLIPYI I., *Num Spiritus Sanctus a Filio distingueretur si ab eo non procederet?* Leopoli 1927.

SOUARN R., *Tentative d'union avec Rome: un Patriarche grec catholique au XIIIe siècle.* In *Echos d'Orient*, t. 3 (1889/90), pp. 229-237; et 351-360.

SPYRIDON et Sophronius EUSTRATIADES, *Catalogue of the greek manuscripts in the library of the Laura on Mount Athos.* In *Harvard theological Studies*, XII, Cambridge 1925.

STEVENSON H. (Senior), *Codices manuscripti Palatini Bibliothecae Vaticanae.* Romae 1885.

TAFRALI O., *Thessalonique au quatorzième siècle*, Paris 1913.

— *Thessalonique des origines au XIVe siècle*, Paris 1919.

THOMAS DE VIO, (vid. CAIETANUS).

VAILHÉ S., *Constantinople (Eglise de).* In DTC, t. III/2, c. 1307-1519.

VASILIEV A. A., *Histoire de l'Empire Byzantin*, (traduit du russe par P. BRODIN et A. BOURGUINA), t. I, II, Paris 1932.

VERNET F., *Nil Cabasilas.* In DTC, t. II/2, c. 1295-1297.

INTRODUCTIO HISTORICO-THEOLOGICA
IN OPUS TRINITARIUM
NILI CABASILAE

PARS PRIMA

NILUS CABASILAS

CAPUT I

Cabasilarum domus

1. Pauca admodum ad nos pervenerunt documenta ex quibus Nili Cabasilae vitam per diversas periodos adumbrare possimus. Quaedam tamen notae magni pretii colligendae sunt, quae hinc inde sparsa reperiuntur. Primum enim ex Demetrakopulo discimus [1] Nilum floruisse sub Ioannis Cantacuzeni et Ioannis Palaeologi imperio, qui, ut notum est, byzantinam rempublicam decimo quarto saeculo gubernarunt, primus quidem annorum tredecim spatio (1341-1354) in duabus regentiis et dein ut Imperator constitutus; alter vero ut legitimus Imperator ab anno decessus patris sui, Andronici III (1341) fere usque ad finem saeculi (1391), quo anno et ipse Palaeologus V morti occubuit. [2] Activitatem autem nostri Auctoris medio saec. XIV incrementum maximum obtinuisse, pro certo habendum est; [3] idque pro huius investigationis scopo praecipuam utilitatem afferre posse censemus.

Quo autem anno Nilus Cabasilas lucem viderit, prorsus adhuc ignoramus. Si tamen attendimus ad id, quod a Nicephoro Gregora narratur de disputatione ob palamiticam quaestionem a se ipso cum Nilo habita, non imprudenter diceremus hunc, ut minimum, saeculo XIII ad finem vergente ortum habuisse. Colloquium enim illud anno 1351 celebrabatur, et tunc temporis Cabasilas depingitur sat aetate provectum: « ... cum tantam prudentiam et senectutem ade-

---

[1] DEMETRAKOPULUS, *Graecia Orthodoxa*, p. 76. Cum ipso consonant omnes Auctores: KRUMBACHER, JUGIE, MERCATI...

[2] Cf. A. A. VASILIEV, *Histoire de l'Empire Byzantin*, t. II, pp. 298 ss.

[3] Videas apud ALLATIUM curiosas Bonaventurae VULCANI et NEANDRI disquisitiones de aetate qua NILUS noster floruerit (FABRICIUS, *Bibliotheca Graeca*, Lib. V, [ALLATII *Diatriba de Nilis*], n. XIV, pp. 61 s.).

ptus fueris » ait Gregoras. [1] Accuratiorem autem nativitatis eius datum praebere, difficile est.

2. Ex clara nobilique domo oriundum eum fuisse arbitramur, quae etiam domus pro summi momenti rebus byzantinorum Imperatoribus tam in consiliis quam in negotiis gerendis prope adstitit, et ab ipsis Imperatoribus honorificis muneribus et pergrata amicitia decorata est. Id evenisse certo constat nepoti nostri Nili, Nicolao, cognomento pariter Cabasilae, sicut Historia Byzantina Gregorii Phrantzae edocet nos. Verba ipsa Chronicorum eius transcribere iuvat, quoniam ex ipsis Cabasilarum domum deditam servitio Imperatorum fuisse comperimus: « Hic loci — inquit — de sanctissima Thomaide narrandum nobis est. Ex honesta familia Orientis in Asia progenerata erat. Parentibus orbatam cognati Constantinopolim perduxerunt, et sorori trium Archiepiscoporum ac fratrum et imperatorum, matri sapientissimi viri Nicolai Cabasilae, tradiderunt, a qua educata et instituta est. Ea, interiecto aliquo tempore, Thessalonicam abiit, in qua urbe Cabasilas, ipsius frater, esset Archiepiscopus ». [2]

3. Ut autem de ipso Nilo familiarem consuetudinem cum regia domo affirmare possimus, forsitan aliquantulum lucis dabit quaedam Demetrii Cydonii epistula, paulo ante annum 1347, cum ipse

---

[1] NICEPHORUS GREGORAS, *Byzant. Hist.* Lib. XXII, c. IV; MG 148, 1329 C.

[2] GREGORIUS PHRANTZA, *Chronicon maius*, Lib. II, n. 5; MG 156, 750 C-751 A. Paulo aliter idem habetur apud ALLATIUM, *De Ecclesiae Occident. et Orient. perpetua consensione*, Lib. II, c. XVIII, n. 9.

Ipse Nicolaus (ut verba Allatii transferam) « primum quidem fuit sacelli imperialis curator, quo munere perfungens, missus est a Ioanne, Patriarcha Constantinopolitano anno circiter 1346 ad Cantacuzenum Imperatorem, ut eum ad imperium deponendum adduceret; anno autem 1347 a Cantacuzeno, Constantinopolim recens oppugnatam ingresso, ad Annam Imperatricem in palatium legatus est, ut ei pacis conditiones a victore illi latas proponeret » (ALLATIUS in *Bibliotheca* FABRICII, t. X, p. 459. Textus recentius editus habetur in MG 150, 365 s.). Vinculis quoque amicitiae eadem Cabasilarum familia Cantacuzeno ligata erat. Eodem enim Nili nostri nepote usus est Imperator, tanquam fidentissimo amico, a quo solatii pensum repeteret, cum, publicorum negotiorum pertaesus, vitam monasticam instituere cogitavit. « Addebant se ad hanc secessionem socios Nicolaus Cabasilas et Demetrius Cydonius, qui externae sapientiae fastigium attigerant, et moribus philosophantes vitam caelibem coniugaliumque perturbationum expertem amplexi fuerant. Quocirca praecipuum gratiae, amicitiae et familiaritatis locum apud Imperatorem obtinebant » (I. CANTACUZENI *Historiarum lib. IV, c. XVI*; MG 154, 125 AB).

longe a Constantinopoli abesset primasque animi commotiones de dubiis fidei suae persentiret, ad amicum quemdam missa, qui tunc quidem Imperatoris servitio addictus erat et qui secum a pluribus annis familiarissimus coniungebatur.

Placet autem quaedam ex hoc documento transcribere, quod, si ad Cabasilam nostrum directum est, ut opinamur, pulcherrimus fons esse videtur ut inexploratus vitae cursus Nili quomodolibet patefiat. « Equidem — ait Cydonius perpolito stilo utens — cum omnes scientiam colentes admiratione persequar, si quis huius rei laudi ornamentum addit bonae indolis, idemque sapientia sua apud eos, quibus eum novisse accidit, commendatur, ipsosque accedentes ad se bonitate sua allicit; hunc ego virum non quidem deum, at certe divinum appellare audeo. Hic enim profecto velut commune donum a Deo civitatibus mittitur, ut quibus datum est Deum sequi posse, viam ad eiusdem cognitionem aperiat. Ipsum etiam plus quam eos, qui muros nostros aedificarunt libertatemque defenderunt, honoribus omnes afficiant oportet ». [1]

4. Longum esset reliqua omnia, etsi pulcherrima, persequi; dixisse nunc sufficiat magnificas has laudes, quamvis aliis similibus viris quadrare possent, nulli certius quam magistro iuventutis suae, Nilo Cabasilae, Cydonium tribuisse, ut ex documentis deinceps adducendis ostendetur. Ceterum elogia haec nequaquam dedecent magistrum, seu dicam potius, egregium in omnium scientiarum genere manuductorem, quo diligens iuvenis Demetrius Thessalonicae, in florentissima utriusque patria civitate usus est.

Age iam, hunc antiquum amicum, sapientia et comitate plenum, quem « tanquam se ipsum diligit », [2] probe sciens eius ad studia contentionesque doctrinales animum promptiorem, hisce tandem verbis invitat « ut, *Imperatoris servitio paululum relicto*, animum trahas ad examinandas disputationes quae nobis cum Latinis longo iam tempore adesse contingunt ». [3] Ex his ergo verbis apparet Cabasilam nostrum anno circiter 1347 Constantinopoli degere, et Imperatoris Cantacuzeni regio quodam munere decoratum esse.

5. Attamen epistula haec revera ad Nilum scripta dici debet?

[1] Epistulam hanc haustam ex codicibus Vaticano gr. 101 (autographo) et Urbinate gr. 133, publici iuris fecit cum 49 aliis Iosephus Cammelli Parisiis a. 1930, in opere: *Démétrius Cydonès, Correspondance*. Locus citatus pertinet ad epist. sub numero 2 positam, p. 3, lineis numeratis 1-10.

[2] Ibidem, p. 3, lin. 10-11 « ... *καί σε ... φιλῶ μὲν ἴσον ἐμῇ κεφαλῇ* ... ».

[3] Ibidem, p. 4, lin. 23-26.

Ita equidem, omnibus perpensis, existimaverim, etsi dolendum valde est rem cum sola probabilitate, etsi non parva, declarari posse. Prodam igitur rationes, si quid valoris habent.

Scriptum hoc, ut diximus, anepigraphum exstat in codice autographo Vat. gr. 101 folio 75 recto et verso. Sed ex iudicio Emi Domini Mercati ad unum, ut videtur, ex Cabasilis referenda est. Ad quemnam? Clarus Auctor non videtur semper eandem sententiam tenuisse; nam in suo opere « Notizie ed Appunti » ad paginam 514 (in retractatione paginarum 369-70) videtur inclinare in nepotem Nili, Nicolaum Cabasilam; at cum ad finem eiusdem operis chronologiam Cydonianam tentat, Nilum potius assignare videtur. [1] Sed haec quaestio fortasse pendet ex alia de tempore, quo epistulam hanc Cydonius scripsit. Res iterum in incerto manet pro Domino Mercati, [2] at probari videtur sententia Iosephi Cammelli, qui eam paulo ante annum 1347 collocat.

6. Re quidem vera ad solutionem quandam afferendam, longum et difficile epistularum Cydonii examen instituendum foret, cum in manuscripto codice ordinem foliorum permixtum inveniri constet; multae autem ex eius litteris sine scriptionis anno et sine ullius destinatarii nomine leguntur. Rationibus igitur potius internis de re iudicandum est.

Iam vero, stilus epistulae valde conquisitus sine dubio iuvenem Cydonium prodit, ut puta viginti plus minus annos natum, quod bene quadrat anno 1347 vel paulo prius. Statum animi Cydonius manifestat primis dubiorum aculeis agitatum, imo potius inclinem ad veritatem orthodoxae fidei, in qua educatus erat, defendendam contra adversariorum rationes, quas solvere non poterat; ideoque, ut mihi videtur, etiam ex hac ratione ante epistulam celeberrimam ad Barlaamum datam (1347) haec, de qua agimus, reponenda erit. Haec enim ultima dubium quoque animum adhuc ostendit, sed ex perpensis rationibus magis in sententia Latinorum requiescentem. Praeterea propositum indicat in his litteris ipsum destinatarium adeundi, si id ad solutionem dubiorum suorum opus esset; quod certe verisimilius fit si etiam animadvertas Cydonium tunc temporis Constantinopolim adire cogitasse ut, Imperatorum favoribus impetratis, opem aliquam familiae suae ferre posset, sicut revera accidit post triumphalem in regiam urbem ingressum victoris Cantacuzeni (febr.

---

[1] Mercati, *Notizie ed Appunti*, p. 519.

[2] Mercati, ibidem.

1347), qui patrem Demetrii Cydonii, iampridem mortuum, amicitia sua et honoribus ditaverat. [1]

Iam, quod destinatarium epistulae spectat, haec quae sequuntur pro Nilo militare videntur. Primum quidem stilus ipse rhetoricam compositionem sapiens, qui gratus in discipuli calamo conspicuo institutori sonare posset. Laudes praeterea amplissimas viro tribuit, eique, prudentia sapientiaque praedito, se totum, etiam animi angores, fidenter committit. Numquid haec omnia potiori iure Nicolao Cabasilae convenire dicerentur, qui eiusdem fere aetatis ac Demetrius erat? Minus profecto probabile apparet turbatum iuvenem alterius iuvenis consilia in re gravissima, firma quadam solutionis obtinendae spe, postulare.

7. Quodsi, ut videtur, ad Nilum Demetrius scribebat, quanto iam tempore magister Constantinopoli adesset, certo determinari non posse arbitror. Fieri autem potuit ut occasione perturbationum civilium Thessalonicae inflictarum Cabasilas securitatem vitae suae et studiorum libertatem in capite imperii firmandam statueret. Nam illis quoque temporibus adversus nobilium familias insurgere coepit Zelantium, sic dicta, plebis persecutio. [2] Haec autem coniuratio potissimum Thessalonicam ut theatrum habuit; ubi turmae, nobilitatis inimicae, excusso Cantacuzeni iugo, liberam urbis administrationem democratico modo sibi arripuerunt, et usque adeo infeliciter res percrebuit, ut, cum anno 1345 [3] primates gentes ex civitate expellere perturbatores conati sunt, luctuosa illa largaque nobilium strages eveniret, qua scientiarum et artis emporium, nobilis Thessalonica, foedata est, et quam acribus lamentationibus et coloribus tetris ipse Cantacuzenus in Historiarum libris [4] et Demetrius Cydonius in Monodia sua [5] defleverunt. Nihil igitur mirandum foret si tot calamitatibus molestus Cabasilas noster Constantinopolim, periculis evasurus, adierit; eoque magis quo nepos eius Nicolaus iam tunc temporis assidua Cantacuzeni familiaritate fruebatur. [6]

---

[1] CAMMELLI, opus cit., p. XI s.

[2] O. TAFRALI, *Thessalonique au quatorzième siècle*, p. 224.

[3] Hic annus statuitur a TAFRALI, op. cit., p. 239, nota 4.

[4] IOANNES CANTACUZENUS, *Historiarum* Lib. III, c. XCIV; MG 153, 1259 ss.

[5] D. CYDONIUS, *Monodia occisorum Thessalonicae*; MG 109, 639 ss.

[6] Profectio CABASILAE ad Imperii caput accidere optime potuit annis 1344-1345, et sic etiam explicaretur amicitia GREGORAE erga ipsum, de qua in capite sequenti sermo erit, quae (ut ex ipso GREGORA apparet) iam anno 1351 vetus dicitur. Litterarum cultus, qui aderat utrique, familiaritate primum illos con-

Verumtamen locum incerta certis relinquere debent. Tria enim facta vel factorum series in vita nostri Nili occurrunt, quae ex ordine nunc referenda esse videntur: quorum primum in controversiis pro Palamitis positum est; alterum ad Cabasilae commercium cum Demetrio Cydonio pertinet; tertium vero in eius ad Archiepiscopatum Thessalonicensem promotione continetur. De quibus profecto quaedam singillatim subicienda sunt.

CAPUT II

Nilus Cabasilas in palamitica controversia

8. Negare non possumus Nilum Cabasilam active pro partibus hesychastarum militasse, imo unum ex praecipuis doctrinae Palamae fautoribus fuisse, qui etiam scriptis suis adversus hostes palamismi dimicavit. Nam praeter quam quod nomen eius in controversiarum palamiticarum historiis expressum exstat, quemadmodum ex libro XXII Byzantinae Historiae a Nicephoro Gregora compositae edocemur, [1] ubi longissima proditur disputatio Cabasilam inter et ipsum Gregoram, domi reclusum et Cantacuzeni favore privatum, clarissimumque exinde documentum accipimus ut Nilum nostrum novae doctrinae victoribus tunc agminibus connumeremus; [2] clarius adhuc indicium eiusdem rei nobis ostendit manuscriptus quidam codex in Regia Vallicellana Bibliotheca in Urbe optime conservatus: cuius trigesima tertia sectio (nam miscellaneus est) etiam solum titulum perlustrantibus egregie demonstrat Nilum Thessalo-

---

iunxit, quos tandem doctrinalis dissensio, vel potius CABASILAE in quaestione palamitica mutatus animus, infeliciter separavit.

Ad propositum huius I capitis notasse iuvat anno 1351 CABASILAM a GREGORA depingi ut honoribus imperatoriae domus decoratum, sive eos habuerit ab Anna Saboiensi, sive post triumphum Regentis ab ipso Cantacuzeno, qui hac ratione celebrem Magistrum ad partes palamismi devinxerit.

[1] Cf. MG 148, 1328-1435. Corrigenda est citatio a JUGIE facta, *Theol. Dogm. Christ. Orient.*, t. II, p. 121, not. 3.

[2] Dubitari nequit GREGORAM hoc loco (*Hist. Byzantinae* Lib. XXII, MG 148, 1329 C) de Nilo, non de Nicolao Cabasila, ut quidam putarunt, esse loquutum; depingitur enim Cabasilas aetate iam provectus, quod nepoti Nicolao anno 1351 minus quadrat.

Ex rationibus, quae ad caput V tractantur, videbitur reiciendam esse sententiam Domini GUILLAND, qui dialogum illum cum Demetrio Cabasila habitum fuisse autumat.

nicensem ut authenticum Gregorii Palamae discipulum, sicut cl. P. Martinus Jugie in recentiori articulo recte notavit. [1]

Codex de quo loquimur, saeculi XV, in catalogo a Martini anno 1902 typis edito numerationem habet 87 (F 22), ipse autem solam signaturam F 22 prae se fert, et a folio 428ʳ ad folium 433ᵛ nitidissimis characteribus exaratum opus continet, cuius titulus ita sonat: *Τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Νείλου, Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης λόγος σύντομος πρὸς τὴν κακῶς ἐκλαμβανομένην φωνὴν παρὰ τῶν αἱρετικῶν Ἀκινδυνιανῶν τοῦ θείου Γρηγορίου λέγοντος τοῦ Νύσσης* · [2] « *ἄκτιστον δὲ πλὴν τῆς θείας φύσεως οὐδέν* », *καὶ ὅτι* « *οὐχ ἡ τοῦ Θεοῦ φύσις ἄκτιστος μόνη, ἀλλὰ σὺν αὐτῇ καὶ τὰ φυσικὰ αὐτοῦ ἰδιώματα* ». [3] Re quidem vera titulus huiusmodi hominem prodit, qui in essentiam palamismi apprime penetraverat, brevesque paginas percurrenti liquido patet auctorem Cabasilam totum in eo esse ut fundamenta praecipuae assertionis in nova doctrina iaciat, eaque Conciliorum Sanctorumque Patrum testimoniis roboratam ostendere curet.

Etenim cum laboraret initio tractatus in vero sensu aperiendo, quo verba Nysseni intelligenda sunt, ne auctoritate magni huius theologi totum Palamitarum systema ruere cerneretur, propositum suum clarius adhuc quam ipse fert titulus hisce verbis minime celavit: « *Ὅτι δὲ ἡ θεία φύσις (λέγω δὲ τὴν κοινὴν οὐσίαν τῶν τριῶν ὑποστάσεων) οὐ ταὐτὸν πάντῃ πρός τε τὴν θείαν ὑπόστασιν καὶ πρὸς τὴν φυσικὴν αὐτῆς οὐσιώδη ἐνέργειαν, καὶ ὅτι ταῦτα πρὸς ἄλλελα διαφέρουσι, διὰ βραχέων ἐρόμεν* (*fol. 430ʳ*). Simplici deinde argumentatione totus liber includitur: aliud scilicet divina essentia, aliud hypostases divinae sunt (*fol. 430ʳ-430ᵛ*); rursus operatio divina diversa a divina essentia dicenda est, siquidem Filius et Spiritus Sanctus ex essentia sunt, non autem sunt creaturae; hae vero non ex essentia, sed ex operatione, videlicet voluntatis, emanarunt. Imo communicabiles sunt divinae operationes, communicabilem autem asserere divinam essentiam haeresi Massalianorum adstipulatur (*fol. 431ʳ-431ᵛ*). Verumtamen non solum essentia divina increata est (*fol. 431ᵛ*), sed etiam divinarum operationum multitudo (*fol. 431ᵛ-433ᵛ*).

---

[1] Cf. M. Jugie, DTC XI-2, 1798 art. *Palamite (Controverse)*.

[2] Sic fert manuscriptus codex, sine dubio propter amanuensis distractionem. Corrigenda ergo verborum durior transpositio, sicut fecit Jugie loc. cit., hoc modo: *Γρηγορίου τοῦ Νίσσης λέγοντος...*

[3] Huius codicis, in quo etiam continetur Synodalis edictus anni 1341 fol. 413ʳ-427ʳ, meminit indicatione quadam generali A. Ehrhard apud Krumbacher, IX/1, p. 109. Demetrakopulus autem et Allatius hoc Cabasilianum opus ignorasse videntur, quia de illo in eorum elenchis tacent.

9. Quae quidem ita commemorasse iuvat ut, cum Nilum Cabasilam palamiticos errores professum esse certo sciamus, investigationem postea possimus statuere an forte huiusmodi errorum consectaria per ipsius opus de Spiritus Sancti Processione hinc inde serpiant.

Attamen alia nunc quaestio historice elucidanda venit, ex qua profecto quaedam adiuncta manifestabuntur, quae indolem Nili, qualem sane cognoscere cupimus, nobis ostendent. Igitur perpendere debemus quandonam hoc opus e Cabasilae calamo fluxerit. Etenim facile quivis suspicari posset Nilum ab initio controversiae pro Palama, Thessalonicensi monacho, decertasse; ideoque ipsum, qui doctrinam ab illo velut ab oraculo quodam adeptus esset, tractatum suum scripsisse in amici defensione, cum causa eius ab alienigena Barlaamo acriter impugnabatur. Igitur si haec ratio valeret, opus scriptum esse diceres ante annum 1341, quo silentium in re dogmatica utrique pugnantium parti indictum est, ne pax Ecclesiae dissensionibus doctrinalibus scinderetur. [1] Res vero obscurior et implicatior est quam quae simplicissima hac explicatione illustrari credatur. Equidem fateor de hac quaestione nulla alia hucusque documenta videre mihi contigisse (quamvis prolixam inquisitionem adhibuerim), quam longam illam disputationem Cabasilae cum Nicephoro Gregora, ab ipso hoc historico enarratam. Verum enim vero si huic fides deneganda non est, dicere debebimus opus Cabasilae probabiliter confectum fuisse circa annum 1351, quo Synodus ad Blachernas habita est, [2] vel paulo post, seu, quod idem valet, cum plenus Palamae triumphus eiusque doctrinae undequaque personabat.

Haec autem conclusio quantum ad illustrandam Nili vitam emolumentum praestet, exinde est manifestum. Etenim hoc opus non ut fructus ingenuae animi persuasionis habendum est, quasi solidis argumentis ad aliquid novum, prius non cognitum, fidei tamen conforme traheretur; verum servilis cuiusdam erga Cantacuzenum Imperatorem assentationis. Re quidem vera nollem aversionis non fundatae accusari erga theologum hunc, unum ex praecipuis separatae

---

[1] Cfr. L. ALLATIUS, *De Eccles. Occident. et Orient. perpetua consensione*, Lib. II, c. XVII, p. 830.

[2] De hac Synodo quattuor Historiae suae libros intexit GREGORAS, scilicet XVIII-XXI, notitiarum plenos: earum maxime quae ad seipsum spectant. Magis autem completam, iuxta JUGIE (DTC XI/2, 1791), eiusdem narrationem habes in Auctore Tomi Synodalis III, qui tamen partibus Palamitarum aperte favet. Succincta quaedam factorum expósitio quinque Synodi sessionum in ipso articulo Martini JUGIE cum fructu consuli potest.

Graecorum Ecclesiae; attamen non idcirco fas mihi erit plenum non proferre iudicium, quod ex diuturna harum rerum meditatione comparatum est.

10. Igitur, ut ab initio narrationis Nicephori abunde patet, non idem semper et constans permanserat quoad palamiticam quaestionem Nilus Cabasilas. Quin imo id potius apparet: Ioannem Calecam, Patriarcham Constantinopolitanum, qui primam Synodum contra Palamam convocaverat ipsumque Thessalonicensem monachum, ut sese defenderet, acciverat, initio pugnae magnis laudibus a Cabasila extolli, Palamam autem eiusque fautorem Cantacuzenum impietatis argui. « Adde quod Palamae, nec etiam si voles, assentiri poteris — ait ad ipsum Gregoras dialogum ab adiunctis incipiens, cum audivisset optimum illum amicorum sententiam mutasse —. Probe enim novi te ad Ioannem Patriarcham multa cum reverentia saepe accessisse, eumque tota intentione animi sanctis adnumerasse, in Palamam autem et Imperatorem omnia maledicta diu noctuque contulisse. Vocabantur isti a te omnium impiorum maxime impii, quos etiam de medio confestim sublatum iri praedicebas; ita ut non amplius iam te deceat in alteram partem converti, cum tantam prudentiam et senectutem adeptus fueris, ut facile perspicere valeas quantum in te dedecus exinde sit redundaturum ». [1]

Summa facti, quantum ex his verbis eruitur, haec profecto est: animum Cabasilae mutatum esse, atque usque adeo mutationem hanc totum hominem pervasisse, ut qui prius Palamam improbasset, ferventissimus deinceps eiusdem discipulus ostenderetur, et, quo erat ingenio praeditus, doctrinae capita profundiora optime calleret, eaque magno eruditionis apparatu, praesertim in adducendis Patribus, tum in praesenti cum Nicephoro disputatione tum in opere scripto, de quo superius diximus, apertissime traderet. « Cum enim sermonem instituere contendisset Cabasilas — pergit Gregoras, cum ipse prima salutationis verba retulisset —, sublatis quibus antea sese occultaverat involucris omnibus, totus fuit in laudando Palama, totus in celebrandis libris, quoscumque Palamas conscripsisset ». [2] « 'Hos enim omnes — inquit — diligentissime perpendi, neque uspiam in eis deprehendi quidquam, quod ex omnibus hominibus possit quis quomodocumque carpere, licet omnem movere lapidem voluerit'. Hac etiam in confessione inmori optabat, pro qua

---

[1] Nicephorus Gregoras, *Byzant. Hist.*, Lib. XVII, c. IV; MG 148, 1329 C.
[2] Ibidem; MG 148, 1328 C.

infinitas perpeti calamitates paratum se iactitabat ».[1] Fateor revera haec ex Cabasilae contrariis castris desumpta esse, et forsitan coloribus nimium duris expressa; at factum mutationis eius in re palamitica suadetur ex ipsius auctoris indole ad mutationes proclivi, quemadmodum mox indubitanter ostendetur, cum de quaestione trinitaria contra S. Thomam apud Nilum agendum erit.

Nunc autem opere pretium erit, ut existimo, huius mutationis causas profundius investigare. Duae igitur mihi exstitisse videntur, quarum odiosam notam nollem equidem iniuste in ipsum inurere, cum nobilitati vel fortitudini animi eius non parum detrahere videantur, sed quae ex documentis contemporaneis omnino profluunt. Primum ergo inculpandus in eo erit timor Imperatoris eidemque nimium desiderium assentiendi. « Cum vero — inquit Gregoras ad finem longissimi dialogi — accingerem me ad afferendos Sanctorum Patrum libros, illi (Cabasilas et socius) ne tantillum quidem sustinuerunt, sed statim surrexerunt valde me irridentes, et haec inter alia plurima mihi dixerunt: Nae tu — inquiebant — imprudenter et insipienter apud temetipsum agis, quod sanctionibus imperatoriis obsistas; cum liceret, si paulo remissior esses, longe maiorem quam antea Imperatorum, Imperatricum et omnium quicumque vel senatorii sunt ordinis, vel aliqua dignitate alia et honore fulserit, benevolentiam consequi. Ceterum, aiebant, sermonis nostri summa illa est: si ita obstinatus permanseris, multorum quidem bonorum iacturam facies, multa vero tristia malaque habebis. Adde quod sermones tuos omnes, qui per festos Sanctorum dies in ecclesia leguntur, iubente Imperatore, inimicus et infestus ignis brevi absumet; tu vero post obitum tuum extra urbem insepultus aliquo proicieris ».[2]

Haec quidem ignominiam pariunt, et, paene dicam, sponte sua condemnantur, quae imperatoriae domus servitium atque honores conservandos amplificandosque avitae Patrum fidei anteponunt. Nullus enim hic aliud mutationis extorquendae praemium proponitur, nullae aliae inducuntur poenae, nisi principum benevolentia et bonorum multorum iactura, quae temporalia sunt gratiamque Imperatorum consequuntur. Verumtamen si gravior haec accusatio esse censetur, quam quae super unum testimonium solidari possit, sciendum est in eodem sensu abundare ea, quae Demetrius Cydonius, optimus profecto vir pulcherrimique animi, narrat. Is enim, quemadmodum mox in sequenti capite tractabimus, cum anceps adhuc

[1] Nicephorus Gregoras, *Historiae Byzantinae* Lib. XXII, c: IV; MG 148, 1332 D-1333 A.

[2] Ibidem, lib. XXIV, c. II; MG 148, 1436 BC.

haereret in amplectenda catholica fide et dilectissimi magistri sui mentem de his rebus gravissimis inquireret, hanc ab ore Nili, ut ipse fatetur, inter alia veluti prudentiae consilia responsionem accepit: « Ὁρᾷς δὲ καὶ αὐτὸς ὡς οὐκ ἀσφαλὲς εἴη πρὸς βασιλέας καὶ πατριάρχας καὶ δῆμον ἐρίζειν — Vides autem tu ipse insecuram rem fore contra Imperatores, Patriarchas populique multitudinem contendere ». [1] Cum plane obvium sit in investigatione veritatis quae nondum possidetur, vel in conservatione iam acquisitae fidei potius animi quieti consulendum esse, quam principum favori. Quae cum ita se habeant, quonam pacto Nilus accipere possit excusationem saltem levitatis suae, revera nescio.

11. Quodsi intimiorem adhuc huius in principes assentationis causam conicere licet, quae maxime validam sese praebuit ad fidem commutandam, iterum adducenda sunt illius historici verba: « Cum vero loqui Cabasilas inciperet, coniciebam ab eo illa dictum iri, quae vetus amicitia nostra postulabat; sed horum nullum vestigium in eius verbis apparuit, imo prorsus contraria protulit. Nam quaecumque dixit, profundissime desidentem in eius anima subindicabant acerbitatem..., qualem producunt animae degeneres, quae antiquos et diuturniores morbos iam pridem apud se delitescentes retinent: quorum pater atque opifex est levis et inconsideratus gloriae amor... Nam laudum iacturam saepe solet ad furiosam indolem suscitare gloriae amatorem et aemulatorem, qui sic progressu temporis manifestius convincitur non ipsam virtutem, sed eius inane simulacrum hactenus fuisse persecutus ». [2] Doloris amici, non acerbitatis, ut opinor, plena sunt haec, quandoquidem Gregoras optimum amicorum Nilum ita humanis favoribus irretitum aspiciebat, omnique vanae gloriae laudumque vento adeo agitatum, ut quae prius velut haeretica reiciebat, nunc ad nubes extolleret.

Hanc veram esse Gregorae positionem in Cabasila iudicando vehementer conicio, eo quod merita vera (eaque non pauca neque parva) laudesque inde promanantes adversario non aufert, sed elogiis sincerisque verbis ipsum prosequitur. « Elapsis exinde quindecim rursus diebus, [3] nostrorum amicorum optimus ille Cabasilas ve-

---

[1] Cfr. Demetrii Cydonii *Apologiam propriae Fidei*, quam ex codice Vaticano gr. 1102 edidit Mercati, *Notizie ed Appunti*, pp. 359-403. Locus cit. desumitur ex fol. 70ᵛ; apud Mercati pp. 391 s.

[2] Nicephorus Gregoras, op. cit., MG 148, 1332 BD.

[3] Ante hos dies nuntii Cantacuzeni ipseque Patriarcha Callistus Gregoram inviserunt, ut eum flectere tentarent. MG 148, 1313 ss.

nit, occultis et variis tum Patriarchae tum Imperatoris onustus consiliis, atque inde omnigenis machinis, velut muralibus quibusdam tormentis, instructus; quippe qui vir esset intelligens, avidus multa agendi, variarum rerum peritus, neque in civilibus negotiis rudis orator ». [1]

12. Nunc autem ut omnia paucis complectamur, ita res tota evenisse verisimile est. Igitur cum Nicephorus Gregoras indicat Cabasilam nostrum impiissimos omnium dictitare solere et Palamam et Cantacuzenum, ad illa alludere tempora videtur, quibus post mortem Andronici III (14 iun. 1341) Magnus Domesticus, Cantacuzenus, avidus Imperii, favorem hesychastarum contra Imperatricem Anna Saboiensem et Ioannem Calecam, Patriarcham, sibi conciliari coepit. Accidit enim tunc ut altera Synodus, mense augusto eiusdem anni, in templo Sanctae Sophiae sub ipso Cantacuzeno praeside coadunaretur, et quaestio dogmatica definienda proponeretur, quae in priori Synodo (ne discordiae doctrinales animos multitudinis occuparent et scissiones in Ecclesia fierent), silentio utrique parti imposito, ad opportuniorem occasionem amandata erat. [2]

Primam itaque periodum palamiticae controversiae Nilus adhuc in natali civitate, ut vehementer suspicamur, sequi debuit, cum Barlaamum inter et Palamam Thessalonicae potissimum disceptabatur. Quoniam autem ex « Encomio » Philothei, a Tafrali citato, edocemur monachos praesertim athonenses (quorum plurimi Thessalonicam frequentabant) pro Palama decertare, pro Barlaamo vero eos fere omnes, qui litterarum graecarum novam efflorescentiam sectabantur, [3] unum ex his, egregium litterarum cultorem, Cabasilam numeratum fuisse non est mirandum.

Attamen paulo post vel quia ipse Nilus Constantinopolim sponte sua petierit, molestias Zelantium, ut innuimus, fugiens, vel forsitan a nepote reclamatus, in Imperii capite praevidit ingenio suo quem tandem exitum, Palamae felicem, res essent habiturae; a Cantacuzeno vero, qui familiaritate nepotis Nicolai delectabatur, honoribus affici coepit, et, munere aliquo accepto, ad Imperatoris servitium cooptatus fuit: plurimum enim Cantacuzeno proderat sapienti viro familiariter uti.

Sed inde factum est ut mutatio animi fideique Cabasilae seque-

---

[1] Nicephorus Gregoras, ibid., lib. XXII, c. IV; MG 148, 1328 BC. (Videas quoque alium similem locum in lib. XXI, c. VI-VII; ibid., 1300 AC).

[2] Cfr. M. Jugie, DTC XI/2, 1782 ss.

[3] Philotheus, *Encomium*; MG 151, 592. — O. Tafrali, *Thessalonique*, p. 185.

retur, ita ut palamiticam doctrinam, quam prius reiecerat, non sectari solum, sed etiam scriptis sustentare minime erubuerit. Quae quidem opera tria hucusque novimus: brevem, de quo diximus, tractatum contra Acindynianos, Responsionem ad Gregoram, et Synodicum Tomum anni 1351, quem una cum Philotheo Kokkino, tanquam sigillum magni palamismi triumphi in Blachernarum Synodo, ipse exaravit. Hanc quidem postremam notitiam, quae tum Allatium tum Demetrakopulum in enumerandis operibus Nili Cabasilae latuit, ex Ioanne Cyparissiota scimus, qui in Libro I Palamiticarum Transgressionum capite II sic loquitur: « Isidorus enim, etsi mortuus est (dec. 1349) ante Tomi consarcinatas nugas, quibus tamen quoad vixit et scribebat et confitebatur, Tomi auctor fuit. [1] Kokkinus vero et Nilus, praeterquam quod in vivis erant, Tomum composuerunt. Igitur fieri non potest ut qui Tomum colant, aliquid negent lucubrationum eorum, qui Tomi auctores exstiterunt ». [2]

Factum quidem scimus; perdifficile autem erit indicare quamnam partem Nilus habeat vel in redactione ipsa operis huius vel saltem in eiusdem inspiratione. Titulus Tomi, qui primam editionem obtinuit in *Τόμῳ Ἀγάπης* Dosithei, postea vero in Collectione Migne graeca, ita sonat: *Τόμος συνοδικὸς ἐκτεθεὶς παρὰ τῆς θείας καὶ ἱερᾶς συνόδου τῆς συγκροτηθείσης κατὰ τῶν φρονούντων τὰ Βαρλαάμ τε καὶ Ἀκινδύνου ἐπὶ τῆς βασιλείας τῶν εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων βασιλέων ἡμῶν Καντακουζήνου καὶ Παλαιολόγου.* [3] Opus sine dubio ex praecipuis in controversia palamitica considerandum Tomus est, in quo locupletissima narratio habetur, sicut notat cl. Martinus Jugie, eorum omnium quae in Synodo celebri Blachernarum acciderunt. Ex eo enim et sessiones Synodi diversas et summam palamiticae doctrinae, et Episcoporum, qui adstiterunt, subscriptiones bene cognoscere possumus. [4]

---

[1] Scilicet fervore suo ut doctrinae Palamae ubique spargerentur. Hic quoque Patriarcha, qui ex praecipuis monachis Thessalonicensibus erat, episcopales quam plurimas Sedes hominibus Palamismi fautoribus adscripsit, ut Thessalonicensem ipsi Palamae, Heracleensem Philotheo Kokkino. Cfr. M. Jugie, art. *Palamite (Controverse)*, DTC XI/2, 1789.

[2] Ioannes Cyparissiota, *Transgressionum Palamiticarum*, Lib. I; MG 152, 677 D. Ex Cyparissiota factum hoc desumpserunt Jugie, DTC XI/2 1796; V. Laurent, DTC XII art. *Philothée Kokkinos*, c. 1505; et Mercati, *Notizie ed Appunti*, p. 8.

[3] Dositheus, *Τόμος Ἀγάπης* (1698), pp. 52-84. (Habetur quoque in MG 151, 717-764).

[4] Cfr. M. Jugie, art. *Palamite (Controverse)* DTC XI/2 1790 s. In assignandis Episcopis diversitas est inter Tomum, qui praeter Patriarcham 30 praesules numerat, et narrationem Gregorae (MG 148, 1141), quae solum 22 recordatur.

Dicendum ergo erit, ut quaestionem hanc finitam habeamus, Nilum Cabasilam sin minus initio controversiae, saltem in decursu eiusdem et in definitivo Palamae triumpho partem non exiguam, et minime laudandam, habuisse. Quibus ita expositis, ad aliud factum vitae ipsius enucleandum gressum facimus.

CAPUT III

Nilus Cabasilas et Demetrius Cydonius

13. Demetrius Nilum noverat a prima iuventute, cum ad omnem eruditionem in patria urbe Thessalonica promptam mentem suam conformabat, ubi sub illius scientifica tutela floridos annos ut strenuus discipulus implevit. « Aliud etiam accedebat — ait ipse Cydonius — quod amicitiae et venerationi erga eum (Cabasilam) adiungebatur: ille enim ipse erat qui me plane iuvenem in gymnasio rhetorices instruxerat, ut me, exercitationibus traditis, ad expedite dicendum aptum redderet ». [1] Gratum semper animum ob acceptam hanc a Nilo institutionem ad mortem usque discipulus servavit, etiam cum in enarrandis conversionis suae vicissitudinibus memoriam Cabasilae iniucundam revocare, vel cum ad refutationem ipsius (ut Thomam Aquinatem defenderet) invitus se accingere debuit. [2] Ad Nilum ergo, sapientia decoratum amicum, cum interna animi sui colluctatio ingravescere coepisset, Cydonius confidenter accurrit, atque pulchris ad eum missis litteris, quas antea commemoravimus, [3] speravit fore ut disturbata fides sua in confirmatione veritatis per magistri consilia tandem aliquando quiesceret.

« Illum te esse sum persuasus (sapientem magistrum, quem omnes honorare debent), quem ego tanquam me ipsum diligo, cuique tantum honoris reddo quantum legislatoribus debetur, eisve qui nos

---

[1] DEMETRIUS CYDONIUS, *Apologia propriae Fidei*, Vat. gr. 1102 fol. 70r; apud MERCATI, *Notizie ed Appunti*, p. 391.

[2] « ... Cogitavi de amico contra amicum libere loqui, et ei, qui opprimi calumniis videbatur, patrocinari; amicus enim hic (Nilus), amicus autem etiam Thomas; uterque quidem sapiens, Thomas vero sapientior adeo, ut nequaquam comparari possit. Accedit quoque pro hoc sanctitas, res ita magna ut, etiam sapientia posthabita, hic eligi deberet eique (si opus esset) patrocinium ferri. Itaque si propter solam amicitiam gratiam Nilo facere liceret, ut insectationem eius contra Thomam silentio tegeremus, quanto iustius videbitur defensionem huius suscipere tum amicitiae ratione tum propter qualitatum differentiam, de quibus dicebam? ». (D. CYDONIUS, *Apologia S. Thomae;* Vat. gr. 614, fol. 100r).

[3] Vid. superius, caput I, num. 3-5, pag. 4-6.

ad nobilissima quaeque ducunt. Peroptatum mihi vero foret praesentia tua indesinenter frui, quotidie namque aliquid mihi virtutis sapientiaeque adiceretur... Nunc vero velim ut, Imperatoris servitio paululum relicto, animum trahas ad examinandas disputationes, quae nobis cum Latinis longo iam tempore adesse contingunt. Quid vero de hac dissensione, quae totum mundum dividit, dici [a me] posset, quod ridiculum non sit, siquidem cum viris iamdiu arte dicendi peritis contendere debeo? Saepe enim valde de hac re anxius haerebam, neque ab ea, etsi id ardenter cuperem, mentem avertere potui: existimabam enim hominem pium haesitare in fide non decere; in eo autem quod impraemeditatus contrariis consentirem, magnam fore ruinam, si forte fallerer, praevidebam ».

« Nondum vero mihi datum est quomodo illorum retia effugere possim; magni enim nostrorum tractatus, qui contra Latinos circumferuntur, potius ad iniurias ciendas attendunt, quam argumenta dissolvere conantur. Ideoque me tuis armis, tuis scilicet verbis indigere censeo supra quaevis alia quae nostri adversus illorum tela afferre valerent. Tu, inquam, qui dicendi arte polles et saepe de hac quaestione meditatus es, quaedam mihi ad certamen utilia ostendere poteris, quae alios ob inexperientiam latuerunt; ne, si consuetis armis adversarios refutare conabor, nedum illos feriam, perculsus ipsemet ego misere peream ».[1]

14. Si haec epistula reapse ad nostrum Nilum directa fuit, ut magnam habere probabilitatem, vel moralem certitudinem, superius ostendimus, non parvi momenti eam existimamus, ut albo lapillo signetur.

Etenim praeter quam quod status in ea animi Demetrii Cydonii manifestatur, qui valde adhuc iuvenis ardua theologiae problemata penetrarat, at vim latinorum argumentorum (etiamsi id cuperet) dissolvere non poterat; plura quoque de magistro eius, Nilo, edocemur, quae ad eiusdem cognitionem apprime faciunt. Cabasilas enim non solummodo ut sapiens et bonae indolis depingitur, sed in duobus his animi ornamentis praeclarus, ita ut quasi donum divinitus datum considerari possit, ad ceteros per sapientiae et rectitudinis semitas dirigendos. Inde est quod inter peritos in arte dicendi a longo tempore computetur, rerumque etiam theologicarum cognitor dicatur, ita ut prae aliis, quos ob inexperientiam haec latuerunt, ad efficacia consilia praebenda, cum de dubiis fidei agitur, aptior exsistat.

---

[1] Vat. gr. 101, f. 75^r-75^v. (Apud I. CAMMELLI, epist. 2, p. 4).

Qualis huius epistulae responsio fuerit, plane hucusque nescimus; neque id mirum videri possit, cum immensum epistularum commercium Cydonianum fere totum adhuc in scriniis inexploratum iaceat, et aliunde pauca omnino ad nostrum Cabasilam spectantia reperiantur. Coniectare itaque fas est solummodo ipsam, si revera exstitit, plenam quietem Demetrio minime attulisse, quandoquidem paulo post cum scivisset Barlaamum, quem prius Thessalonicae noverat, Constantinopolim relinquere et ad Nigrum Pontum transmeare coactum esse,[1] litteras ad ipsum mittere statim voluit, in quibus moderationis animi sui aeternum praeclarumque monumentum reliquit; cum maximopere admiranda sit in iuvene, photiana fide educato, pulchra impartialitas mentis, vi cuius rationes gravissimae quaestionis de Processione Spiritus Sancti non contumeliis in adversarios, ut moris erat, sed sereno iudicio aequa lance pensavit. «... Et multa a multis audiens, et his qui ad solum Patrem Spiritum Sanctum referunt, et his qui ad Patrem et Filium: nondum usque ad hodiernum diem de verbis illorum intelligere valui aliquam necessitatem, qua altera dictarum opinionum stabilisset mihi sufficienter mentis motum ».[2]

15. Re quidem vera Demetrius Cydonius, etsi anceps adhuc inter Latinorum fidem et Graecorum sese haberet, at sine dubio progressum in haurienda veritate sibi comparaverat; quippe qui, cum in epistula ad Nilum rationes efficaces ad oppugnandos Latinos ab ipso quaereret, «existimabam enim - ait - hominem pium haesitare in fide non decere »,[3] paulo post ad Barlaamum scribens, discussis hinc inde utriusque partis contrariis argumentis, ita tandem loqui potuerit: «... Quae ex passione a principio commotos dicere, magis Graecis quam Latinis videtur posse contingere. Ex his igitur et talibus, licet nondum visum est mihi fidem adhibere Latinorum dogmati, tamen multo videtur mihi rationabilius esse non credi quod Graeci dicunt, quam illud ».[4]

Haec profecto anno 1347 ad finem vergente scribebat Cydonius.

---

[1] Exordium epistulae DEMETRII CYDONII ad Barlaamum, MG 151, 1283 CD. Cfr. M. JUGIE, *Echos d'Orient*, t. XXVII (1928), p. 388. Causas huius novi itineris Barlaami, eiusdemque successum, breviter exposita habet ipse JUGIE in art. *Barlaam de Seminara*, DHG VI, 825-826.

[2] Epist. DEMETRII CYDONII ad Barlaamum, MG 151, 1284 A. Huius epistulae textus originalis graecus non exstat, at eius versio latina invenitur in codice Vat. lat. 4058 fol. 14-27, quae in Collectione graeca Migne reproducta est.

[3] Vat. gr. 101, f. 75r. (In edit. I. CAMMELLI, epist. 2, p. 4).

[4] Epist. DEMETRII CYDONII ad Barlaamum; MG 151, 1301 A.

Verumtamen per annos adhuc forsitan plus quam decem novae disquisitiones subsequutae sunt: assidua Sanctorum Patrum Graecorum consultatio, lectio operum photianorum praecipuorum, et latinae linguae studium, ut doctores quoque latini directe sibi familiares redderentur. Etenim utilitas intelligendi sine interpretum medio occidentales plures, qui Constantinopolim accurrebant, et secum ipso negotiorum curialium causas tractare cogebantur (nam in palatio Imperatoris altum munus Demetrius obtinuerat), occasio ei fuit novae addiscendae linguae, quemadmodum ipse Demetrius in apologia sua declarat;[1] at negari non potest fructum sibi amplissimum pro fide vera ex hac occasione defluxisse.

Latinitatis autem facile admodum potitus est, et hac ratione feliciter ei contigit prae manibus habere opera quaedam Sancti Thomae Aquinatis, quae ultro ei a magistro suo, conventus Dominicanorum Perae missionario, ad exercitium linguae oblata fuerunt.

Transferam igitur hic verbotenus ex Apologia Cydoniana pulcherrimum tractum, in quo non solum primas Sancti Thomae laudes ab ore graeci hominis audimus, et insimul opinio panditur, quae de Occidentalibus tunc temporis a Graecis fovebatur nimium suorum ipsorum sapientia delectatis, sed etiam (id quod ad propositum nostrum maximum est), in quo apprehendimus Nilum Cabasilam admirationis Cydonii pro Angelico doctore participem initio fuisse. Unde concludendum est annis quibus haec accidebant, id est, 1353 et sequentibus, iterum Nilum nostrum cum Demetrio Cydonio in gravissima quaestione relationem habuisse; quae quidem relatio reliquum ipsius vitae spatium occupavit.

16. Verumtamen priusquam haec narrentur, exultantis Demetrii verba retulisse placet. « Optimus ille praeceptor meus [latinitatis, dominicanus Perae]... — ait — scientiam mihi et gloriam augere cupiens, librum tradidit, ut in illo quantum possem exercitarer: erat autem opus illud eximii hominis, qui theologiae laude omnes ante ipsum huius scientiae addictos obscuravit. Nunc autem est quando, nec etiam illi, qui ultra Columnas [Herculis] inhabitant, Thomam [Aquinatem] non noverint, tam ob eius multitudinem operum, quam propter sublimitatem cogitationis, et ratiocinii firmitatem atque rigorem, quo singuli tractatus insigniuntur. Erat autem liber perfectissimum eiusdem opus et quasi illius viri sapientiae flos ». [2]

---

[1] Demetrius Cydonius, *Apologia propriae Fidei*, Vat. gr. 1102 fol. 55v s.; apud Mercati, *Notizie ed Appunti*, p. 360 s.

[2] De *Summa contra Gentiles* haec Cydonius protulit, ut statim apparet.

« Praecipiebat mihi magister ut in vocabulis addiscendis me solummodo exercitarem, quemadmodum pueris saepe grammatici iubent pulcherrima Homeri vel Hesiodi carpere; neque enim unquam mihi consilium adiecit mentem eius gratiamque sub verbis absconditam penetrandi. Ego vero... multa illius capita ad linguam graecam transferebam, ut etiam amici pulchritudinem illam admirarentur. Imo quando otium erat, illa Imperatori [1] legenda praesentabam, qui libenter audiebat eisque delectabatur, et me de tali labore prosequebatur laudibus. Tandem iniunxit mihi ut animum adicerem ad totum me versioni integri libri accingendum: magnam exinde communitati Graecorum utilitatem fore sequuturam. Parere debui... et nunc prae manibus multorum est liber Thomae contra Gentiles, auctorem laudibus cumulans, omnibusque illo utentibus commodum praestans... ».

Inde factum est ut « demonstrari iam possit — pergit Cydonius — etiam inter illos (Latinos) litterarum non imperitos homines esse, quod prius inter nostros non apparebat, a quibus ex illis, qui itinera solum capiunt, tota illorum gens iudicabatur, et ubi simul ac quis Latinum diceret, nihil amplius quam vela navis aut remos aut huiusmodi alia, quae ex navigatione desumuntur, dicere videbatur... Nostri enim antiquam divisionem retinentes, omnes homines in Graecos et barbaros scindebant, omnesque alios, praeter se ipsos, rudes existimabant. Latinos quoque eidem censui subiciebant, nihilque de ipsis haberi, quod ad humanitatem attinet, suspicabantur; sed semetipsis (tanquam haereditatem quandam) Platonem et discipulum eius omnemque Graecorum sapientiam assignabant, Latinis vero forsitan arma solummodo vel commercium vel ignobilia nundinarum negotia relinquebant ». [2]

---

[1] Ioanni Cantacuzeno scilicet, qui, ut infra ad folium 57^r ipse Demetrius ait, « cum valde librorum amans esset », postquam versio facta est Summarum Sancti Thomae, eius apographa a scribis repetebat, « labores eorum larga mercede rependebat, illosque libros thesauris suis adnumerabat, eos ibi velut praeclara cimelia reponendo ». Cfr. MERCATI. *Notizie ed Appunti*, p. 363, nota ad lin. 25.

[2] DEMETRIUS CYDONIUS, *Apologia propriae Fidei*, Vat. gr. 1102 fol. 56^v-57^v; apud MERCATI, *Notizie ed Appunti*, pp. 362-365.

Haec de Latinis erat, quoad litteras, apud Graecos opinio. De aliis etiam ipsorum qualitatibus non mitius tunc Constantinopolitani iudicabant. Videre v. gr. poteris quomodo ipse Nicephorus Gregoras unionem cum Latinis saepe recusarit, qui sic illos in epistula quadam ad Athanasium Lepentinum describit: « Velim mihi dicas, qui ipse illos vides [in insula Cypro], quomodo arrogantiam Italorum sustines et vanitatem linguae illorum non omnino quidem depuratae, et tumorem insolentem perorantium inter ipsos. Nonne tu oculos ab istis

17. Quae nunc sequuntur, ad Cabasilam nostrum spectant; ille enim non solum amicitiae vinculis Cydonio coniunctus, sed etiam favore summo versiones huius excipiens, innumerisque laudibus Aquinatem prosequens sese nobis offert. Et sane adeo per Doctoris Angelici scripta latinis litteris delectatus est, cum novus scientiae mundus ei, qui talia non suspicabatur, velut ex improviso accessit, ut cum postea, admiratione in odium conversa, acriter Latinos insectatus esset, hos quidem ut sapientia inflatos multaque eruditione superbos depinxerit, sapientes autem eosdem esse infitiatus non fuerit. [1] Igitur ob oculos nunc collocanda est altera Nili subita vehemensque mutatio. Quemadmodum enim prius Palamae inimicus pro Palama tandem polemice egit, doctrinaeque palamiticae genuinus discipulus et sustentator evasit, ita etiam nunc e contrario, cum initio plenam Latinorum positionem apprime noverit, illorumque ducem, Thomam Aquinatem, ut summum Magistrum veneraratus esset, deinde contra ipsum Thomam terribili acrimonia dimicavit; ipsumque Demetrium, qui, sapientia et comitate antiqui praeceptoris fisus, ipsi dubium adhuc animum suum denuo patefecerat, consiliis ineptis prius inconsolatum retinuit, dein aperte eum a proposito revocare omnibus modis conatus est.

« Erat tunc apud nos vir — ait ipse Cydonius de Nilo disserens [2] — qui multiplici ex capite (si verum dicere oportet) longe inter ceteros nostros eminebat: nemini enim inter eos, qui tunc sapientiam sectabantur, secundus erat sapientia sua; moribus autem par erat cum philosophia, tantaque bonae opinionis laude fruebatur, quantam dignus erat qui reportaret is, qui adeo in ipsis excellebat. Igitur undecumque ab omnium ore laudibus efferebatur ».

« Equidem a prima mea iuventute ita mecum illum coniunctum omnino sensi, ut celebratas amicitias sua erga me benevolentia superare niteretur, egoque ipse, cum plane me ab illo amari persentirem, non minori eum amore prosequi diligenter curarem. Aliud etiam accedebat quod venerationi erga eum et amicitiae coniungebatur: ille enim ipse erat qui me, plane iuvenem, in gymnasio rhetorices instruxerat, ut me, exercitationibus traditis, ad expedite dicendum

---

avertis? Minus enim vera dicunt quam loquuntur; neque reprehensos verecundia sequitur, sed superbia superbiam parit, mendaciumque mendacium. Et haec sufficiant ». (Epist. 156 in editione R. GUILLAND anni 1927, p. 257, lin. 20-27).

[1] Cfr. ex. gr. totam ad caput 48 responsionem, in eius opere Trinitario, praesertim ea quae ad fol. 342v-343v habentur. (Vid. Textum, nn. 217-219).

[2] Sufficiat folium 110r cod. Vat. gr. 614 perlustrasse, ut nihil dubii oriri possit locum hunc Cydonii ad Nilum Cabasilam referendum esse.

aptum redderet. Imo familiaritatis cum ipso additamentum mihi erat, quod non solum sub eius tutela educatus fuerim, sed etiam quod eadem esset ambobus in litteris cogitandi ratio, ita ut non possem non illum tunc mearum difficultatum participem efficere ».

« Huic ergo tali viro perturbationem animi mei explicui, aperuique ea omnia, quae mihi ab illis ad quos, ut dixi, accesseram, dicta fuere; et quomodo mihi ex illorum sermonibus nihilo amplius animus reficeretur, verum continuo agitationem animi mecum ipse circumferrem. Ideoque, orabam, propriis ipse medicinis fessum iam animum meum mederi vellet. Aiebam ipsum probe haec omnia scire, et abundare rationibus efficacibus, quibus animus meus expediri difficultate illa posset. Verbo denique multa huiusmodi proferebam atque exinde putabam ipsum ad consilia danda aptiora quam ea, quae audiveram, incitandum fore ».

« Ille vero primum dixit se quoque inter utrasque rationum series ancipitem esse, neque clare perspicere in quamnam partem propendere oporteret, si a veritate deficere nollet. Quaedam deinde disserebat pro utraque sententia, et vicissim utriusque etiam partis difficultates exsurgentes indicabat, sed Latinorum identidem encomia maxima interserebat. Etenim librorum Thomae amator erat quasi furens (*τῶν γὰρ τοῦ Θωμᾶ βιβλίων μανικὸς ἦν ἐραστής*), ita ut iureiurando assereret longe rationibus illius aliorum rationes inferiores esse. His videlicet aperte profitebatur se eandem ac ego de doctore illo persuasionem habere. Multa siquidem de illo a me audierat, alia vero ipse in libris eius perlegerat. Consilium igitur mihi dabat ut a colloquiis cum insipientibus meipsum abstinerem, et silentio quae nostrae sunt patriae venerarer. Simul autem ut praemium mihi ex hac tranquillitate haec duo praedicebat: et me supra ceteros a civibus honorandum fore, et a timoribus atque molestiis, quae disceptantes comitari solent, liberandum. ' Vides autem et tu ipse — aiebat — insecuram rem esse contra Imperatores et Patriarchas populumque contendere '. Haec, inquam, ille quotidie mihi loquebatur, praevidens, ut affirmabat, quae mihi accidere poterant ».

« Sed postquam me persuadere non potuit, viditque me in veritate capessenda minus sequi communiorem fidem, coepit repente libere loqui, aperteque contra me pugnare, rationibus meis proprias rationes opponendo. Quod quidem faciebat timens ne, propter amicitiam, particeps ipse quoque fieret earum rerum, quae de me spargebantur, cum illis, qui a multitudine afficiebantur contumeliis, patrocinari videretur ».

« Amicos etiam adhibuit [ad me persuadendum], illos nempe qui contrariae sententiae antesignani erant: neque tamen horum ratio-

nibus abundabat, sed vestibus et dignitatibus honorem deferebat, fictumque, ut videbatur, reverentialem timorem. Putabat namque illos non sine afflatu divino contra Latinos irritari; ideoque ipsis velut oraculis submittebatur, eorumque spiritum fortiorem quibuscumque argumentis esse censebat. Hos profecto homines si quis argueret causam exstitisse postremae huius magistri mei oppositionis, ita ut hic deinde pessime de illis, quos prius laudibus extollebat, loqueretur, veritatem sine dubio diceret; alii tamen fortasse putabunt aliquid etiam simultatis exinde adversus illum redundare, contra quem invehere dedecet me: amicus enim ille etiam post mortem mihi remanebit, vellemque ipsius, etiam mortui, bonam famam tueri ».

« Attamen usque adeo oblitus erat eorum, quae protulerat prius, ut non solum contraria ratiocinia sustineret, sed etiam accingeretur ad exarandum opus illorum argumentorum eversivum, quae initio contra me pro Latinis probaverat; et ecce nunc adest longissimus liber adversus illos scriptus... ». [1]

18. Longa fortasse transcriptio fuit, at magno eam opere opportunam iudicavi, quippe qua plura maximi momenti ex ore aequissimi Demetrii Cydonii nobis revelentur, ut character Nili Cabasilae plena luce, ut existimo, delineari possit.

Igitur huic laus sapientiae minime deneganda est, cum primus inter sapientes viros tunc temporis Constantinopoli degentes adnumeretur. Qua quidem sapientia iudicium adeo bonum in quaestione Trinitaria sibi comparaverat, ut non solum anceps haereret inter utriusque Ecclesiae Latinorum et Graecorum fidem (quod quidem paucorum erat, etsi praeclarorum, Byzantinorum: eorum, scilicet, qui ad unionem cum Latinis propendebant); sed etiam quo pollebat ingenio magnum veritatis thesaurum in scriptis Divi Thomae inclusum esse cognosceret, illumque summis laudibus ad sidera efferret. Quae vero hic a Demetrio dicuntur, quamvis eximia sint, at vincuntur adhuc posteriori quodam eiusdem testimonio, quo fere defensionem Sancti Thomae ab ipso conscriptam claudit. Miratur enim Cydonius quo pacto fieri potuerit ut mutationem tantam passus sit ille, qui « cum privatim mecum fabularetur, et sanctum appellabat Thomam, et omnium Ecclesiae Doctorum, quotquot unquam exstiterunt, utilissimum illum esse dictitabat, ut quivis eius scripta sequi posset. Imo etiam fiducialiter asserebat nihil ab ullo unquam contra

---

[1] Ex cod. Vat. gr. 1102 fol. 70r-70v; apud MERCATI, *Notizie ed Appunti*, pp. 390-392.

fidem dici contigisse ita ad persuadendum aptum, ut id facile a Thoma tanquam aranearum tela dissolvi nefas esset; a Deo namque ipsi concessum esse contra labyrinthicas argumentationes sophistarumque fraudes copiam solutionum invincibilem habere. Utinam sibi ipsi — aiebat — tantam in posterum ad divina tractanda sapientiam Deus adderet, quanta nunc Thomas praefulgebat ». [1]

Quod autem huiuscemodi elogia vera sinceraque mente Nilus proferret, dubitare nequeo tum quia ut vera a Cydonio narrantur, tum eo vel maxime quod et subitaneae hominis mutationis rationes nullae, argumentis doctrinalibus fundatae, in medium adducuntur, et modus ipse, quo Cabasilas polemicum opus adversus Thomam perfecit, id evincere videtur. Verum de his postremis apposite suo loco deinceps tractabitur; nunc autem quae ad mutationem ipsam a Cydonio relatam pertinent, examinanda sunt.

19. Et re quidem vera in Cydoniana narratione apparet Nilus velut extrinsecis rationibus impulsus ad doctrinam de Processione Spiritus Sancti ex Patre Filioque toto conamine silentio praetermittendam. Quae profecto rationes adeo ipsum contra propriam conscientiam (quandoque saltem) adigebant, ut, quamvis ipse veritatem pro contraria sententia militare vehementer perspiceret, tandem aliquando schismaticorum positioni favere coactus fuerit.

At res ipsum, etsi id vellemus, salvare nequit. Rationes enim illae, quemadmodum a Demetrio Cydonio devictae tandem fuere, etiam a Nilo despici debuerunt, quae totae non argumentis nitebantur, sed consistebant vel in timore multitudinis imperitae, ubi tenacitas pro argumento est, vel in ficto, ut videbatur, principum procerumque respectu.

Neque enim aliud motivum fuit ipsi prius ad sententiam in palamitica quaestione commutandam, ut ex Gregora superius recordati sumus. [2] Quodsi tunc cum absque dubio de re nova in theologia agebatur, ipse ad antiquitatem simulandam dicta Sanctorum Patrum ad novam haeresim accommodandi conatus irritos fecit, ita nunc, sed contraria ratione, fortiter satagere voluit ut, scripto in hunc finem libro, Latinorum positio undequaque nova et a Patribus Ecclesiae ignota, ideoque reicienda, patefieret. Quod quidem consilium servili timore pressus et vim contra mentem inferens, opere complevisse Nilus dicendus est.

---

[1] Demetrius Cydonius, *Apologia S. Thomae*, Vat. gr. 614, fol. 126v.
[2] Vide supra ad pp. 12-13.

20. Nunc autem ut praesens caput compleamus, quaedam notanda mihi videntur de loquutione illa Cydoniana superius posita:[1] « multa siquidem de illo (Thoma) a me audierat, alia vero ipse in libris eius perlegerat: *τῶν γὰρ ἐκείνου πολλά, τὰ μὲν ἤκουε παρ' ἐμοῦ, τὰ δὲ καὶ αὐτὸς ἀνελέγετο τῶν βιβλίων* ». Dicendum erit igitur Nilum nostrum ita latinum sermonem calluisse, ut directa lectione opera Sancti Thomae perlustrare valeret? Profecto si is solummodo Demetrii locus attendendus esset, affirmare vel saltem dubitare deberemus; at inscitiam eius latinae linguae sat clare significant haec alia ipsius Cydonii verba, quae in exordio Apologiae divi Thomae reperiuntur: « ... ego enim primus operibus Thomae frui potui; postea vero hic (Nilus), *meam adhibens interpretationem*, non pauca ex illius theologica scientia desumpsit: *ἐγώ τε γὰρ πρότερος τῶν Θωμᾶ λόγων ἀπήλαυσα,*[2] *καὶ οὗτος ὕστερον ἐμοὶ χρεσάμενος ἑρμενεῖ οὐκ ὀλίγα τῆς ἐκείνου σοφίας καὶ θεολογίας παρέσπασε* ».[3]

Quae cum ita sint, quoniam Cabasilas in opere suo non solum Summam contra Gentiles adhibuit, de cuius versione ad graecum annus et dies exacte constant,[4] sed etiam Librum ad Cantorem Antiochenum, Quaestiones disputatas de Potentia et Primam partem Summae Theologicae, quibus etiam nonnisi in versionibus graecis uti valuit, argumentum inde sumi potest pro tempore statuendo harum quoque versionum a Demetrio Cydonio eiusque fratre Prochoro factarum,[5] quae ad periodum annorum 1354-1360, plus minus, morali cum certitudine reponenda esse videntur.

Quibus ita tractatis, ad ulteriora pauca transeundum est.

---

[1] Vide supra ad paginam 22.

[2] Sic in cod.; potius scribendum esset *ἀπέλαυσα*.

[3] Cfr. cod. Vat. gr. 614, fol. 110r.

[4] In cod. Vat. gr. 616 fol. 313v, manu ipsius DEMETRII CYDONII haec valde aestimanda notitia latine traditur: « Finito libro sit laus et gloria Christo. Istum librum transtulit de latino in grecum demetrius de thessalonica seruus Jhū X¹. laboravit autem transferendo per unum annum. et fuit completus M⁰ ccc l⁰ v indictione octava. xxiiii mensis decebris (*sic*) ora post meridiem tertia. hoc autem dictum est non solum pro istis duobus libris, tertio s[cilicet] et 4⁰ sed pro tota Suma (*sic*) contra gentiles. que tota fuit translata ».

Igitur versio *Summae contra Gentiles* anno 1354 perficiebatur; indictio enim octava primo die septembris anni 1354 incoeperat. Cfr. MERCATI, *Notizie ed Appunti*, p. 160. (M. RACKL, *Byzant. Zeitschrift* XXIV, 51, id non advertens, ex notitia CYDONII reliquit annum 1355).

[5] Quaestiones *De Potentia* videntur, secundum MERCATI (*Notizie ed Appunti*, pp. 36 s.), a PROCHORO CYDONIO, non a DEMETRIO, translatae in graecum fuisse.

CAPUT IV

Archiepiscopatus Nili Cabasilae
Annus eius obitus. Insertio in Synodico

21. Quemadmodum in reliquis vitae datis nostri Cabasilae assignandis magna difficultas invenitur, vel potius adest impossibilitas ex paucis hucusque cognitis documentis, sic etiam in hoc postremo facto Archiepiscopatus eiusdem, ad tempus quod attinet, determinando, res sine dubitatione quadam discerni non possunt.

Illum enim electum fuisse, post Gregorii Palamae obitum, Thessalonicensem Metropolitam, dubium nullum est percurrentibus Acta Constantinopolitani Patriarchatus, cum haec in illis ita de Nilo scripta reperiantur: « *καὶ ὁ τιμιώτατος ὑποψήφιος Θεσσαλονίκης, ἱερομόναχος κῦρ Νεῖλος ὁ Καβάσιλας* ». [1] In titulis autem operum eius non iam simpliciter *ὑποψήφιος* (electus) dicitur, sed *ἁγιωτάτου καὶ μακαρίου... Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης* appellatione decoratur, [2] quasi Sedem iam adeptus esset.

Quo vero anno electus sit, ex Actorum documentis non proditur; sed cum in Actis collocandis manuscripti Codices Bibliothecae Palatinae Vindobonensis (Hist. Graec. XLVII et XLVIII), qui nunc in opere Miklosich-Müller editi videntur, plerumque ordinem temporis servaverint, ex loco, quo notitia illa ad Nilum pertinens iacet, sat probabiliter colligere possumus, eam ad initium anni 1361 esse referendam. [3] Res tamen non omni dubio vacat, cum inter sectiones ad mensem ianuarii 1361 et februarii eiusdem anni spectantes, simul cum illa, in qua verba superius relata continentur, aliae duae etiam inserantur, quarum immediate praecedens anno pariter caret, altera vero mensi septembri sequentis anni adscribitur. [4] Veri similius autem anno 1361 electio Cabasilae evenisse dicenda est, et hoc modo proximior morti Palamae (primis mensibus 1360?) [5] poneretur, cum huic Nilus immediate suffectus esse videatur.

---

[1] MIKLOSICH F. et MÜLLER J., *Acta et Diplomata graeca Medii Aevi, Acta Patriarchatus Constantinopolitani*, 1315-1402. T. I, p. 417.

[2] Cfr. exempli gratia codicem nostrum Vat. gr. 1117 ad fol. 32r et 149r.

[3] Sic facit v. gr. Mgr L. PETIT in art. *Les évêques de Thessalonique*. In *Echos d'Orient*, t. 5 (1902), p. 94.

[4] Vid. MIKLOSICH-MÜLLER, *Acta Patriarch. Const/pni*, t. I, pp. 412-423.

[5] Cfr. *Encomium Palamae* auctore PHILOTHEO Const/pno, MG 151, 635 D. Dicitur in hoc loco sedisse Palamam annis duodecim cum dimidio. In columna autem 613 B assumptio eius ad Thessalonicensem Thronum recensetur ut statim facta post illam Isidori ad Constantinopolitanum Patriarchatum, quae mense

22. At adhuc res obscurior fit cum accurate definire volumus Archiepiscopatus Nili durationem. Hoc unum ergo de hac re certum affirmare licebit: morte fuisse praeventum Cabasilam, Constantinopoli probabiliter, priusquam ingressum in Metropolim sibi assignatam celebrasset. Ita enim Simeon Thessalonicensis ait, quem ceteri omnes sequuntur: «[Haeresis Acindyni cognoscetur] ... necnon [ex operibus] alius Nili divinissimi, qui, cum Thessalonicensem primatum acceperit, hanc tamen Sedem accedere, morte praeventus, prohibitus fuit». [1] Opinamur autem cum recentioribus auctoribus obitum ipsius circa annum 1363 evenisse, quandoquidem non amplius adhuc, iuxta documenta nunc cognita, alia sententia a quibusdam initio huius saeculi propugnata sustineri posse videtur, secundum quam fere eodem anno 1361 et electio Nili ad Thronum Archiepiscopalem et mors eius accidisse putabatur. [2]

Pro posteriori autem anno, 1363, videtur militare ratio non spernenda: in Actis Patriarchatus Constantinopolitani ad mensem aprilis anni 1363, quemadmodum ex loco collocationis Actorum apparet, translatio Metropolitae Caesareae ad Thessalonicensem Archiepiscopatum habetur. [3] Iam vero, nisi Sedes Thessalonicae illustrissima et una ex praecipuis totius Orientalis ditionis per tres fere annos Antistite orbata supponatur (quod parum veri similiter accidisset), vel ab alio ante Caesariensem Metropolitam occupata putetur (quod minime constat), concludendum nobis erit integro duorum annorum tempore (1361-1363) nostrum Cabasilam Episcopatum obtinuisse.

23. Ad hypothesim autem aliam, quam faciebamus, diluendam,

---

maio 1347 locum habuit (MIKLOSICH-MÜLLER, *Acta Patriarch. Const/pni*, t. I, p. 256). Cum haec sint contemporanea documenta, revera attendendus non videtur TAFRALI (*Thessalonique au XIVe siècle*, p. 151, nota 9), qui mortem Palamae collocat annis 1357/58, innixus articulo quodam a N. BEES in periodico «*Athena*» scripto (t. XVI, p. 638 et XVIII, p. 39 s.). Eo ipso quod illa documenta, ut par est, recipiantur, ruit a fortiori suppositio Domini LE QUIEN, qua Nilus Episcopus constitutus esset circa annum 1340. (Cfr. Mgr L. PETIT, art. cit. ex *Echos d'Orient*, t. 5 [1902], p. 93).

[1] *Dialogus contra haereses*, c. XXXI; MG 155, 145 A. Notare velis perperam factam fuisse in editione Migne latinam versionem, quae, loco postremae clausulae ita ait: «... quam tamen declinare tentavit». Textus graecus sic sonat: «*μὴ πρὸς αὐτὴν δὲ φθάσαντος ἐλθεῖν*».

[2] Cfr. Mgr L. PETIT, *Les évêques de Thessalonique*, *Echos d'Orient*, t. 5 (1902) p. 94; qui tamen non solum sententiam hanc deinde mutavit, sed etiam hodiernae opinioni, ut statim dicetur, auctor fuit. Vid. quoque F. VERNET, in DTC II/2 1295.

[3] MIKLOSICH-MÜLLER, *Acta Patriarch. Const/pni*, t. I, p. 445.

series facit Thessalonicensium Archiepiscoporum, qui in sic dicto « Synodico » illius Metropolis recensentur. Nam cum sciamus Nilum Cabasilam Gregorio Palamae, hunc vero Macario proxime esse suffectos, omissis in diptychis illis (ex ratione potissima, quam statim indicabimus) Gregorii et Nili nominibus, immediate post Macarium nomen Antonii perhibetur, qui alius non est quam Caesariensis ille Metropolita anno 1363 ad Thessalonicam civitatem evectus. Id autem ex Actis Athoniensis monasterii 'Zographou' ad mensem martium anni 1369 edocemur. [1] Iam quod nomina celeberrimi Gregorii Palamae et notissimi eius successoris Nili Cabasilae tunc in Synodico omittantur, nullam difficultatem movet, siquidem eorum elogia paulo ante recitata fuerant, ubi, scilicet, anathemata contra Barlaam eiusque sequaces inserta perhibentur. [2]

Satis igitur ex his ostendi putaverim Nilum Cabasilam, etiam ad Sedem illustrissimam patriae suae promotum Archiepiscopum, ignotis de causis, per duos fortasse annos adhuc Constantinopoli commoratum esse, ibique e vivis circa annum 1363 decessisse, priusquam ut Praesul Thessalonicam ingrederetur. Quodsi, ex coniecturis, quidquam nobis asserere fas est, nonne veri similiter ipse in perficiendo amplissimo suo contra Sanctum Thomam et Latinos Trinitario opere hoc tempore occupatus fuisse videbitur, cum certo constet illud a Nilo postremis vitae annis exaratum Constantinopoli esse, ubi profecto maiori quam Thessalonicae commoditate fruebatur ut, vel inscio Cydonio, libris huius e Sancto Thoma translatis uteretur? Haec quidem ratio bene, ut opinor, explicationem afferre poterit superius allatae Simeonis Thessalonicensis assertionis, qua Nilus morte praeventus fuisse dicebatur, antequam Metropolitanam Sedem obtineret.

24. Nunc autem ad huius capitis conclusionem, pauca quaedam inserenda censeo de laudibus, quas ecclesia Thessalonicensis officia-

---

[1] Cfr. in his omnibus Mgr L. Petit in articulo *Le Synodicon de Thessalonique*, *Echos d'Orient*, t. XVIII (1916), p. 249.

Notitia illa Zographensis Monasterii videri potest in ephemeridibus *Viz. Vremennik*, t. XIII (1906), Supplementum, p. 102.

[2] Videri possunt in codice Vat. gr. 172, anni 1439: elogium quidem Palamae ad fol. 164r-164v, aliud vero Nili Cabasilae ad fol. 168v.

Hanc occasionem nactus notare velim non amplius licere nepotem Nili Cabasilae, Nicolaum, tanquam eius successorem in Thessalonicensi Sede recensere, cum in documentis officialibus nulla huius archiepiscopatus, ne indirecta quidem, mentio occurrat. Quapropter in postremis scriptis Mgr L. Petit (*Echos d'Orient*, XVIII, p. 249), cui Mercati consentit (*Notizie ed Appunti*, p. 57 n. 1), episcopatum Nicolai Cabasilae inter chimeras reponit.

liter, ut superius innuebam, Nilo Cabasilae tribuit. In Synodico enim huius Metropolitanae Sedis, qui dominica prima Quadragesimae (Orthodoxiae Dominica appellata) etiam hodierno die inde a saeculo IX [1] recitatur, ubi triplici anathemate feriuntur haeresum fautores, populique acclamationibus Antistites fidei defensores honorantur, haec de Nilo Cabasila scripta reperimus: « Sanctissimo Nilo, Thessalonicae Archiepiscopo, qui verbis simul et factis scriptisque divinis operibus pro Ecclesia Christi decertavit, qui etiam Barlaami et Acindyni novitates sapientibus rationibus et irrefutabilibus demonstrationibus redarguit profligavitque, sempiterna sit recordatio ». [2] Ad marginem de more habetur rubrica haec: « *ἐκφώνως* » (elata voce), et ad verba « *αἰωνία ἡ μνήμη* » (sempiterna recordatio) apponitur haec alia: « *τρίς* », ut triplex acclamatio subsequatur.

Nemo autem non videt laudem hanc et elogium a viro palamiticae causae deditissimo conscripta fuisse; quis tamen ille fuerit difficilius indicari posset. At fortasse absque proposito non erit nomen Dorothei suspicari, qui anno 1371 Thessalonicense Thronum obtinuit, ipseque postea in Synodico tanquam labores multos simul cum Palama perpessos pariter celebratur. [3] Quae quidem suspicio, si vera est, explicationem optimam praebet cur, reticitis aliis Nili laboribus, benemeritum solummodo ipsum de causa palamitica laus illa designet. [4] Etenim elogium hoc recitari debebat in Thessalonica

---

[1] Historiam institutionis huius diei festi ab anno 842 optimam tibi dabit *Sermo* THEOPHANIS KERAMEI in MG 132, 425-442. De his omnibus consulas quoque N. NILLES S. I., *Kalendarium manuale utriusque Ecclesiae*, t. II, pp. 101 ss.

[2] *Νεῖλου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, τοῦ λόγοις ἅμα καὶ ἔργοις καὶ θείοις συγγράμμασιν ἀγωνισαμένου ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ, καὶ τὴν τοῦ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου κενοφωνίαν θεοσόφοις λόγοις καὶ ἀποδείξεσιν ἀναντιρρήτοις καταισχύναντός τε καὶ διελέγξαντος, αἰωνία ἡ μνήμη.* Codex Vat. gr. 172, fol. 168ᵛ.

[3] Cfr. MERCATI, *Notizie ed Appunti*, p. 58, ubi quaedam ratio affertur, iuxta quam elogium Nili in Synodico Thessalonicae et alia anathemata adversariorum palamismi adscribenda Dorotheo recte censentur.

[4] Hunc quidem agendi modum non probat Leo Allatius in diatriba sua de Nilis. « Ride sodes — inquit — Thessalonicensium putidas ineptitudines in Synodico. Quod in Nilo uti praestantissimum cognoscebant, et quod ille plenissime defendit, processionem nempe ex solo Patre Spiritus Sancti, [illud] obticent, ne iniurii viderentur in Latinos, inque infamiam adducerentur; de re [autem] minima et contemptissima et de qua non erat apud Graecos una sententia, [de] condemnatione nempe Barlaami et Acindyni, contra quam Nilus an quidquam scripserit adhuc dubitatur, licet in palamitarum sententiam iverit, eum dilaudant ». (*Diatriba de Nilis*, n. XIV; MG 149, 681 s.). Haec Allatius; at, nisi fallor, non satis attendit ad rationem temporis rerumque adiunctorum, quibus elogium illud scribebatur. Dimicasse autem Nilum contra Barlaamum et Acindynum scriptis, probavimus superius in cap. II, ad pp. 8-9, 15.

Urbe, quae maxime palamiticae doctrinae ortu et progressu delectata erat, ubi honoribus publicarum acclamationum dignus tunc ille potissimum censebatur, qui strenue pro Palama contra adversarios eius dimicasset, qualis profecto Nilus Cabasilas fuisse ex superius demonstratis nemo infitiabitur. Addas etiam quod elogium immediate ponitur post anathemata pronuntiata adversus Barlaamum et Acindynum, Argyrum Isaacum et Nicephorum Gregoram necnon et Prochorum Cydonium, [1] qui omnes strenue contra novae doctrinae fundamenta scriptis et factis sese opposuerunt.

Quae quidem omnia suadent tunc temporis nihil magis Thessalonicae attendi, quam ea, quae ad palamiticam quaestionem directe spectabant. Nihil igitur mirum si de aliis Nili laboribus reticitum est. Praeterquam quod impossibile non est ut magnum Nili de Processione Spiritus Sancti opus contra Latinos tunc cum eius elogium scribebatur penitus vulgatum non fuisset: probabiliter enim nondum decennium ab eius morte decurrerat. Accidere etiam potuit ut non Nilo, sed nepoti Nicolao, qui opus avunculi edidit, adscribendum esse censeretur; quodsi ita est, nihil miremur in Synodico de grandi opere taceri, cum nullibi in eodem Nicolai encomium reperiatur. [2]

CAPUT V

Scripta Nili Cabasilae

25. Haec laboris mei prima pars historice, ut vidimus, enarrare conatur quaedam facta Cabasilae, quibus vitam eius, pluribus documentis destitutam, quadantenus illustrare possemus. Incompleta tamen adhuc Nili effigies iudicaretur, nisi saltem, enumeratis operum titulis, activitatem eius litterariam uno velut intuitu conspiciendam proponerem.

---

[1] Anathematismus contra Demetrium Cydonium etiam in eodem Synodico legitur (Vat. gr. 172 fol. 168v-169v), sed ponitur post Nili acclamationem, quoniam cum haec scribebatur, adhuc in vivis Demetrius erat: huius igitur condemnatio valde posteriori tempore adiuncta fuit.

[2] Officium pietatis fuit nepotis Nicolai Cabasilae laudes Nili celebrare eleganti hoc epitaphio, versibus scripto (DEMETRAKOPULUS, *Graecia Orthodoxa*, p. 76):

Νείλου κυδαλίμοιο τάφος ὅδε σῶμα καλύπτει,
ψυχῆς παρθενικῆς ἁγνότατον οἶκον.
Νεῖλε μακάρτατε· σὺ μὲν φαίνων οὐρανόν ἵκου,
ἄμμε δ' ὅπας ἀλάωσας, ἐπεὶ μύσας φάεα καλά·
εὐσεβέες βοόωσι τεὴν ποθέοντες ἀοιδήν.

Verumtamen sicut in vitae factis huius celeberrimi theologi byzantini assignandis, non paucae nobis difficultates oriebantur ex eo potissimum, quod documenta et exigua sint et hucusque parum investigata; ita quoque cum de operum Nili elencho exarando agitur, non sufficit nobis ad ea, quae iam ab Allatio vel Demetrakopulo dicta sunt, simpliciter fidenterque respicere, sed nova quaedam investigatio perficienda est, tum quia hi auctores non omnia Nili Cabasilae scripta cognoverunt, tum quia etiam in illis, quae tradunt, nonnulla corrigenda esse videntur.

Itaque nondum fortasse completum operum Nili catalogum hisce notulis praebebo, ea tamen exhibere liceat, quae, dum rebus Cabasilianis studerem, nova quadam ratione assequutus sum. Primum igitur scripta Nili enumerabo, quattuor eorum sectionibus factis, prout, scilicet, ea vel directe contra Sedem et auctoritatem Romanam, vel pro causa palamiticae doctrinae, vel contra Latinos et Latinophrones in controversia Trinitaria, vel denique variis in adiunctis composita fuerunt.

26. Habentur scilicet:

A) *Contra Romanam Sedem*:

1. *Λόγος ἀποδεικνὺς μὴ ἄλλο τι τὸ τῆς διαστάσεως τῆς Λατίνων Ἐκκλησίας καὶ ἡμῶν ....* – « Oratio demonstrans non aliam dissidii Ecclesiarum Latinarum et Graecanicarum causam esse, quam quod Papa eius, quod controversum est, cognitionem ac iudicium ad Oecumenicam Synodum afferre detrectet, sed ipse solus controversiae magister ac iudex sedere velit, reliquos vero, discipulorum instar, dicto oboedientes habere. Quod quidem ab Apostolorum et Patrum legibus est alienum ». – *Inc.* « *Ἡγούμεθα δεῖν πρὸς Λατίνους* ». *Des.* « *οὔτε οἱ τῶν πατέρων βούλονται νόμοι, τὰ παρόντα ἀρκεῖ* ».

2. *Περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ Πάπα.* – « De Primatu Papae ». – *Inc.* « *Φασὶν οἱ Λατῖνοι τὸν μακάριον Πέτρον* ». *Des.* « *μὴ περιέλῃς ἐκ τοῦ στόματός μου τὸν λόγον ἀληθείας* ».

B) *Pro palamitica doctrina*:

3. *Τοῦ ἁγίου ... Νείλου ... λόγος σύντομος πρὸς τὴν κακῶς ἐκλαμβανομένην φωνήν ...* – « Sancti Patris nostri Nili [Cabasilae], Archiepiscopi Thessalonicae, brevis tractatus circa vocem illam, ab haereticis Acindynianis perperam intellectam, qua divus Gregorius Nyssenus ait nihil praeter divinam naturam increatum esse; unde non sola natura divina increata est, sed etiam simul cum ipsa proprietates eius

naturales ». – *Inc.* « *Κανών ἐστι θεολογικός* ». *Des.* « *δι' ἧς ἡ ἀλήθεια τοῖς ἀξίοις ἀποκαλύπτεται* ».

4. *Τόμος συνοδικὸς ... κατὰ τῶν φρονούντων τὰ Βαρλαάμ τε καὶ Ἀκινδύνου ...* – « Tomus synodicus, quem sancta et divina Synodus proposuit, cum adversus sentientes Barlaami et Acindyni haeresim congregata fuit in regia aula piorum et orthodoxorum nostrorum Imperatorum Cantacuzeni et Palaeologi ». (Opus collaborationis). – *Inc.* « *Οὔτε μὲν τὴν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ κοινοῦ* ». *Des.* « *ὑπὲρ ἧς καὶ δι' ἧς ὁ παρὼν ἡμῖν ἀγὼν ἤνυσται* ». (Sequuntur subscriptiones).

5. ... *Νείλου τοῦ Καβάσιλα, ὡς ἐκ προσώπου τῆς ἱερᾶς συνόδου πρὸς τὸν φιλόσοφον Γρηγορᾶν ἀντίγραμμα.* – « Sanctissimi Praesulis Thessalonicae, Nili Cabasilae, ex commissione sacrae Synodi ad philosophum Gregoram responsio ».

C) *In quaestione Trinitaria contra Latinos*:

6. *Περὶ τῆς τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως κατὰ τῶν Λατίνων.* – « De Spiritus Sancti Processione contra Latinos ». – *Inc.* « *Τῶν ἐν τῇ θεολογίᾳ δογμάτων* ». *Des.* « *καί σε προσκυνοῦντες δοξάζομεν εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Δόξα σοι, ὁ Θεός* ».

7. *Περὶ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, ἥτις ἀποκατέστησε Φώτιον ... εἰς τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως ...* – « De sancta et Oecumenica Synodo, quae sanctissimum Patriarcham Photium restituit in Thronum Constantinopolitanum, et scandala dissolvit duarum Ecclesiarum, veteris et novae Romae ». – *Inc.* « (*Ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ Βέκκου, οὗ ἡ ἀρχή·*) *ἣν ἂν μακάριον ἀληθῶς* ». *Des.* « *ἅπαντα τὰ κατὰ τῶν ἁγίων ... Φωτίου ... γραφέντα ἢ λαληθέντα, ἀνάθεμα* ».

D) *Varia quaedam*:

8. *Ὁμιλία κατὰ τῶν Λατίνων.* – « Homilia contra Latinos ».

9. *Ἐπιστολὴ ... πρὸς τὸν ἀνέψιον ...* – « Epistula Nili, Metropolitae Thessalonicensis, ad nepotem suum Nicolaum Cabasilam ». – *Inc.* « *Περὶ τῆς ἐννοίας τῶν συγγαμμάτων σου* ». *Des.* « *μετὰ τῶν ἐχθρῶν ἵστασθαι τοῦ Χριστοῦ* ».

10. *Ἀντιλογία περὶ τοῦ ιβ^{ου} κανόνος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου.* – « Controversia de Canone duodecimo Synodi Antiochenae ». – *Inc.* « *Τοῦ Ἀλανίας ἱερωτάτου μητροπολίτου* ».

11. (Parvum opus, quod « Iberonense » appellari posset). – *Inc.* « *Ὕμνον εὐχαριστήριον ᾄσωμεν* ». *Des.* (mutilus codex) « *τἀπίγεια πάντα ἀναπλησθήσεται, κάθοδον δυνά* .... »

12. *Νείλου Θεσσαλονίκης Ἀποσπάσματα..* – « Nili Tessalonicensis Fragmenta ».

13. [De syllogismis contra Latinos].

27. En ergo habes elenchum scientificae Cabasilianae activitatis, in quo singula fere opera ad polemico-theologica pertinere censenda sunt, ita ut iure merito Nilus Cabasilas et theologi non infimi subsellii et insimul acerrimi Ecclesiae Romanae impugnatoris nomen mereatur.

Primum autem locum obtinent illa duo (num. 1-2), quae, ut opinor, etiam ordine temporis prima fuerunt,[1] et quae ab ipso Nilo publicis iuris esse facta veri simile est. Etsi enim in codice Vat. gr. 1757 « *Προθεωρία* », quam praefixit Nicolaus Cabasilas editioni operum avunculi iam mortui, primum occupat folium, ita ut omnia illa scripta quae in volumine continentur (ac proinde etiam duo haec, de quibus nunc agimus), sub se comprehendere videatur; tamen scribae solummodo, non rei naturae huiusmodi collocatio debetur. Nam « *Προθεωρία* » Nicolai, si attentius legatur, consideranda est solum ut prologus duorum Nili operum, ad quae exclusive refertur: magni scilicet tractatus de Spiritus Sancti Processione et dissertationis de Pseudo Synodo Photiana, qui tanquam appendicis vel complementi materiei ad finem illius exhibetur.[2]

28. Opus autem sub numero 3 supra relatum ineditum exstat, ut diximus, in cod. Regiae Vallicellanae Bibliothecae, Romae, 87 (F 22), *fol. 428v-433v*. Id autem notandum censeo: opus hoc etiam in sua brevitate sex foliorum, et quidem mediae magnitudinis, tanti momenti a Ioanne Cyparissiota reputatum fuisse, ut ad illud refu-

---

[1] Illa certe saltem ad finem operis *De Spiritus Sancti Processione* citantur in refutatione capitis 48 ad folium 342v (num. 216 in hac editione).

[2] Hi duo Cabasiliani tractatus studiosis noti sunt ex editione Migniana (MG 149, 683-700 et 699-730). Animadvertas autem duo opera Nili, secundum hanc editionem, unum solummodo dicenda fore, duobus libris constans. Nempe erroris ratio inde fortasse provenit, quia in Indice editionis Constantinopolitanae sic legitur: « Nili Cabasilae libri duo »; at evidenter pro verbo « libri » (*βιβλία*), verbum « opuscula » intelligendum est. (Cf. DEMETRAKOPULUS, *Ὀρθόδοξος Ἑλλάς*, p. 77).

Sed ante MIGNE haec duo opera contra Romanam Sedem pluries typis data sunt: Basileae 1554, Francofurti 1555, Hannoviae 1608, Lugduni 1645 (notitia ex H. WHARTON, *Saeculum Wicklevianum*, p. 35, in Appendice ad G. CAVE, *Scriptorum ecclesiasticorum historia litteraria*, t. II, Oxonii 1743). Aliam etiam editionem enumerat DEMETRAKOPULUS (ubi supra) pro anno 1612, at locum non assignat. Exstat praeterea rarissima editio anni 1624, iuxta plures Londini facta, sed iuxta Dositheum, patriarcham Hierosolymitanum — a DEMETRAKOPULO (ibidem) citatum — Constantinopoli curis hieromonachi Nicodemi METAXAS excusa. In hac simul cum opusculis nostri Nili etiam quaedam scripta Meletii Alexandrini, Georgii Coressii, Barlaami Calabri et Gabrielis Severi adiunguntur.

tandum librum ipse integrum quinque dissertationibus distributum composuerit. [1] Nihil sane mirandum, si attendimus in ipso unum ex fundamentis palamiticae doctrinae fulcimentum accipere, id est: non solummodo naturam divinam, sed etiam operationes illius (quae diversae a natura sunt) increatas dici debere. [2]

De sequenti scripto Cabasilae, sub numero 4 posito, recordari sufficiat ea, quae in capite II disseruimus. [3] Simul cum Philotheo Kokkino exaratum fuit, et improbabile non est patristicam eruditionem, qua maxime Nilus delectabatur, in Synodico hoc Tomo praefulgentem Thessalonicensem Metropolitam auctorem habuisse.

Notitiam huius collaborationis cum Philotheo ex Ioanne Cyparissiota acceptam habemus. [4] Constat autem opus, a Dositheo primum editum, [5] in Patrologia Migne graeca locum exinde obtinuisse. [6]

29. Plura vero de subsequenti opere, cui numerus 5 praeponitur, dicenda erunt, quod quidem omnes, ut videtur, auctores, qui de Nilo hucusque tractarunt, penitus latuit. Exstat profecto inter amplissimam collectionem manuscriptorum Athoniensium et servatur in bibliotheca Monasterii Dionysii in codice 194 ad saeculum XIV pertinente; numerum vero generalis catalogi a Lampros editi obtinet 3728. [7] Codex miscellaneus est, cuius septima sectio scriptum hoc Nili Cabasilae nobis offert, catalogus autem initium et finem operis non adducit. Magni sane momenti pro historica cognitione nostri Nili hanc notitiam esse asserere non dubitabo, quandoquidem ex ipsa confirmationem plenam sument illa fere omnia, quae ad caput II de relationibus Cabasilae cum Nicephoro Gregora disseruimus.

Exinde igitur non amplius prudenter dubitari poterit non quemvis alium Cabasilae cognomine insignitum, sed revera Nilum no-

---

[1] Hoc Io. Cyparissiotae opus habetur in cod. Bibl. Nation. Parisiensis gr. 1246, fol. 283-388, ubi adiungitur, *tanquam liber quintus*, celeberrimo eiusdem operi « *Τῶν παλαμιτικῶν παραβάσεων λόγοι τέσσαρες* ».

[2] Opus hoc Nili citatum invenio in tractatu *De Processione Spiritus Sancti ad eos, qui dicunt Filium Dei non esse ex substantia Patris*, cap. I, qui tractatus in editione Petri Arcudii (*Opuscula aurea theologica*, Romae 1630, p. 450) Demetrio Cydonio tribuitur. Corrigenda tamen notitia est, opus enim illud non Cydonii, sed Manuelis Calecae dici debet, sicut abunde ostenditur in opere Mercati, *Notizie ed Appunti*, pp. 69 s.

[3] Vide superius p. 15.

[4] I. Cyparissiota, *Palamiticae transgressiones* I, 2 (MG 152, 677 D).

[5] Cfr. *Τόμος Ἀγάπης*, [Iasii] 1698, pp. 52-85 in Prolegomenis.

[6] MG 151, 717-764.

[7] Cfr. Spyr. P. Lampros, *Catalogue of the greek manuscripts on Mount Athos*, vol. I, Cambridge 1895, p. 358.

strum fuisse virum illum, qui ab Imperatore ad domum Gregorae missus fuerat, ut hunc ad palamiticas partes reducere conaretur. Praeter quam quod, ut ostendimus, minus cum Nicolao Cabasila quadrant illa, quae de senectute celebris colloquutoris Gregorae ab hoc historico in longissima disputatione dicuntur; [1] unde suspicio Boivini, editoris Historiarum Gregorae, tollitur, [2] quemadmodum notavit quoque cl. Martinus Jugie. [3] Sed multo magis sententia, quam abhinc paucis annis R. Guilland in editione epistularum ipsius Gregorae contra Boivinum propugnavit, reici debet. Etenim non solum in errorem incidit eo, quod dicat Boivinum pro Nilo stare, cum reapse Boivinus Nilum reiciat, sed etiam pro solutione proponendo tertium quemdam Cabasilam nomine Demetrium: nempe hic in litterarum byzantinarum republica solummodo tanquam scriba vel amanuensis a Krumbacher cognoscitur, [4] quem sequitur Iosephus Cammelli; [5] neque alium auctorem videre mihi adhuc contigit, qui talem Demetrium ut theologum innuat, qualis profecto habendus esset, isque non infimus, si ipse re vera doctissimam illam cum Gregora disputationem sustinuisset. Neque plurimum in hac re R. Guilland, [6] qui ceterum magna eruditione de Gregora variis in operibus scripsit, profecit argumentis illis, quibus intentum confirmare conatur. Eo enim quod non solum Gregoras ipse, sed etiam alios scriptores ut Demetrius Cydonius, Nicephorus Chumnos et Michael Gabras opera sua ad ipsum mittant, ut ex illorum epistulis apparet, non inde recte concluditur hominis in re theologica eruditio et praestantia, quae nullibi constat, sed potius (ut stemus notitiae Krumbacherianae) ad ipsum opera missa fuisse ut calligraphica eius arte decorata ederentur.

Itaque ut paucis ea, quae diximus, complectamur, ex notitia huius operis Nili Cabasilae hucusque silentio praetermissi confirmationem accipit studium, quod prius instituimus, circa Thessalonicensem Archiepiscopum ut ad palamiticam controversiam relatum. Nulla enim erit difficultas ut credatur Nicephoro Gregorae affirmanti missum ab Imperatore Nilum fuisse ut amicum suum ad partes Pa-

---

[1] Cfr. N. Gregoras, *Historiae byzantinae*, lib. XXII, c. 4 (MG 148, 1328 C; 1329 C; 1332 D-1333 A), lib. XXIV (ibid., 1436 BC).

[2] Cfr. MG 148, 1300 B, cum nota 30 ad calcem paginae ibi posita.

[3] In articulo *Palamite (Controverse)* DTC XI/2, col. 1798.

[4] Krumbacher, *Byzantinische Literaturgeschichte (Nikephoros Chumnos)* IX, p. 481.

[5] I. Cammelli, in ephem. *Bessarione* 36 (1920), p. 106.

[6] R. Guilland, *Correspondance de Nicéphoro Grégoras* (1927), in Introductione p. IX et deinde pp. 316-17.

lamae afferre tentaret, cum constet etiam nomine Synodi ad responsionem Antirretico ipsius Gregorae dandam inter omnes ipsum eligi. Quin etiam manifesto fit adeo Nilum Cabasilam palamiticae doctrinae addictum fuisse, ut in ipsa theologicis rationibus defendenda potiores partes haberet.

His ergo praelibatis, quaedam de reliquis, quae restant, operibus eius pauca dicamus.

30. Ordine autem in nostro elencho duo illa subsequuntur, numeris 6 et 7 notata, quae ad quaestionem Trinitariam pertinere diximus; quorum primum quidem praecipuum opus Cabasilianum constituere affirmamus; nihil autem de ipso notandum nunc nobis est, utpote quod in reliquis partibus huius lucubrationis abunde illud tractabimus.

Igitur de altero opere, quod ad pseudo-Photianam Synodum refertur, verba facienda sunt. Et quidem, quoniam accuratum de hac re studium forsitan melius ad ulteriores investigationes relinquendum erit, quaestio paucis nunc solvenda haec occurrit: an revera Nilo Cabasilae praesens tractatus adscribendus sit.

Ratio dubitandi illa certe est, quae primo saltem adspectu difficultatem movere non negabimus. Nam in codice Vaticano graeco 1757, ubi ipsemet opus perlustravi (et idem dicendum erit, ut puto, de reliquis codicibus, qui notabuntur postea, in quibus adest quoque), statim post titulum operis, characteribus etiam rubris scripta haec clausula habetur: « *ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ Βέκκου* ». Unde mirum non est hoc scriptum ab aliquibus Ioanni Becco, Constantinopolitano Patriarchae, esse annumeratum. Sic ex. gr. Fabricius in sua *Bibliotheca Graeca*, clausulam illam ad titulum pertinere arbitratus est, ideoque opus, cui titulus respondet, Becco tribuere videtur.[1]

Attamen si quis « protheoriam » Nicolai Cabasilae editioni tractatus Trinitarii avunculi eius praefixam attenta mente legerit, nullum amplius dubium fovere poterit ne praesens opus Metropolitae Thessalonicensi Nilo referendum esse censeat. Partem igitur postremam huiuscemodi « protheoriae », quae ad rem nostram pertinet, verbotenus interpretatam nunc afferre iuvabit. Loquitur de octava Synodo Oecumenica, id est, pro ipso de pseudo-Photiana annis 879-880 celebrata (de qua tractaverat etiam Nilus, ut videbimus, ad finem magni sui operis de Spiritus Sancti Processione), et ex his, quae dicit, occasionem sumit ut alterius quoque Niliani tractatus praesen-

[1] Videas MG 141, 14; ubi Fabricii disquisitio operum Ioannis Becci editioni praemittitur.

tationem faciat. Sic igitur scribit: « Etenim sub Imperatore Macedone [Basilio] et Patriarcha Photio et Papa Ioanne [VIII] Oecumenica Synodo Constantinopoli coadunata, ... Graeci Latinos persuaserunt additionem ad Symbolum [fidei factam] reiciendam esse. Sed quoniam qui separati erant peiorem adhuc coniunctionem fecerunt, ita ut Latinorum impudentia in Ecclesiam nostram perfunderetur, illud evenit quod tum alia multa [documenta] nostra per manus illorum, qui tunc dominabantur, corrupta fuerint, tum etiam codex ille, in quo memoria huius Oecumenicae Synodi servabatur, e medio evanuerit: refugiebant enim reprehensionem ipsis ibidem factam, etiamsi apud nos maneant canones octavae Universalis Synodi, et Latini quoque octavam Universalem Synodum celebratam esse confiteantur ».

« Itaque — pergit dicere Nicolaus, quasi conclusionem educens — cum paucae quaedam partes illius libri historiam huius Synodi perhibentis (qui et sublatus erat) fuerint relictae, beatus Nilus, qui librum hunc [quem publicis iuris ego facio] composuit, e diversis locis partes illas colligens, eas in ordinem redegit contra Latinos, velut evidens veritatis testimonium. Exinde enim liquido patet habitam esse illis, quae dixi, temporibus Oecumenicam Synodum, qua et additio Latinorum in Symbolo fidei introducta exterminata fuit, et eo ipso Ecclesiarum pax et concordia restituta ». [1]

31. Omnia igitur ex his verbis clarescunt, quemadmodum etiam Ioannes Mercati asserit: [2] auctor opusculi Nilus est, scopus autem operis, restitutio (quantum fieri licuit) Actorum Synodi Photianae, quae, iuxta ipsum, post latinam Imperii Byzantini occupationem Unionemque perperam inchoatam, disparuerunt. Parvae tamen ipsorum reliquiae hinc illinc collectae ab ipso Nilo adversus Latinos, tanquam murum firmissimum, coadunantur.

Quapropter perspicua etiam apparet explicatio cur illa verba « ἀπὸ τοῦ λόγου τοῦ Βεκκου » post titulum opusculi inveniantur; accidit enim ut primum ex collectis Actorum fragmentis in operibus Ioannis Becci relatum inveniret Nilus, ab eoque initium fecit collectionis suae. Id vero exinde confirmationem accipit, quod in hoc opere ante uniuscuiusque fragmenti transcriptionem apponitur rubro etiam colore locus unde fragmentum desumere licuit. Iam vero,

---

[1] Textum graecum videre poteris apud DEMETRAKOPULUM, *Graecia Orthodoxa*, pp. 79-80; vel apud L. ALLATIUM in MG 149, 679-80.

[2] MERCATI, *Notizie ed Appunti*, p. 508 (in additione ad p. 164, nota 1).

quoad Beccum Patriarcham attinet, alia duo excerpta ab eius operibus, si bene memor sum, Nilus adducit, quorum primum ad folium 327v invenitur hac apposita citatione « *ἀπὸ τοῦ Βέκκου* »; alterum autem ad marginem iacet folii 346r et ita sonat: « *καὶ τοῦτο τὸ μέρος τῆς ἐπιστολῆς ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ λόγου τοῦ Βέκκου μεταγράφη* ».

Satis igitur his rationibus Nilianam huius operis paternitatem demonstrari puto;[1] maiorem autem de illo investigationem instituere extra limitem praesentis laboris esse videretur. Tamen quantum per me fieri licebit, hoc studium ulteriori tempore perquiram, in quo non solum multa ad cognitionem completam nostri Cabasilae adesse censeo, sed etiam alia non parvi momenti ad historiam Unionis separatarum Ecclesiarum cum Romana spectantia, inexplorata adhuc, invenienda fore.

Ceterum opusculum breve est, nam in codice, quem prae manibus habui, Vat. gr. 1757, folia occupat mediae magnitudinis solum viginti et unum, scilicet a *fol. 327r* ad *347r*. Ponitur autem (in ordine a me stabilito pro operibus Nili praesentandis) simul cum percelebri opere Trinitario, ratione potissimum habita collocationis eiusdem in multis magnae auctoritatis codicibus, in quibus post tractatum *De Spiritus S. processione* iacet. Imo si imprudenter « *Προθεωρία* » Nicolai attenditur, ut pars Trinitarii operis fortasse a quolibet haberi posset. Sed de his sermo deinceps erit.

32. De postrema denique sectione operum Nili, minoris sine dubio momenti, haec solummodo dixisse sufficiant: Homiliam illam contra Latinos, quam numero 8 notavi, forsitan ad aliquam ex superioribus sectionibus applicandam esse. Ipsam autem nondum vidi; sed eius notitiam ex catalogo manuscriptorum Bibliothecae Parisinae hausi, ubi hac solummodo indicatione profertur: « Nili, Thessalonicensis Archiepiscopi, homilia contra Latinos ». Folia im-

---

[1] Editum invenitur opusculum, sine nomine auctoris (quem editor ignorasse videtur), apud G. Beveregium, *Synodicon sive Pandectae Canonum SS. Apostolorum et Conciliorum ab Ecclesia receptorum*, t. II (Oxford 1672), pp. 273-292. A. Papadopulos Kerameus editionem iteravit anno 1892 in ephemeridibus *Pravoslavnyj Palest. Sbornik*, t. XI, pp. 141-177.

Rectam suppositionem Auctor fecit in praefatione huius voluminis, ad pag. IX, quod totum est in edendis diversis photianis operibus: narrationem enim illam de Synodo Photiana deberi putat scriptori cuidam ignoto (!) saec. XIV, probabiliter, ut dicit, Nilo Cabasilae. Sed V. Laurent (*Echos d'Orient*, t. XXIX, [1930], p. 406) pro indubio existimavit, innixus affirmationi Petri Risso (*Roma e l'Oriente*, t. VIII, [1914], p. 162), opus adscribendum fore Matthaeo Angelo Panareto. Ex dictis igitur haec notitia corrigenda erit.

plet quinque a *118ʳ* ad *122ᵛ* codicis graeci numero 675 insignito eorum, qui in Supplemento ab Omont describuntur. [1]

Quod attinet ad Epistulam Nili, sub num. 9 positam, ad nepotem Nicolaum, facile quivis deciperetur si ad titulum attenderet, quo ea saepius designata occurrit: Epistula theologica. Verumtamen quaestio in ipsa brevissime agitata (cum integra Epistula paucis lineis contineatur), haec curiosa est: an Sanctus Demetrius, Thessalonicensis Martyr et Thaumaturgus, maior Ioanne Baptista dici possit.

In codice Vat. gr. 632 legitur ad folium *96ʳ* statim post encomium Sancti Demetrii a Nicolao Cabasila pronuntiatum, cuius occasione hae litterae ab avunculo ei scriptae fuerunt. [2]

33. Iam de opere num. 10 obsignato dicendum est illud adesse in Bibliotheca Const/pna Metochii, in codice s. XVII num. 522, in vigesima septima sectione (*fol. 240ᵛ-243ᵛ*). [3] Longus titulus sic sonat: « *Τοῦ μακαριωτάτου μητροπολίτου Θεσσαλονίκης Νείλου τοῦ Καβάσιλα ἀντιλογία εἰς τὴν ἑρμηνείαν τοῦ Βαλσαμῶν, τὴν εἰς τὸν ιβ^{ov} κανόνα τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συνόδου, ἥτις διαντιλογία (= δὴ ἀντιλογία) ἔσχε τοιαύτην δήτινα τὴν ἀρχὴν καὶ αἰτίαν* ». Est opus polemico-canonicum contra Theodorum Balsamonem, et agitur de Synodo Antiochiae Syriae celebrata an. 341 sub Iulio I Papa et Constantio Imperatore, occasione dedicationis templi iam a Constantino Magno inchoati. [4]

---

[1] H. OMONT, *Inventaire sommaire des Manuscrits grecs de la Bibl. Nationale* (1888), p. 295.

[2] O. TAFRALI, qui epistulam hanc novit ex cod. Paris. gr. 1213 fol. 68ᵛ, in opere suo *Thessalonique au XIVᵉ siècle*, p. 131, contrario modo rem accepisse videtur, nempe: contione de Martyre Thaumaturgo a Nilo dicta (quandonam? ubinam exstat?), a quodam ipse accusatur quasi sanctum Demetrium maiorem esse Baptista sustinuisset; at sensus hic revera ex epistula non apparet.

Magni momenti esset sine dubio collectionem quarumdam saltem Nili Cabasilae epistularum cognitam habere. Eas autem exsistere, valde probabile est: omnes enim illius temporis praecipui viri, qualis Nilus fuit, epistolarium reliquerunt. Hucusque vero (quod ego sciam) una haec epistula, ad nepotem data, certo exstat; ad Nilum enim Cabasilam non potest pertinere illa alia, quam sub interrogationis signo tribuitur ipsi in *Catalogo Codicum Patmensis Sancti Ioannis Monasterii* a SAKKELIONOS exarato, Athenis 1890, p. 263, ad cod. 669. Epistula enim a quodam Nilo (monacho? « peccator Nilus » scribit) data est ad MAXIMUM a Graecis ITALUM appellatum; et suspicor agi de Maximo in Albania nato ca. 1480, longo iam saeculo elapso post mortem Nili. Italus dicebatur ob studia in Italia peracta. Quodam tempore inter monachos Athonenses vixit, et opera reliquit exegetica, polemico-religiosa et humanistica.

[3] A. PAPADOPULOS KERAMEUS, *Catal. manuscript. graec. Patriarchatus Hierosolymitani*, t. V, pp. 81-82.

[4] Habes can. hunc in MANSI 2, 1313 BC; eiusque interpretationem Balsamonis in MG 137, 1308-1312.

Sequitur num. 11 opusculum « Iberonense », recensitum a S. P. Lampros [1] inter codices Monasterii Iberonensis ad num. 372 (in ordine generali bibliothecarum Athoniensium 4492) in sectione vigesima quarta. Cum opus titulo speciali carere videatur, « Iberonense » ipsum appellavi. Lampros haec habet: *Νείλου τοῦ Καβάσιλα, ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης.* Incipit: « *῞Υμνον εὐχαριστήριον ᾄσωμεν τῷ τοῦ φωτὸς πατρὶ καὶ γεννήτορι· τῷ τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν ἀποστείλαντι καὶ τὸν ζόφον ἀφ' ἡμῶν ἀφανίσαντι* (in margine *Φίλωνος*). *Ἠκρωτηριασμένοι καὶ ἐκτετμημένοι τὰ κάλιστα, φρόνησιν καὶ καρτηρίαν* .... ». Finit (mutilus): « *τοιούτου κατασκευασθέντος οἴκου παρὰ τῷ θνητῷ γένει, χρηστῶν ἐλπίδων τἀπίγεια πάντα ἀναπλησθήσεται, κάθοδον δυνά* .... ». Transcripsi totum, quod in Catalogo praebetur, si forte ex his introspicere quis poterit res, de quibus Nilus in eo agat.

Quod autem attinet ad « Fragmenta » illa Cabasilae, num. 12 signata, dicere non possum an novum aliquid addant operibus iam supra recensitis. Inveniuntur haec etiam in codice 388 bibl. Monasterii Iberonensis (Athoniensium 4508) in sectione eius 289, et brevissima sunt, cum in unico folio contineantur, et habeantur in eo simul alia fragmenta Demetrii Cydonii. [2]

Restat tandem numerus 13. At vehementer suspicor hoc opus nihil aliud esse quam « prooemium » illud de non adhibendis syllogismis, quod refutationem syllogismorum praecedit in opere Nili *De Processione Spiritus Sancti.* Non igitur novum opus, et legendum dabitur in hac mea editione. Notitiam sumpsi ex eodem codice Iberonensis Monasterii 372 (Athoniensium 4492) in sectione decima tertia, ubi post tractatus quartum, quintum et sextum operis Nicolai Cabasilae « *Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς* » haec habentur: « *Τοῦ μακαριωτάτου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης Νείλου τοῦ Καβάσιλα· Κατὰ Λατίνων οἰομένων ἐκ συλλογισμῶν ἑλληνικῶν ἀποδεικνῦναι τὴν εὐσέβειαν* ». Titulus hic forsitan non a Nilo, sed ab alio positus fuit, differt enim a titulo, qui in textu Nili mox edendo legitur. Dubium tamen non undequaque ex hac ratione tollitur, quia initium et finis huius operis in Catalogo non exscribuntur. [3] Ceterum nota similem tractatum a Fabricio Nicolao Cabasilae tribui. [4]

34. Nunc vero ut tandem aliquando huic capiti finem imponam, abstinere non possum, quin, vel obiter, quaedam de alio opere in-

---

[1] S. P. Lambros, *Catalogue of the greek manuscripts on Mount Athos,* t. II, pp. 100-101.

[2] Ibid., p. 137.

[3] Ibid., p. 100.

[4] Cfr. *Biblioth. Graec.*, t. X, p. 459 (in MG 150, 361-362).

nuam, quod non semel inter scripta Nili Cabasilae computatum est, videlicet: « *De Purgatorio igne* ». Nilo enim non solum antiquis, sed etiam recentioribus temporibus, quemadmodum fecit F. Vernet, [1] tribuebatur, etiam postquam scripto postumo Petri Arcudii anno 1637 edito, quo purgatorius ignis contra Barlaamum defendebatur, generatim monacho Calabresi librum illum « *De Purgatorio igne* » adscribere sollemne fuit. Nec defuerunt alii qui opus non Nilo, sed Nicolao Cabasilae darent, vel etiam qui illud, ut Allatius, Graecorum hominum indignum esse arbitraretur et protestantis cuiusdam saeculi XVI calamo scriptum esse diceret. [2]

Attamen omnibus illis, qui scientificam ultimorum annorum productionem perspectam habent, plane liquet opus, saltem maxima ex parte, Marco Ephesino deberi; illud enim nihil aliud est quam Oratio I Marci Eugenici de hac re, quae ut responsio praeberetur Latinorum Cedulae Ferrariensi est elaborata; quae autem cum hac Responsione non cohaerent, collegae illius Bessarioni, nondum catholico, adscribenda sunt. At vero longum esset haec omnia minutatim perquirere, quae ut aliena labori meo videri possent. [3]

---

[1] Cfr. DTC II, art. *Cabasilas Nil*, col. 1296.

[2] Cfr. L. ALLATIUS, *De utriusque Ecclesiae... de Purgatorio consensione*, num. XXXIII, p. 239.

[3] Cfr. Mgr L. PETIT, *La question du Purgatoire à Ferrare*. In *Patrologia Orientali* a GRAFFIN-NAU edita, t. XV, p. 1 ss. Quod ad Bessarionem attinet, vide, sis, quae ipsemet tractavi in articulo *Bessarion Nicaenus in Concilio Florentino* (*Orientalia Christiana Periodica* vol. VI, n. 3/4, Roma 1940). Quae ad rem praesentem faciunt, habentur in pag. 423-429.

PARS ALTERA

OPUS NILI CABASILAE
DE SPIRITUS SANCTI PROCESSIONE CONTRA LATINOS

CAPUT I *

Traditio operis manuscripta

35. Sed ex omnibus his Nili Cabasilae scriptis examinandum nunc venit celeberrimum illud Ecclesiae Orthodoxae monumentum, quod sub numero 6 recensuimus. Et primum quidem de traditione operis manuscripta disserendum est. Nam opus hoc Nilianum non mediocrem inter Graecos fortunam obtinuisse censebitur, si animus ad multiplices huius tractatus manuscriptos codices applicatur, quibus ab editionis primordiis ubique pervulgari coepit. Exstat enim etiam nunc quidem in bibliothecarum scriniis non parvus eorum numerus, qui famam praeteritorum temporum huius operis clara voce testificantur. « Omnia haec Cabasilae opera — ait Demetrakopulus [1] — in bibliothecis Lugduni Batavorum, Monacensi, Vindobonensi, Mosquensi servantur ».

Sed plurium adhuc bibliothecarum apographa cognoscuntur. Nam haec saltem in Monasteriis Montis Athos numerari possunt: [2]

a) Codices 4397 (Iberonensis 277), et 3681 (Dionysianus 147), omnium forsitan antiquissimi; cum primus ad annum 1367, et ad 1369 alter ascendat.

---

* Quae in hac parte dicuntur simul cum capitis V primae partis compendio in Commentariis Pontificii Instituti Orientalium Studiorum [*Orientalia Christiana Periodica* IX 3/4 (1943) 245-306] iam primum edita fuere.

[1] A. Demetrakopulus, *'Ορθόδοξος 'Ελλάς*, Lipsiae 1872, p. 78.

[2] Cfr. S. P. Lampros, *Catalogue of the greek Manuscripts on Mount Athos*, Cambridge, vol. I, 1895; vol. II, 1900. - S. Eustratiades and Arcadios, *Catalogue of the greek Manuscripts in the library of the Monastery of Vatopedi on Mount Athos*. In *Harvard theological Studies* XI, Cambridge 1924. - Spyridon and S. Eustratiades, *Catalogue of the greek Manuscripts in the library of the Laura on Mount Athos*. In *Harvard theological Studies* XII, Cambridge 1925.

b) Ex Stauronicetae monasterio codex 62 (generali Athoniensium manuscriptorum numeratione 927), cuius aetas ad saec. XIV-XV etiam refertur.

c) Saeculo pariter decimo quarto adscribitur codex 688 Vatopedi monasterii, in quo, quemadmodum in prioribus tribus, integrum opus de Processione Spiritus Sancti reperitur; cui etiam praeponitur tractatus de Synodo Photiana. Hic quoque adest in tribus supra relatis codicibus, ordine tamen vario: nam praeit in codice 4397, in duobus autem reliquis subsequitur.

d) Integrum adhuc opus Nili continetur in codice monasterii Laurae 1078 saeculi XVI, ubi etiam ad finem tractatus Synodi Photianae legitur.

e) Esfigmenense monasterium suo etiam Niliano codice donatur, numero propriae bibliothecae 95, Athoniensium omnium 2108 insignito, s. XVIII.

f) Denique integrum, ut puto, opus Cabasilianum habet, at praepostero partium ordine, manuscriptus codex numero 3685 subnotatus (Dionysianus 151), s. XVII, qui in sectione septima, nam miscellaneus est, primam (ut videtur) et tertiam partem operis Nili sub hoc titulo emphasi pleno prae se fert: « Praemissae Latinorum et syllogisticae argumentationes contra Graecos, vel potius contra Ecclesiam Christi, quibus intenditur demonstrare Spiritum Sanctum ex Filio quoque procedere; collectae sunt a sanctissimo et celeberrimo sapientissimo Archiepiscopo Nilo Cabasila, et ab eodem theologice vereque sapienter et divina inspiratione refutatae ». Apponitur etiam in sectione octava refutatio conclusionis Latinorum (pars altera operis Nili). Concilium photianum non habetur, sicut nec in praecedenti.

Plures praeterea athonienses manuscripti reperiuntur, in quibus fragmentum quoddam vel pars totius operis nobis offertur; quorum speciminis gratia hi sunt, qui sequuntur:

a) Primum locum occupat codex 3672 (Dionysianus 138), saec. XIV, qui totam fere lucubrationem Nili de Spiritu Sancto exscripsit, sed fragmentis quibusdam Gregorii [Palamae] Thessalonicensis permixtam, sub cuius nomine cuncta referuntur.

b) Monasterii Vatopedi codex 28, saeculi pariter XIV, in quo pars illa iacet, in qua Sancti Augustini auctoritatem in quaestione Trinitaria adimere Nilus vult.

c) Per fere centum folia fragmenta dat operis Nili manuscriptus codex 1626 monasterii Laurae, ad saec. XV pertinens, qui hoc generali titulo donatur: « Contra Papas et Latinos ».

d) Saeculo etiam XV annumerantur codices 4816 (Iberonensis 696), et 954 (Stauronicetae monasterii 89), quorum primus selectio-

nem facit aliquorum operis Niliani capitum contra Latinos; alter vero primam tractatus sectionem praebere videtur.

e) Duo adhuc adsunt codices saeculi XVI, qui, sicut praecedens, primam partem operis repraesentant, seu « promptuarium » quod Nilus vocat, totam argumentationem suam de processione Spiritus Sancti paucis complectens. Hi autem sunt: codex Vatopedi 484, et Iberonensis 678 (generalis numerationis 4798).

36. Bibliotheca quoque Mosquensis opus Trinitarium Cabasilae non uno in codice custodit; neque mirum est, cum ex Demetrakopuli notitia [1] opera illius etiam in slavicam linguam translata fuerint. Quatuor igitur saltem manuscripti codices ibi sunt, in quibus integrum Nili opus de processione Spiritus Sancti invenitur simul cum aliis ipsius scriptis contra Romanam Sedem, et in eisdem quatuor tractatus quoque ille de Synodo Photiana: [2]

a) Codex Bibliothecae Typographaei Synodalis 20, cuius assurgit aetas ad finem saeculi XV. Tum restitutio pseudo-synodi Photianae, tum etiam opus de Spiritu Sancto sine ullo auctoris nomine proferuntur, at ex diversarum partium initiis dubium nullum est quin opera Niliana repraesententur.

b) Ad saeculum vero XVII codex pertinet numeri 324, servatus in Sanctissimae Synodi Bibliotheca, qui illud peculiare prae se fert, quod « protheoriam » Nicolai non initio, sed post quinque dissertationes Nili quibus Latinorum conclusio refellitur, intermiscet.

c) et *d*) Adsunt praeterea alii duo manuscripti codices in Bibliotheca Wladimiri repositi, scilicet: 241 saeculi XV, et 252 XVII saeculo exaratus. [3] Integrum opus uterque refert, et insuper Synodi photianae recopilationem.

Fragmenta vero operum Nili exstant quoque nonnulla in Mosquensibus Bibliothecis, quorum solummodo mentionem faciemus codicum 355 saeculi XIV, 354 saeculi XVI, et 253 saeculi XVII, qui omnes primam partem tractatus exscribunt, sive promptuarium illud generale contra Latinos. Plura autem fragmenta dantur etiam in codice 208, XVII saeculi, qui ad Magnos Duces a Dositheo, Patriarcha Hierosolymitano, anno 1693 missus fuerat. Codex totus plurimis contra Latinam Ecclesiam scriptis consertus apparet, quorum haec ad Nilum pertinent: promptuarium contra Latinos, quod a folio 307

---

[1] A. DEMETRAKOPULUS, Ὀρθόδοξος Ἑλλάς, p. 80.

[2] Cfr. de his omnibus MATTHAEI Ch. F., *Accurata codicum graecorum manuscriptorum Mosquensium Sanctissimae Synodi notitia et recensio*, Lipsiae 1805.

[3] I. MERCATI, *Notizie ed Appunti*, p. 164 nota 1.

legitur; caput quod anepigraphum habetur ad folium 474, quo responsio datur ad argumentum 42 ex quadraginta novem, quae, a Latinis adducta, a Nilo refutantur; et alia adhuc excerpta ex refutatione argumenti 49, quae foliis 479 et 482 initia habent. Recopilatio pseudo-synodi Photianae etiam foliis 483-499 inseritur. Codex hic, quemadmodum tres alii praecedentes, inter manuscriptos Bibliothecae Sanctissimae Synodi numerantur.

In aliis quoque Bibliothecis liber polemistae graeci adhuc custoditur, ex quibus quarumdam solummodo (ne in infinitum progrediamur) memoriam facio. Nam Hierosolymitani Patriarchatus Bibliotheca duobus saltem codicibus, integrum opus Nili continentibus, ditescit: [1] inveniuntur sub numeris 255 initii saeculi XVII, et 641 antiquioris aetatis, saeculi XV. In utroque etiam opus habetur de Synodo Photiana, in postremo autem solo « Protheoria » Nicolai reperitur. Insuper pars operis Cabasiliani in alio codice 252, ad medium saeculum XVI pertinente, iacet.

37. Nunc vero ut ad occidentales quasdam Bibliothecas convertamur, Nationalis Parisiensis apographis Nili sat locuplex est. Nam praeter fragmenta bene multa diversorum Cabasilae Thessalonicensis Metropolitae tractatuum, quorum recensionem in catalogis videre poteris, [2] duos pariter manuscriptos codices servat, in quibus (ut videtur) totus Nilianus liber, de quo dissertationem instituimus, legitur, quorum primus numero 1262 notatus ad saeculum XV, alter vero 1288 ad XVI referendus est. Dissertatio de Synodo Photiana in neutro adest, sed in postremo « protheoria » Nicolai nepotis adiungitur.

Nationalis etiam Bibliotheca Monacensis codicem illum numero 28 subsignatum retinet, quem Professor Michael Rackl prae manibus habuit, cum de defensione Sancti Thomae a Demetrio Cydonio contra Nilum facta agendum ipsi fuit. [3] Codex est saeculi XVI, et totum opus Cabasilianum includit.

---

[1] Cfr. A. PAPADOPULOS KERAMEUS, *Catalogus codicum graecorum Bibliothecarum Patriarchatus Hierosolymitani*, t. IV et V, Petrogradi 1899, 1915. - I. MERCATI (*Notizie ed Appunti*, p. 164, nota 1) addit alium codicem Hierosolymitanum, quem num. 929 signat (s. XIV-XV); eum tamen adhuc in catalogis invenire non potui.

[2] H. OMONT, *Inventaire sommaire des manuscrits grecs de la Bibliothèque Nationale*, Paris 1886/1898.

[3] Cfr. de his M. RACKL, *Die ungedruckte Verteidigungsschrift des Demetrios Kydones für Thomas von Aquin gegen Neilos Kabasilas. Divus Thomas*, Freiburg, VII (1920) 303-317. - IDEM, *Der Hl. Thomas von Aquin und das trinita-*

Eiusdem aetatis uno etiam manuscripto, integrum Nili Trinitarium opus perhibente, Ambrosiana Mediolanensis Bibliotheca gaudet: signaturam fert C 256 inf. (e graecis codicibus 896). [1]

Speciali mentione dignos existimo codices duos e quatuor in Marciana Bibliotheca Venetiis asservatis. Illi enim partem efficiebant ditissimae collectionis manuscriptorum a Cardinali Bessarione dono concessae Reipublicae et Civitati Venetiarum, et probabiliter illi ipsi sunt, qui in Concilio Florentino pro usu Graecorum inservierunt. [2] Quorum primus quidem hodiernam signaturam fert 1438 (= Cl. II, codex 9), saeculi est XV, et praeter integrum Trinitarium opus continet etiam tractatum de pseudo-synodo Photiana; alter vero opus Nili simul cum aliis scriptis de Trinitate Barlaami Calabri. [3]

38. Denique Apostolica Bibliotheca Vaticana tribus exemplaribus, quantum mihi perspicere licuit, completi operis Nili Cabasilae locupletatur; quibus duo adhuc codices fragmentarii adiungendi sunt: Palatinus graecus 360 exeuntis saeculi XV qui partem illius solummodo praebet, eam nempe, quae seriem continet latinorum argumentorum, [4] et Vaticanus graecus 1093, fere totus manu celebris dominicani theologi graeci Manuelis Calecae exaratus, ac proinde saeculum XIV referens, qui ad folia 25-32 compendium exhibet Cabasiliani operis ab ipso Caleca pro privato suo usu concinnatum. [5]

Ex integris autem nominandi sunt:

a) Vaticanus graecus 1757, medio saeculo XV (1441-42) a hieromonacho Gregorio transcriptus, qui post Trinitarium opus aliud de restitutione Actorum Synodi Photianae a Nilo facta consignavit.

---

rische Grundgesetz in byzantinischer Beleuchtung. Xenia Thomistica, III, Romae 1925, pp. 363-389. - I. HARDT, *Catalogus codicum manuscriptorum graecorum Bibliothecae regiae Bavaricae*, t. I, Monachii 1806, pp. 157 ss.

[1] Cfr. Ae. MARTINI-D. BASSI, *Catalogus codicum graecorum Bibliothecae Ambrosianae Mediolanensis*, t. II, Mediolani 1906.

[2] Decisio fuit Conventus praevii Constantinopolitani, antequam Graeci in Italiam proficiscerentur, «... ut nostri libros evolvant ac praecipue sancti Cabasilae [Nili], e quibus, tanquam e foecundissimo promptuario, permulta dogmata nostro usui profutura decerpantur». SYROPULOS-CREYGHTON, *Vera historia unionis non verae...*, III, 7, Hagae Comitis 1650, p. 50. (In textu graeco exclusive Nilus Cabasilas commendatur).

[3] Cfr. H. OMONT, *Inventaire des manuscripts grecs et latins donnés à Saint-Marc de Venise par le Cardinal Bessarion en 1468*, p. 24 ad num. 76-77.

Vid. quoque A. M. ZANETTI et A. BONGIOVANNI, *Graeca D. Marci Bibliotheca codicum manuscriptorum*, Venetiis 1740, pp. 82-84.

[4] Cfr. H. STEVENSON, *Codices manuscripti Palatini Graeci Bibliothecae Vaticanae*, Romae 1885, p. 210.

[5] I. MERCATI, *Notizie ed Appunti*, p. 94 cum nota 1.

b) Palatinus graecus 409, quem medio saeculo XVI (1550), Ioannes Murmureus Naupliensis Venetiis scripsit non sine mendis,[1] ac denique

c) pulcherrimus optimeque conservatus Vaticanus graecus 1117, quo ad studium nostrum usi sumus. Eius vero descriptio sequenti capite commodius fiet.

39. Nunc igitur post finitam nimis fortasse longam enumerationem hanc, si seriem manuscriptorum Cabasiliani tractatus (magnam quidem, sed adhuc sine dubio imperfectam) iterum oculis perlustramus, id nobis cum admiratione sese considerandum offert, quod videlicet opus praecipuum Thessalonicensis Archiepiscopi, cuius ingens numerus apographorum completorum in scriniis bibliothecarum quaquaversus iacet, cuius etiam prooemium sive prima pars (quae velut compendium operis totius considerari potest) ampliorem adhuc, ut vidimus, numerum codicum obtinuit, hoc, inquam, opus usque ad hanc diem a paucis recognitum et examinatum fuerit, neque publicae editionis honorem acceperit.

Verumtamen dignum illud opus Nili censendum fore arbitror, quod maiori quadam cum diligentia perpendatur, siquidem in illo systematicum doctrinae orthodoxorum corpus invenire theologis licet, quemadmodum iam ab Ehrhard notatum fuit.[2] Magna quidem est haec operis laus; auctor autem illius talis, ut semper ab orthodoxis, etiam recentioribus temporibus, tanquam « metuendus arrogantiae papisticae hostis (ait Demetrakopulus) habitus sit, et latinarum inventionum accusator invictus: sapientia enim huius viri ad eruditionis summitatem evehitur ».[3]

Itaque operae pretium erit studium attentum huius tractatus instituisse, cum illud inde sequatur, scilicet, planum revera esse vel maxima ingenia si catholicae veritatis lucem aspernentur, in profundissimos errores, dum de divinis agunt, necessario demergi.

---

[1] Hic Codex, ut videtur, ad Matthiam Flacium Illyricum quondam pertinuerat. Tertio folio inseritur epistula Matthaei Drescher (Dresserus, - ὁ Δρέσειρος - ut graece ipse subscripsit) « Reverendo, pio et erudito viro, domino Matthiae Flacio Illyrico amico s. peroptato », in qua dicit se opus Nili vidisse, illud sc. quod Illyricus interpretatus erat (*De Primatu Papae*, initio codicis exstans). Ita factum est ut etiam haeretici Protestantici opere schismatici viri uterentur ad Romanae Ecclesiae oppugnationem. Cfr. H. STEVENSON, *Codices manuscr. Palatini gr. Bibl. Vat.*, pp. 265-66.

[2] K. KRUMBACHER, *Geschichte der Byzantinischen Literatur* IX, München 1897², p. 109.

[3] A. DEMETRAKOPULUS, *'Ορθόδοξος 'Ελλάς*, p. 76. - Simili laude Nilum Cabasilam prosequitur Nicolaus BEES in opere *'Εγκυκλοπαιδικὸν Λέξικον* Athenis edito, t. VII, p. 10.

CAPUT II

Codex Vaticanus graecus 1117

40. Ergo Trinitarium Nili Cabasilae opus, ut innuebam modo, in codice Vaticano graeco 1117 iacet, quem ut optimum omnium scriptores designant, qui de nostro Auctore quadamtenus occupati sunt.[1] Huius igitur codicis, quo prae aliis usi sumus, etiam externam descriptionem praemittere iuvat.

Pulcherrimus apparet, ut primum aspicitur, codex hic, optime in originali sua compagine graeca religatus, quae fortibus duabus tabulis ligneis, corio fusco indutis, continetur. Variis incisionum geometricarum ordinibus quadris ambae corii facies decorantur, in quibus quoque vestigia videntur, quae librum hunc quinque aeneis bullis, pro quattuor angulis et pro centro uniuscuiusque tabulae, et duabus pariter fibulis ornatum fuisse aperte tradunt. Liber foliis 354 chartaceis fortibusque, recto et verso scriptis, et tribus insuper albis compactus est, quae mensuram 160 $\times$ 255 milimetrorum aequant; quaevis autem pagina stabili modo intra viginti et quinque lineas absolvitur. Initio codicis index rerum, notatis diversarum sectionum principiis, apponitur; ipse autem liber clauditur folio quodam tabulae ligatoriae inhaerenti, quod breve quoddam alienae manus scriptum profert Arsenii, Cyzici Metropolitae. Ceterum, ut legenti patet, nullam hoc scriptum paucarum linearum relationem servat cum opere Nili in codice contento; at indicium praebebit magni quidem momenti, iudicio meo, ad aetatem manuscripti huius moraliter certo determinandam.

Peritissimo scribae, cuius tamen nomen nullibi apparet, transcriptio commissa fuit, qui a primo ad postremum usque folium nitidissimis pulcherrimisque characteribus minusculae, quae dicitur, formae codicem exaravit. Idem litteris uncialibus adhuc aliquantulum indulget, abbreviationes autem non frequentes babet nisi in vocibus saepissime repetitis, ut πατήρ (πτρ'), πνεῦμα (πνᾶ), similibus, et in coniugationibus verborum in modis infiniti et indicativi (maxime in tertiis personis praesentis vel praeteriti temporis); si hae igitur excipiuntur (quae tamen etiam saepe sine contractione scriptae sunt), abbreviatae formae paucae omnino sunt et huiusmodi quae eadem semper ratione scribantur.

---

[1] Vid., sis, M. Jugie, *Theol. Dogmat. Christ. Orient.*, t. II, Parisiis 1933, p. 386.

Duplicem colorem, ut moris erat, scriba adhibuit, nigrum quidem pro continua textus scriptione, rubrum vero ad titulos ornatioresque capitales litteras, quibus unaquaeque paragraphus separatur, quaeque paulo extra lineam marginis expressae distinctius videri possunt. In margine quoque, rubroque etiam atramento, numeris appositis diversitas argumentorum notatur, linea quadam horizontali indicantur adversariorum obiectiones, virgulis vero crassioribus citationes Patrum, Conciliorum, Scripturae proferuntur. Accuratissima denique multiplicium hellenicae graphiae signorum ratio servatur.

Quibus omnibus addas chartam adhibitam signis translucidis, quae « filigranae » dicuntur, distinctam esse, quae quidem tribus diversis figuris variantur: animali quodam integro, quod canem dixeris; fructu piri, ut videtur, duobus foliis ornato; duplici tandem stella sextivertici, linea recta unitis, quae ipsas per medium scindens, ad duplex extremum in formam crucis terminatur.

41. Iam ex omnibus his aetas manuscripti huius Vaticani, quam aliunde in nullo ipsius folio expressam invenies, conicere licet. Equidem fateor me post totiens repetitam codicis inspectionem et ratione habita palaeographicorum indiciorum, ad hanc conclusionem devenisse, ut codicem hunc ad saeculum XIV ad finem vergens vel ad initia XV pertinere dicerem. Certum tamen est indicia illa, quibus fere unice inhaerebam, palaeographica fallere posse; at si illorum omnium complexum consideramus, cum singula in idem tendant, vis argumenti ex ipsis educti sine dubio augetur: attendere enim iuvat ad abbreviationum paucitatem, cum illae in codicibus posterioris aetatis frequentiores fiant; ad quarumdam, quae identidem sunt, ut diximus, uncialium litterarum usum; necnon ad antiquam originalem graecam compaginem libri; tandem ad filigranarum species, siquidem quae in foliis huius codicis adhibentur, iuxta notas eruditi viri C. M. Briquet, [1] fabricationem chartae saeculi XIV testificantur.

Verumtamen his adhuc solis exacta temporis determinatio non solvitur. Profecto me saepe dubio haerentem reddidit observatio quaedam peritissimi in his rebus Emi Domini Ioannis Mercati, qui antiquissimos operis Nili codices adnexam habere ait illam Synodi Photianae restitutionem, quam superius numero 7 obsignavimus,

---

[1] C. M. Briquet, *Les Filigranes*, vol. I-IV, Paris 1907: videas imagines signatas numeris 3595, 6131-32, 7345-76 et earumdem explicationem in textu.

quaeque in manuscripto, de quo agimus, exsulat.[1] Sed observare vicissim vellem codicem nostrum absque ullo dubio saeculo XVIII vel XVII antiquiorem esse. Age vero, huius aetatis aliqui inveniuntur manuscripti, ut supra vidimus, operis Trinitarii Nili, in quibus tractatus de Synodo Photiana inseritur, cum e contrario duo saltem Parisienses codices necnon, ut videtur, Monacensis 28 et Palatinus 409 assignari possint, qui appendice illa carent, et nihilominus ad saeculum XV vel XVI assurgunt. Regula igitur illa clari Auctoris assertiva, non exclusiva dicenda est neque generalis; ideoque, cum exceptiones patiatur, codicem nostrum Vaticanum maximae antiquitatis nota a priori destituere non poterit.

Sed praeterea adiunctio illa, quam superius innuimus, Cyziceni Metropolitae in postremo codicis folio scripta lucem quandam rei conferat necesse est. Videtur enim repraesentare votum Arsenii,[2] episcopi palamitae, coaevi et amici Nili Cabasilae, contra Prochorum Cydonium, cuius damnatio anno 1368 decreta fuit. Iam vero ut in hoc opere Nili res haec particularis, quae nullam cum ipso relationem servat, colligeretur, actualitatem quandam, ut ita dicam, tunc cum id fiebat, scriptum illud Arsenii habuisse videtur. Licet autem occasiones quasdam optimas cogitare ut illud adiungere posset possessor codicis, inimicus certo Latinorum, quorum e contra addictissimus Prochorus fuerat. Occasio enim esse potuit insertio anathematismi Prochori velut haeretici in Synodico Thessalonicensi, id quod paucis annis post mortem ipsius (1368/69) accidebat, igitur inter annos 1371-1379, quibus Ecclesiam Thessalonicae Dorotheus gubernavit, qui insertionis auctor fuisse creditur.[3] Ansam quoque et occasionem, ut possessor codicis notam Arsenii in eo includeret, potuit esse anathematismus directus adversus Demetrium Cydonium, Prochori fratrem, ad finem eiusdem saeculi vel initio sequentis, quod tamen factum etiamsi sit posterius, codicem tamen nostrum iam exsistentem supponit, eumque proinde ad saeculum XIV pertinere.

Haec quidem probabilia sunt; sed illud adhuc adiciam, mihi, saepius de his meditanti, in manus incidisse articulum quendam Martini Jugie,[4] in quo cl. Auctor rotunde asserit codicem Vatica-

---

[1] I. MERCATI, *Notizie ed Appunti*, p. 164, nota 1.

[2] ARSENIUS hic ipse est episcopus, qui quarto loco Tomum anni 1351, a PHILOTHEO KOKKINO et NILO CABASILA compositum, subscripserat. Videas I. MERCATI, op. cit., pp. 487 s., ubi textum *Notae* huius legere graece poteris.

[3] I. MERCATI, op. cit., p. 57 s.

[4] M. JUGIE, art. *Nicétas de Maronée*, DTC XI, col. 474. Sed nota hunc auctorem alias dicere codicem ad s. XV pertinere (cfr. *Theol. Dogmat. Christ. Orient.*, t. II, Parisiis 1933, p. 386).

num graecum 1117 saeculum referre XIV, quo quidem iudicio inquisitio mea confirmationem accipere videtur.

42. Et haec quidem de externa forma et aetate codicis huius; nunc vero adiungenda est diversarum sectionum, quibus constat, dispositio.

Primis igitur post indicem foliis exscribuntur notissima Nili opuscula de causis Ecclesiarum dissidii (*fol. 5ʳ-12ᵛ*), et de Primatu Papae (*fol. 12ᵛ-27ʳ*), quae in Collectione Migne graeca, volumine 149 edita reperiuntur. Itaque opus de Processione Spiritus Sancti incipit folio manuscripti nostri 27ʳ. Inde patet me ut partem quandam totius operis illam primam dissertationem considerare, quae etiam sola in plurimis bibliothecarum codicibus iacet, quaeque nihil aliud est, nisi compendium quoddam seu promptuarium, in quo, introductionis instar, positio auctoris pro reliquo operis labore clarissime sustinetur. [1] Titulus autem, quo intentum patescit, ita sonat: « *Τοῦ αὐτοῦ [Νείλου]. Ἀπάντησις σαφής τε καὶ σύντομος πρὸς Λατίνους, ὥσπερ ἐγχειρίδιόν τι προκείμενον τοῖς βουλομένοις ἀγονίζεσθαι πρὸς ἐκείνους* ». Incipit his verbis: « *Τῶν ἐν τῇ θεολογίᾳ δογμάτων* ». Desinit autem (*f. 31ᵛ*): « *πόθεν ἕξουσι Λατῖνοι τὰ τοιαῦτα πιστὰ δεικνύναι* ».

Folio 32ʳ: « *Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαρίου πατρὸς ἡμῶν Νείλου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης περὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος. Λύσεις Λατίνων ἐξ ὧν οἴονται δεικνύναι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον* ». Id est, Latinorum argumenta quadraginta et novem capitibus distributa. Quae quidem omnia primum in hoc loco simul apponuntur; dein vero unumquodque argumentum ante totidem refutationis capita, quae postea tractantur, denuo datur. Haec itaque sectio sic incipit: « *Πρῶτον μὲν ἀρχαία τίς ἐστι δόξα* ». Desinit vero (*fol. 47ʳ*): « *οὕτω τῶν πραγμάτων ἀντιβοώντων* ». [2]

Scribuntur statim dissertationes quinque, quibus conclusio Latinorum « ergo Spiritus Sanctus ex Filio quoque procedit » impugnatur:

---

[1] Huius quoque sententiae est M. RACKL (art. cit., in *Divus Thomas*, Friburgi, t. VII anni 1920). Vicissim contrariae opinionis P. M. JUGIE esse videtur, qui ut opusculum separatum illud consideravit in opere suo *Theol. Dogmat. Christ. Orient.*, t. II, p. 386. Tamen cl. Auctor non videtur eandem semper sententiam tenuisse, qui in eodem opere, t. I, p. 442 illud opusculum primam totius Trinitarii tractatus partem esse asseruit.

[2] Modus hic collocationis diversarum sectionum operis rectus esse videtur, ut ex contextu apparet: sectionis enim sequentis initium mentionem huius primae facit. Perperam igitur ordo inversus est in cod. Palatino gr. 409 Bibliothecae Vaticanae. Ceterum in aliis manuscriptis codicibus eo modo, quo in nostro est, haec sectio invenitur.

Fol. 48ʳ: «Πρὸς τὸ συμπέρασμα, ἢ περὶ τοῦ 'Αγίου Πνεύματος λόγος πρῶτος· τοῦ αὐτοῦ». Incipit: «Καὶ ταῦτα μὲν ἡ τῶν Λατίνων ἐκκλησία». Finit (*fol. 65ʳ*): «προστρίβεται, δῆλον ἐκ τούτων».

Fol. 65ʳ: «Τοῦ αὐτοῦ· πρὸς τὸ συμπέρασμα, ἢ περὶ τοῦ 'Αγίου Πνεύματος λόγος δεύτερος». Incipit: «Ὅτι δὲ καὶ ἡ τῶν ἀποστόλων παράδοσιν». Desinit (*fol. 95ᵛ*): «καλῶς ποιοῦσα ἀπένειμεν».

Fol. 95ᵛ: «Πρὸς τὸ συμπέρασμα, ἢ περὶ τοῦ 'Αγίου Πνεύματος λόγος τρίτος». Cuius initium est: «Ἔτι γε μὴν καὶ ἐκ τῶν ἀποφάσεων»; finis autem (*fol. 106ʳ*): «τί ποτε βούλεται περὶ ὧν ἡ πρόθεσις, εἴρηται».

Fol. 106ʳ: «Τοῦ αὐτοῦ· πρὸς τὸ συμπέρασμα, ἢ περὶ τοῦ 'Αγίου Πνεύματος λόγος τέταρτος». Initium: «Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας». Finis (*fol. 130ʳ*): «ἀλλὰ μὲν τρίτη καὶ τετάρτη τῶν συνόδων τῶν οἰκουμενικῶν, ταῦτα».

Fol. 130ᵛ: «Τοῦ αὐτοῦ· ἐκ τοῦ ἐναντίου πρὸς τὸ συμπέρασμα, ἢ περὶ τοῦ 'Αγίου Πνεύματος λόγος πέμπτος». Incipit: «Καὶ μὴν καὶ ἐκ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου». Desinit (*fol. 148ʳ*): «οὐ πантάσιν μάτην ὁ τοσοῦτος τοῦ λόγου δρόμος».

Tum sequuntur, relicto vacuo folio 148ᵛ, singulorum Ecclesiae Latinae argumentorum refutationes, quarum immutabilis regula est ut prius sub hoc titulo: «Λατίνων κεφάλαιον πρῶτον, δεύτερον ...» ea denuo transcribantur quae in prima sectione operis (*fol. 32ʳ-47ʳ*) posita erant; dein vero solutio submittatur: «Λύσις τῶν προειρημένων», vel «Λύσις τοῦ λόγου», vel communius hoc modo: «Λύσις τοῦ κεφαλαίου».

Fol. 149ʳ: «Τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου πατρὸς ἡμῶν Νείλου, ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης λύσεις τῶν προτάσεων τῶν Λατίνων, ἐξ ὧν συνάγειν οἴονται τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι». Haec autem permagna sectio duabus subpartibus dividitur, quarum prima capita triginta et quattuor ex quadraginta et novem Latinorum comprehendit, altera quindecim reliqua. Habentur autem ita:

Fol. 149ʳ: Incipit: «Πρῶτον μὲν ἀρχαία τίς ἐστι δόξα». Finit (*fol. 273ᵛ*): «γραφέντα ἢ λαληθέντα, ἀνάθεμα».

Sed antequam Auctor argumenta secundae subpartis exponat, introductionem longam intermiscet (*fol. 273ᵛ*): «Τοῦ αὐτοῦ· Ὅτι οὐκ ἔστι Λατίνοις, συλλογισμοῖς χρωμένοις, ἀποδεῖξαι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον». Initium autem ita sonat: «Λοιπὰ δὲ οἱ συλλογισμοί». Finis vero (*fol. 296ʳ*): «ὡς οὐδὲ φωνὴν προέσθαι δυνησομένων ἡμῶν, οὗτος».

Fol. 296ʳ: «Λατίνων κεφάλαιον τριακόστον καὶ πέμπτον· συλλογισμὸς πρῶτος». Incipit: «Τοῦτο δὲ καὶ ἐξ ἀναντιρρήτων λόγων δῆλόν ἐστιν». Finis autem totius huius secundae subpartis ita est (*fol. 354ʳ*): «καί σε προσκυνοῦντες δοξάζομεν εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Δόξα σοι, ὁ Θεός».

Haec igitur sic in codice Vaticano graeco 1117 distributa leguntur; ex quarum attenta consideratione quaedam statim subicere peropportunum mihi videtur, ut, antequam ad ulteriora, quae doctrinam respiciunt, procedamus, unitas et integritas operis, eiusque genuina in partes divisio, necnon et divisionis ratio clara luce sub oculos collocentur.

CAPUT III

Unitas, integritas, divisio operis Nili Cabasilae

§ 1. *Unitas operis*

43. Si fides de hac re adhibenda esset Demetrakopulo, tria opera Nilum Cabasilam exarasse de processione Spiritus Sancti contra Latinos dicere oporteret; [1] ipse enim diversas unius eiusdemque operis partes pro separatis libris habuisse videtur. Huius confusionis forsitan quoque ipse Allatius particeps fuit cum in Diatriba de Nilis ita de scriptis nostri Cabasilae loquutus est: «Quae ipse vidi (opera eius), haec sunt... » et subiungit enumerationem partium omnium tractatus, de quo disceptamus. Attamen postea rectae sententiae esse videtur, cum addit ad finem: « Quid vero in praegrandi hoc opere vastaque scriptionis mole peregerit hic Nilus... », [2] omnes illas partes velut in unum conglobando.

Verumtamen ipse Leo Allatius, saltem dum perficiebat librum de perpetua consensione utriusque Ecclesiae, vagam omnino de Nilo Cabasila eiusque operum notitiam habuit, quippe qui sic scripserit: « Nilus Cabasilas, Thessalonicensis, diversus omnino a Nicolao Methonensi Episcopo, dicitur libros quadraginta novem de processione Spiritus Sancti scripsisse ». [3] Perlustrantibus autem manuscriptos codices, qui Nili litterariam productionem nobis transmiserunt, unum fuisse eius de Spiritu Sancto opus apprime constat. Omnes enim sectiones illae, quas superius recensuimus, non solum non ut totidem diversa opera considerandae sunt, sed etiam intimo quodam nexu ita invicem coarctari ostenduntur, ut unitas stricta magni cuiusdam operis ex singulis efflorescat. Ratio in promptu est: oppugnat Nilus argumenta Latinorum (et haec primum in unum coniuncta sectionem propriam faciunt), eoque modo oppugnat, ut tam

---

[1] Ὀρθόδοξος Ἑλλάς, pp. 77-78.

[2] L. Allatius, *Diatriba de Nilis*, apud MG 149, 677-678.

[3] L. Allatius, *De Ecclesiae Occidentalis atque Orientalis perpetua consensione*, Coloniae Agrippinae 1648, lib. II, c. XVIII, num. VIII, p. 858.

argumentorum conclusionem (alia sectio per dissertationes quinque) quam eorum praemissas (unde tertia sectio fit) evertere quovis modo conetur. Si igitur quaevis e supra enumeratis partibus, quibus huiusmodi oppugnationis ratio fundatur, a reliquis dividitur, opus Cabasilae mancum erit.

44. Huius quidem unitatis clarum assertorem habemus Nicolaum Cabasilam, nepotem Nili, qui in « Protheoria », cum publici iuris fecit avunculi lucubrationem, ita loquitur: « Liber hic contra novitates Latinorum compositus est, ordinemque illum servat ut rationes omnes adducat ex quibus Latini conclusionem educere videntur illam, quae in additione Symbolo facta continetur. Primum quidem contra conclusionem illorum tractatus adest, qui ostendit undequaque veram esse sententiam huiusmodi conclusioni oppositam, scilicet, ex Patre solo Spiritum Sanctum processionem habere. Argumenta autem sunt ex Scriptura et Sanctis Patribus petita, quibus fidem praestare nobis pariter ac Latinis opus est. Ex primis enim fidei fundamentis, quae in verbis Domini et Apostolorum reponuntur, necnon in Oecumenicorum Conciliorum decretis et in successorum Apostolorum et, paene dicam, theologorum omnium doctrinis, educitur ut verum Spiritum Sanctum ex solo Patre exsistentiam sortiri ».

« Hoc autem in quinque dissertationibus demonstrato — pergit Nicolaus —, ad praemissas [Latinorum] proceditur; hic enim antiquus in Ecclesia mos viguit, ut, cum pugnam init quis ad recta dogmata contra haereticos defendenda, primum ostendat veram de Deo fidem; deinde obiectiones adversariorum solvat, quod maxime illis est cognitum, qui Oecumenicarum Synodorum Acta percurrunt. Iam, quoniam praemissae hae Latinorum aliae quidem ex Scriptura et theologis, aliae vero ex humanis ratiocinationibus et ex cognitione rerum naturalium depromuntur, duplex est etiam contra ipsas opus hoc: et primus quidem liber (*prima sc. sectio tertiae partis*) ostendit mendaciter sensum divinae Scripturae Latinos assequutos esse, Patresque, in his quae scripserunt, nullum ipsis fulcimentum praebuisse; alter vero liber (*sectio altera*) redarguit absurdos esse illorum syllogismos. Ut autem undequaque appareat veritatem pro nobis esse, testimonia ex Actis octavae Synodi proferuntur, ex quibus communem esse totius Ecclesiae fidem quod Spiritus Sanctus e solo Patre procedat, liquido patet ». [1]

---

[1] *Protheoria* NICOLAI CABASILAE apud DEMETRAKOPULUM, *Graecia Orthodoxa*, pp. 78-79, vel in MG 149, 678 s.

§ 2. *Integritas operis*

45. Quodsi quaestio haec de unitate facile solvitur, alia ad integritatem ipsius operis spectans non adeo clara fortasse videri posset. Difficultas, ut arbitror, ad illam sectionem maxime est restringenda, quae in omnibus codicibus primo loco apparet, quaeque in multis aliis etiam sola ponitur, cuius titulus sonat: « Ἀπάντησις σαφής τε καὶ σύντομος πρὸς Λατίνους, ὥσπερ ἐγχειρίδιόν τι προκείμενον τοῖς βουλομένοις ἀγωνίζεσθαι πρὸς ἐκείνους ». Haec, inquam, sectio ad Cabasilianum opus de processione Spiritus Sancti pertinere dicenda est? Affirmativam responsionem iam in capite praecedenti praemittendam curavi, nunc autem breviter sententiam meam confirmabo.

Praeter enim quam quod in omnibus manuscriptis immediate ante reliquas Trinitarii operis indubias partes apponitur, ipsa documenti perlustratio rem evincit. Non enim de generali quadam cum Latinis contendendi ratione ibi agitur, quemadmodum ex titulo cuiquam videretur, sed de sola Spiritus Sancti processionis controversia, quae hic ducitur eodem pacto, quo inde latius in reliquo opere evolvitur; ita ut sectio haec prima re quidem vera tanquam « ἐγχειρίδιον » sive manuale, sive compendium integri voluminis considerari debeat et de facto considerata fuerit. Inde factum est ut saepe seorsim a reliquo opere translata in codicibus videatur. Ipsa tamen in complexu tractatus vices introductionis gerit; postremaque eius verba, quae interrogatione quadam clauduntur, viam sectioni sequenti naturali ratione aperiunt, illi, nempe, quae ex ordine singula Latinorum argumenta refert. Dubium enim moventi Nilo « πόθεν ἔξουσι Λατῖνοι τὰ τοιαῦτα πιστὰ δεικνύναι », ratiocinia vel argumentationis capita quadraginta novem, quae sequuntur, abunde respondent.[1]

46. Eadem autem quaestio integritatis fortasse movebitur relate ad narrationem illam de Synodo Photiana, quam in plerisque manuscriptis hucusque notis simul cum opere de Spiritu Sancto reperiri diximus. Verumtamen diversam omnino rem in utroque casu intercedere censeo. Haec namque narratio nullatenus ita cum opere Trinitario Cabasilae coniungitur, ut unum cum ipso, velut pars cum toto, efficere valeat. Quod profecto consideranti patet. Primum igitur non in omnibus codicibus illa legitur, cum saltem quinque, ut diximus, proferri possint qui illa careant, videlicet: Parisienses duo: 1262 (saec. XV) et 1288 (saec. XVI), Monacensis 28 eiusdem ae-

[1] Cfr. cod. nostrum Vat. gr. 1117 fol. 31v et 32r.

tatis, Vaticani pariter duo: Palatinus 409 etiam saeculi XVI et Vaticanus 1117 (saec. XIV), cuius integram reproductionem photographicam prae manibus habemus. Deinde argumentum illius narrationis de Photiana synodo, quantum ipse ex codice Vaticano graeco 1757 cognoscere potui, plane diversum est a rebus in alio permagno opere agitatis. In illa enim historia pseudo-synodi intexitur et de eius Actorum direptione et restitutione agitur. Sane occasio id faciendi opus Trinitarium optime esse potuit, quod etiam a decisione huius Synodi argumentum contra additionem Latinorum sumit; [1] at id non sufficit ut res diversae unum componant, ut cuiquam perspectum est. De his vero, si Deo placebit, plenius in alio opere tractabo.

Ad eandem conclusionem deveniendum est praeterea, ut existimo, si attenditur ratio, qua excursus de Photiana Synodo codicibus inseritur; nequaquam enim eodem semper situ ille gaudet, sed nunc initium operis habet, nunc finem, aliquando etiam in miscellaneis manuscriptis ante ipsum non solum opus Trinitarium Nili, sed etiam diversorum auctorum opera ponuntur. [2] Iam vero quod haec Synodi narratio initium esse non possit operis de processione Spiritus Sancti, a nemine qui utrumque tractatum viderit infitias ibit; quod autem neque apta sit ut tanquam pars totius ad finem collocetur, inde concluditur quod finem Trinitarii operis maxime conveniens per orationem Nili ad Spiritum Sanctum haberi patet, ita ut additio quaevis inopportuna necessario evadat. [3]

Una tamen ratio dubitandi sumeretur ex eo quod in Nicolai « Protheoria » includitur quoque huius narrationis memoria; at vero obvia, ut puto, est rei explicatio. Opus contra Latinos nepos Cabasilae divulgare vult: cum autem ad finem operis, cum de additione ad Symbolum sermo est, auctoritas proferatur pseudo-synodi Photianae, cuius quidem pars Actorum adducitur, operae pretium Nicolaus iudicavit etiam aliud avunculi scriptum in lucem simul edere. Eo enim opere ex condicto Latini feriuntur gravisque suspicionis facti insimulantur, cum forsitan ipsi — ex mente schismaticorum — Acta Synodi diripuerint, qui odiositatem e Photiana Synodo adversus

---

[1] Postremum sc. argumentum ex illis, quae in quadragesimo nono capite ponuntur. (Vid. fol. 351v-352v).

[2] Videas, sis, catalogos Montis Athos, quos superius retulimus. ad pag. 43 nota 2. (Quinam sint codices, vid. ibidem in textu).

[3] Melius quam in codice Vat. gr. 1117 apparet in alio (Vat. gr. 1757) opus Nili Cabasilae *De Spiritus Sancti processione* finitum esse post orationem illam; apponitur enim infra eam magnis characteribus rubris consuetum in conclusionibus verbum « Τέλος ».

occidentales defluentem a semetipsis avertere satagebant. Igitur utroque Nili opere prolato, unio cum Latinis, quam tunc temporis plures Graeci meditabantur, irritam futuram fore Nicolaus speravit; ideoque coniuncta simul duo haec avunculi opera publica fecit.

§ 3. *Divisio operis*

47. Nunc autem ad divisionem operis stabiliendam accedamus, quae, nisi fallor, ex ipsa indicatione rerum in codice nostro exstantium sponte fluit. Duas profecto inveniri praecipuas partes sive sectiones, nemo est qui dubitet, postquam attentis oculis folia Vaticani manuscripti percurrerit. Etenim in folio 148^{r} post finitam dissertationem quintam, qua conclusio Latinorum acriter impugnatur, adest phrasis haec eiusdem manus ac totius codicis, characteribus rubris scripta: « *Τέλος τοῦ κατὰ Λατίνων πρώτου βιβλίου* ». Quae quidem edocet nos hucusque sese protendere primum Nili Cabasilae librum contra Latinos. Exinde autem alter liber sequenti folio 149^{r} exorditur, titulo quoque in margine superiori notato: « *Τοῦ αὐτοῦ κατὰ Λατίνων βιβλίον δεύτερον* ». Quoniam autem omnia haec contra Latinos argumenta unitatem, ut vidimus, systematici cuiusdam operis retinere dicenda sunt, libros hos duos non tanquam duo singularia opera, sed ut totidem sectiones vel partes unius eiusdemque tractatus consideramus.

Quaerendum vero est an sub primo « libro » *Ἀπάντησις* illa, quae initio ponitur, necnon et ordinata enumeratio quadraginta et novem Latinorum argumentorum comprehendantur. Nulla enim de his in codice ipso expressa indicatio habetur. Verumtamen negativam responsionem dandam esse crediderim, quandoquidem personalitatem propriam, ut ita dicam, sectiones hae prae se ferunt, ita ut etiam ab aliis seiunctae, quemadmodum in quibusdam manucriptis transcriptae fuere, aptae plane sunt quae attentionem mereantur.

Tres igitur partes totius operis statuere facile possumus. Post *introductionem*, qua Graecorum positio stabilitur (« *Ἀπάντησις σαφής τε καὶ σύντομος* »...) (*fol. 27^{r}-31^{v}*), *prima pars* (*fol. 32^{r}-47^{r}*) enuntiat Latinae Ecclesiae doctrinam eiusque ex Scriptura, Patribus, Conciliis, ratione petita fundamenta. Impugnatio conclusionis horum argumentorum *alteram partem* (*fol. 48^{r}-148^{r}*) constituit. Denique *pars tertia*, eaque ceteras simul sumptas extensione longe superans (*fol. 149^{r}-354^{r}*), refutatione praemissarum latinarum perficitur.

48. Postremae autem hae duae partes multipliciter vicissim subdividuntur. Altera scilicet dissertationibus quinque; quarum prima

(*fol.* 48^r-65^r) generali modo doctrinam orthodoxorum repraesentat, quam solutione plurimarum Latinorum obiectionum firmam reddere Cabasilas adnititur. Dogma dein catholicum in dissertatione altera impugnatur (*fol.* 65^r-95^v), adducta contra ipsum Apostolorum traditione eorumque successorum, e quibus unus maxime profertur, pseudo-Dionysius Areopagita, cuius opera, Scripturarum instar, divinissima reputantur; inde fit ut dissertatio haec fere tota contineatur in explicanda contra Latinos quadam Dionysii sententia, illa nempe, quae solum Patrem fontem esse divinitatis edicit.

Tres autem reliquae dissertationes eandem Latinorum conclusionem ex Oecumenicorum Conciliorum Actis evertere satagunt; et quidem in tertia (*fol.* 95^v-106^r) Synodi prima et altera perhibentur, pro quibus explicandis Athanasii et Nazianzeni diversa loca Nilo praesto sunt. Pro dissertatione quarta (*fol.* 106^r-130^r), quae Synodos Ephesinam et Chalcedonensem tractat, plurima divi Cyrilli Alexandrini testimonia afferuntur, eiusque cum Nestorio et Orientalibus episcopis agendi rationes.

Dissertatio tandem quinta (*fol.* 130^v-148^r) duo pariter universalia Concilia contra doctrinam Latinorum inducit, sextum nempe et septimum, quorum definitionum explicationem testimoniis quoque Sanctorum Patrum roboratam vult. Potissimum autem hoc loco Cabasilas fulcimenta suae theseos collocavit in tribus magni momenti documentis: in epistula, videlicet, Sancti Maximi Confessoris ad Marinum, in capite VIII ex theologicis S. Ioannis Damasceni, necnon et in Confessione Fidei Sancti Nicephori Constantinopolitani. [1]

49. Porro tertia pars operis Nili tot quoque subdivisionibus dispertita apparet, quot argumentationes Latinorum examinandas reiciendasque sibi proposuit, quae novem supra quadraginta numerantur; ipsa tamen duabus magnis sectionibus concluditur, quarum prima, capitibus triginta quattuor, argumenta e fontibus theologicis hausta solvere curat. Ordo autem in his adducendis ille est, ut, reiecta in genere positione Latinorum, qui antiquam et constantem traditionem pro se invocant (caput 1; *fol.* 149^r-151^r), monumenta huius traditionis percurrat, ita ut primo loco scripturisticae rationes capitibus decem contineantur (2-11; *fol.* 151^v-194^v).

---

[1] Primum testimonium huius Patriarchae a Nilo allatum (vid. fol. 139^r) Theodoro (Studitae) tribuitur; dubium autem nullum est quominus Nicephorus I Constantinopolitanus intelligi debeat. Apponitur enim initium operis eius, ex quo testimonium sumitur, et nullum est aliud quam *Apologeticus* (maior) *pro sacris imaginibus*. (Vid. MG 100, 534).

In his classici, qui dicuntur, textus Sancti Ioannis de missione Spiritus Sancti a Christo, de Patris clarificatione per Spiritum Sanctum de Christo accipientem, de insufflatione Domini, qua Spiritum discipulis praebuit, de unitate Patris cum Filio (capita 2-5; *fol. 151ᵛ-168ʳ*) perpenduntur. Adduntur adhuc quattuor his sex alia loca novi Testamenti. S. Lucas VI, 19: « Virtus de illo exibat et sanabat omnes » (cap. 6; *fol. 168ʳ-171ᵛ*); S. Paulus ad Rom. VIII, 9: « Spiritus Christi » (cap. 7; *fol. 171ᵛ-181ʳ*); S. Matthaeus XII, 28: « In Spiritu Dei eicio daemones » (cap. 8; *fol. 181ʳ-182ʳ*); iterum duo textus S. Pauli: ex epist. II ad Thessalonicenses II, 8, ubi Spiritus Sanctus spiritus oris Christi vocatur, et ex epist. ad Rom. VIII, 29, ubi de imagine Filii sermo est (capita 9-10; *fol. 182ʳ-187ʳ*). Denique argumentis Scripturae finem imponit locus ille Apocalypseos XXII, 1, qui aquam vivam de sede Dei et Agni profluentem depingit (cap. 11; *fol. 187ʳ-194ᵛ*).

50. Alia deinde genera argumentorum in sequentibus capitibus agitantur, illa nempe, quae ex Conciliis et Patribus sumuntur. Synodorum quidem tractationi tria capita dantur, quae primo adspectu ordine praepostero collocata esse viderentur, cum ex ipsis postrema duo longae Patrum testimoniorum seriei priorem locum cedere debuerint. Verumtamen recte factam fuisse a Nilo hanc distributionem, attente legentibus patet: utpote quae ultima illa duo Conciliorum capita solummodo ratione fontis unde petuntur Synodis adiungi possunt, ratione autem rei in ipsis agitatae optimo iure patristicae tractationi accensenda erunt.

Itaque post discussionem verborum primae apud Nicaeam Synodi, quae ex commentariis Gelasii Cyziceni desumuntur (cap. 12; *fol. 194ᵛ-201ʳ*), longa magnique momenti series argumentorum protenditur (capita 13-32), in qua doctorum Ecclesiae Graecae testimonia, a Latinis pro dogmate suo allata, ponuntur atque ad separatorum sensum a Nilo in eorum refutatione contorquentur. Primus Athanasius adest, cui Symbolum eius nomine decoratum adscribitur (cap. 13; *fol. 201ʳ-202ʳ*). Magnus Basilius statim inducitur, qui Spiritum Sanctum ex Filio exsistentiam habere ait (cap. 14; fol. *202ʳ-206ᵛ*).

Communis deinde ad quattuor Latinorum argumenta (capita 15-18; *fol. 206ᵛ-210ᵛ*) responsio datur, qua nullo modo admittendum esse censet Cabasilas veram aeternamque, quoad exsistentiam, Spiritus Sancti a Filio processionem sub Cyrilli Alexandrini verbis « Spiritus a Christo profunditur », vel « prodit a Patre Filioque », vel « in nos quasi ex fonte ex Verbo Patris immittitur » (capita 15-17), vel denique sub similibus aliorum doctorum loquutionibus (cap. 18).

Pro Latinis quoque duo adhuc ipsius Cyrilli testimonia decertare videntur; sed perinde ac reliqua superius posita insufficientia a Nilo iudicantur, quamvis asseratur in primo Spiritum ex Filio esse et naturaliter ex ipso esse sicut ex Patre (cap. 19; *fol. 211ʳ-218ᵛ*), vel etiam dicatur in altero ex essentia Filii Spiritum promanare (cap. 20; *fol. 218ᵛ-224ᵛ*). Sequitur caput 21 (*fol. 224ᵛ-226ᵛ*), in quo brevius quam par esset de celeberrimo illo Nysseni loco agitur, ubi Spiritus Sanctus et ex Patre dici et ex Filio esse perhibetur; quemadmodum breviter quoque plura alia Patrum testimonia tractantur, illa, scilicet, quae *per Filium*[1] Spiritum Sanctum exsistere proferunt (cap. 22; *fol. 226ᵛ-231ᵛ*). Tum adducitur iterum aliud Nysseni gravissimum testimonium, quod de distinctione divinarum Personarum agit (cap. 23; *fol. 232ʳ-238ᵛ*), et ponuntur Athanasii Nazianzenique loca, quibus Spiritus Sancti fons Filius nominatur (cap. 24; *fol. 238ᵛ-242ᵛ*); quae quidem omnia ut nullius valoris pro re controversa refelluntur. Reicit quoque Nilus plurima alia, a Latinis deprompta, *a*) ex Nysseno: hic enim in sola principii ratione Filium prius quam Spiritus Sancti hypostasim concipi asserit (cap. 25; *fol. 242ᵛ-244ʳ*); *b*) ex Athanasio rursus aiente de Filio maiorem Spiritu Sancto esse (cap. 26; *fol. 244ʳ-245ʳ*), vel hunc omnia, quaecumque possidet, accepta a Filio possidere (cap. 27; *fol. 245ʳ-246ʳ*); *c*) ex Magno Basilio, cuius tria testimonia schismatico plane sensu declarantur; primum quidem sicut iam fecerat in praecedenti capite, quippe quod testimonio Athanasiano consonet, alterum vero seorsim illud tractans (cap. 28; *fol. 246ʳ-248ʳ*), eo quod gravem Latinorum instantiam constituit, cum conceptum consubstantialitatis (semper a Nilo pro solutione prolatum) recte declaret, asseratque Filium et Spiritum consubstantiales esse non illa potissimum ratione quod ambo a Patre sint, sed quod alius « *αἴτιος* », alius vero ab hoc tanquam « *ἐξ αἰτίου* » proveniat. Novum pariter caput documentum tertium Basilii efficit, in quo Filius Verbum Patris edicitur, verbum autem Filii Spiritus Sanctus (cap. 29; *fol. 248ʳ-249ᵛ*).

Denique longa haec Patrum Graecorum adductio triplici adhuc divi Cyrilli assertionum serie ditescit, unde tria alia capita distinguuntur: primo enim loco illa veniunt testimonia, quibus, perinde ac dicitur Filius viva et substantialis operatio Patris eiusque facies, id ipsum Spiritui respectu Filii tribuitur (cap. 30; *fol. 249ᵛ-252ʳ*); statim vero illa omnia sequuntur, quibus Spiritus Sanctus proprius esse Filii demonstratur (cap. 31; *fol. 252ʳ-254ᵛ*); tandem illa, quae

---

[1] In his omnibus et praecipue in quaesitis significationibus praepositioni *διά* datis rigido palamismo Cabasilas ducitur.

Filio concedunt cuncta, quae Patris sunt, excepta solummodo paternitatis ratione (cap. 32; *fol. 254v-257r*).

Sectio autem haec prima tertiae partis non clauditur, nisi etiam quaedam de Latinis Patribus proferantur, quae quidem duobus capitibus continentur, ubi de Augustino, Ambrosio, Leone Magno sermo fit. Verumtamen animadvertas velim nulla ipsorum particularia documenta proferri, sed de eorumdem auctoritate reicienda quaestionem solum agitari. Ut autem id assequatur Cabasilas, multa inserit ad decisionem illam Concilii Oecumenici V infirmandam restringendamque, qua scripta Hypponensis Doctoris recipiuntur (cap. 33; *fol. 257v-271v*). Postremo autem capite, quod numero trigesimum quartum est (*fol. 271v-273v*), eadem ratione Sanctorum Ambrosii atque Leonis Magni auctoritas infirmatur.

51. Ea quae adhuc restant in magno hoc Cabasiliano opere altera tandem sectione tertiae partis evolvuntur, in qua locum obtinent argumenta Latinorum, quae ad processionem Spiritus Sancti a Patre et a Filio quoquomodo declarandam ex humana ratione sumuntur, quaeque, syllogismorum nomine a Nilo appellata, implacabilem (at inutilem) refutationem ibi accipiunt.

Nunc igitur denuo longa praemittitur introductio (*fol. 273v-296r*), ut ostendatur Latinis non licere ad res divinas demonstrandas ratiociniis uti; post quam quindecim reliqua ipsorum Latinorum capita et, ad unumquodque, Cabasilae responsiones sequuntur (capita 35-49; *fol. 296r-354r*). Igitur impugnantur termini medii syllogismorum sive rationum S. Thomae, scilicet: quod divinae Personae non distinguantur nisi per relativam oppositionem originis (caput 35, syll. 1; *fol. 296r-308v*); quod filiatio et processio ad unam Personam pertinerent, nisi haberent ad invicem oppositionem (capita 36-37, syll. 2-3; *fol. 309r-314v*). Sequitur validissimus syllogismus quartus in eo positus quod, quandoquidem Filius et Spiritus commune habent esse ab alio, distingui mutuo debent per aliquam differentiam, ut loquitur Angelicus, quae per se dividat hoc; illa autem originis est, sed a Nilo respuitur (caput 38; *fol. 314v-316v*). Eodem modo impugnantur quoque rationes illae: *a*) impossibilem fore distinctionem Filii et Spiritus, nisi origo ipsorum principio differat unde fluit (caput 39, syll. 5; *fol. 316v-323v*); *b*) processionem Spiritus per modum voluntatis haberi, seu amoris, qui Patri Filioque communis est (caput 40, syll. 6; *fol. 323v-329v*); *c*) in divinis Personis non posse alium ordinem dari nisi originis (caput 41, syll. 7; *fol. 329v-331v*); *d*) esse principium Spiritus Sancti rationem paternitatis et filiationis praetergredi, ac proinde Patri Filioque esse commune (caput 42, syll. 8; *fol. 331v-333r*),

neque repugnare id quod est a principio secundum unam processionem esse principium processionis alterius (caput 43, syll. 9; *fol. 333r-334v*). Tum ponuntur quattuor alii syllogismi (10-13), qui tribuuntur quoque S. Thomae, ut dicetur inferius; vis autem illorum, a Cabasila perinde ac praecedentium acriter impugnata, in eo est quod activa spiratio constitutivum Personae Patris non sit, — quod Spiritus Sanctus ex essentia Filii sit, ac proinde ex hypostasi eius, — quod unitas principii tertiae Personae in communitate spirationis, quae Patris et Filii propria est, vere reponatur, — tandem quod virtus spirativa Filio communicetur a Patre, cum ipse Productor seu Spirator illius non sit (capita 44-47; *fol. 334v-342r*).

Ita clauditur harum metaphysicarum rationum series. Etenim omnino alius generis sunt impugnationes Nilianae duorum reliquorum capitum, ex quibus primum (syll. 14, caput 48; *fol. 342r-343v*) infallibilitatem Romani Pontificis impetit, a qua proinde nullum unquam argumentum pro thesi latina recte, iuxta ipsum, sumeretur;[1] alterum vero, ultimum videlicet, caput (49, syll. 15; *fol. 344r-354r*), fortasse vocetur quoque syllogismus, at tractationem potius gravissimae quaestionis continet: in eo enim agitur de additione vocis «Filioque» ad Symbolum Fidei, ob quam, ex Nili Cabasilae iudicio, etiamsi vera dicerent Latini, scelus tamen magnum contra Conciliorum decreta commisisse dicendi sunt; ideoque ipsos gravissimis poenis atque adeo anathematis fulmine perculsos iamdiu fuisse, in comperto est.

Ut autem integrum opus mitiori quodam modo ad finem deducatur, ipse Nilus, qui tam acriter Latinos impugnavit, Paraclitum bonum adprecatur (*fol. 353v-354r*) ne iidem puniantur in aeternum, sed pax et unio Ecclesiarum fiat, ut una Ecclesia Christi, quae corpus eius est, nequaquam dilaniata diutius scissaque perseveret.

52. En igitur tibi adest per summa capita adumbratum celeberrimum Ecclesiae Orthodoxae opus, quod usque adeo Constantinopoli longo tempore in honore habitum est, ut eiusdem rationes aptas esse prae primis ad evertendum catholicum dogma aestimatae fuerint, cum de his rebus in Florentina Synodo agendum erat. Id vero nequaquam mirandum erit, si vel ad solam operis divisionem et dispositionem, quemadmodum fecimus, oculi intenduntur. Ex hoc enim capite liber Cabasilae non tam minimi pretii esse apparet, sicut Al-

---

[1] Hic locus non serena quadam veritatis discussione evolvitur, sed tumultuarie contra Sedem Romanam, ita ut a reliqui operis indole valde dissonum esse et libelli cuiusdam iniuriosi speciem sumere videatur.

latius velle videtur;[1] sed eiusmodi qui tum copia rerum tum etiam earumdem ordine ceteros, qui ante ipsum de processione Spiritus Sancti tractatus habebantur, longe antecellere possit.

53. Verum enim vero si haec illi laus nequaquam deneganda est, in ipsa hac argumentorum callidissima dispositione subtile vitium reconditur, quod profecto bonam auctoris fidem dubiam reddit. Etenim Nilus cum doctrinam catholicam in secunda operis sui parte profligandam sibi sumpsisset, quasi a priori id fecit, scilicet, illud ratum habendo tanquam firmum et probatum, quod probandum erat, quin ad argumenta Latinorum, quibus doctrina illa, velut invicta conclusio, eruebatur, satis attenderit; et inde factum est ut, cum postea in discutiendis singulis argumentorum praemissis rationum vim devitare non posset, commodam responsionem invenerit, id est: argumenta adversariorum reicienda necessario fore, quippe quod ex eis educeretur conclusio contraria doctrinae iam in antecessum ut verae demonstratae, nempe suae.

Sed profecto hac ratione non propter imperitiam disputandi, sed sciens volens viam sibi ad inquisitionem veritatis praeclusit. Et tamen hac agendi ratione tam a nepote Nicolao, operis editore, quam ab ipso auctore Nilo recta Ecclesiae consuetudo servari dicitur. Sic enim in « Protheoria » Nicolai ad eius commendationem habetur: « Hoc autem in quinque dissertationibus demonstrato, ad praemissas [Latinorum] proceditur; hic enim antiquus in Ecclesia mos viguit, ut cum pugnam init quis ad recta dogmata contra haereticos defendenda, primum ostendat veram de Deo fidem; deinde obiectiones adversariorum solvat, quod maxime iis est cognitum, qui Oecumenicarum Synodorum Acta percurrunt ».[2] Attamen quis paritatem casus perperam hic invocari non videt, cum id in quaestione esse debuisset, an vera fides in conclusione illa Latinorum contineretur; unde forsitan non velut obiectiones praemissae ipsorum reiciendae essent a priori, sed amplectendae tanquam fundamenta veritatis?

Et re quidem vera Nilus ipse hoc animadvertit, ideoque (quamvis tandem aliquando res in idem recidat) hac alia subtiliori ratione impugnationis suae methodum iustificare arbitratus est. Ita enim ipse ait primam incipiens dissertationem secundae partis: « Et haec qui-

---

[1] Cfr. L. ALLATIUS, *Diatriba de Nilis*; MG 149, 679-680. - Locum hic adductum ex Historia Syropuli (SYROPULOS-CREYGHTON III, 7, p. 50) alias initio attulimus (p. 47 nota 2). Alii etiam loci huius operis adduci possunt, qui de Nilo Cabasila agunt, ut sunt: VI, 12, p. 160; VII, 6, p. 193; IX, 4, p. 255 et IX, 6, pp. 257-258, ex quibus fortasse aliquid ipsi laudis adimendum sit.

[2] Apud DEMETRAKOPULUM, *Ὀρθόδοξος Ἑλλάς*, p. 78 s.

dem Latinorum Ecclesia, defendens opinionem suam: ex praemissis autem praedictis, quibus utitur, conclusionem ducit Filium Spiritus Sancti causam esse. Sed quoniam ex praemissis veritatem non pollentibus non id necessario sequitur ut etiam conclusio falsitate laboret (potest enim etiam verum educi quamvis veritas cum praemissis non coniungatur), et econtra si conclusio non recte sese habet, necesse prorsus est ut vel utraque vel alterutra praemissarum cum errore permixta sit; dicendum *primum quidem adversus ipsam conclusionem*, quae ex diametro avitae Patrum theologiae contraponitur. Hoc enim demonstrato, demonstraverimus certe eo ipso argumenta Latinorum falsitate liberari non posse. Deinde vero, Deo favente, singillatim diligenterque examinabimus ipsorum etiam rationes, et quid in eisdem vitiosum sit ostendemus, sicque liquido fiet Latinos, nullo ductos fulcimento, ad propositam conclusionem devenisse».[1]

Hoc igitur modo Nilus Cabasilas, magna sine dubio dexteritate, ansam tandem arripuisse optimam censuit, ut quaevis Latinorum argumenta, etiam praeclarissima illa Sancti Thomae, veluti a priori eversa profligataque haberet. At oblivisci non debemus haec ipsa ratiocinia illa esse, quae ante aliquot annos ab ipso Nilo tanti roboris plena dicebantur, ut affirmaret nullam unquam haeresim caput extollere posse, quam rationibus Thomae facillime comminutam iri non confideret.[2]

Et haec de modo divisionis et dispositionis in opere Nili Cabasilae dicta manent.

CAPUT IV

De fontibus operis Nili Cabasilae

54. Quoniam in opere Thessalonicensis Archiepiscopi adest tam expositio doctrinae Latinorum, quam eiusdem refutatio per argumenta a separatis adhibita, in comperto est duo planeque diversa genera fontium usurpari ab Auctore debuisse: alia quidem ad capita illa quadraginta et novem, quibus dogma catholicum sustinetur,

---

[1] «... τοῦ δὲ συμπεράσματος οὐχ ὑγιαίνοντος, πᾶσα ἀνάγκη ἢ ἀμφοτέρας ἢ τὴν ἑτέραν τῶν προτάσεων μετὰ τοῦ ψεύδους γίγνεσθαι· λεκτέον ἂν εἴη πρῶτον μὲν πρὸς αὐτὸ τὸ συμπέρασμα, ἐκ διαμέτρου φερόμενον πρὸς τὴν ἀρχαίαν τῶν πατέρων θεολογίαν· τούτου γὰρ δειχθέντος, ἀποδεδειχότες ἂν εἴημεν ὡς οὐ καθαρεύουσι ψεύδους τά γε εἰρημένα Λατίνοις. Ἔπειτα, Θεοῦ συμμαχοῦντος, ...». (Vat. gr. 1117 fol. 48r in dissertatione I contra Latinorum conclusionem).

[2] Cfr. Demetrius Cydonius, *Apolog. Sancti Thomae*, Vat. gr. 614 fol. 126v.

efformanda; alia vero ad eorumdem eversionem et ad Graecorum fidem prae fide Latinorum sustinendam.

De his igitur duobus ex ordine referendum est.

§ 1. *De fontibus pro fide Latinorum*

Igitur ad prima quod attinet, seu ad illa e quibus doctrina catholica est hausta, si generalis quaedam exspectanda foret responsio, forsitan dubitarem quinam e duobus fontibus, qui ex attenta totius manuscripti lectione adfuisse inveniuntur, primas partes obtineat: utrum, videlicet, sancti Thomae Aquinatis opera, an illae, quae Latinophrones inter et orthodoxos Graecos a longo tempore habebantur, disputationes. Ratio dubitandi illa est: etenim argumenta, quae ex his postremis hausta nobis esse videntur, plura numero sunt quam illa, quae directe ex Angelico Doctore derivantur.

Attamen opus Nili Cabasilae non quidem per transennam, quemadmodum ex aliquibus scriptoribus fortasse erueretur, [1] Doctorem Aquinatem acriter impugnat, sed totum quantum contra ipsum exaratum fuisse facile deprehenditur. Occasio enim conscribendi libri, sicut e Cydoniana narratione discimus, [2] ea fuit ut periculum magnum tolleretur, ne Angelici scriptis multorum fides perturbari et in fidem Latinorum mutari posset, id quod iam plane duobus Cydoniis fratribus contigerat. Ad eandem autem conclusionem lectio ipsa operis nos ducit. Non solum enim quando argumenta expresse ex Thoma desumpta refutantur, Aquinas impetitur, ut patet; sed idem etiam fit multis in aliis locis, ubi Thomas praeter exspectationem occurrit, eo solo quod Latini nominentur. [3] Alias autem Angelicus velut antesignanus Latinorum et occidentalis theologiae dux in medium adducitur; [4] imo etiam quandoque accidit ut talis pro

---

[1] Cfr. exempli gratia M. Jugie, *Theol. Dogmat. Christ. Orient.*, t. II, p. 389, nota 1: « Nilus haud semel citat et impugnat Sanctum Thomam, quem Demetrius Cydonius in speciali tractatu de Processione contra Nilum defendit ». Idem habetur in t. I, p. 443, nota 2.

[2] Dem. Cydonius, *Apologia propriae fidei*, in cod. Vat. gr. 1102 fol. 70^r-70^v (apud I. Mercati, *Notizie ed Appunti*, pp. 390-392). Ceterum sufficiat folium 110^r cod. Vat. gr. 614 perlustrasse – *Apologia pro S. Thoma* Demetrii Cydonii – ut nullum dubium oriri possit quin hoc loco Nilus Cabasilas respiciatur.

[3] Necesse non est citationes innumeras cumulare, ubi Sanctus Thomas velut adversarius occurrit, etsi non agatur de capitibus, quae certo certius ad ipsum pertinent. Sufficit lectio codicis in illis praesertim capitibus, quae ad patristica argumenta referuntur.

[4] Videas, sis, fol. 82^r et 89^r. (Deinceps cum codex Vaticanus graecus 1117 citandus erit, eius solummodo folium indicabitur).

quibusdam assertionibus, quae ceterum in controversiam minime poni poterant, tanquam maxima rei probatio diversa Aquinatis loca a Nilo recitentur. [1]

55. Quae cum ita sint, dubium esse non potest quin Nilus noster S. Thomam potissimum ut adversarium suum consideraverit, eundemque tanquam capitum a Latinis productorum praecipuum fontem respexerit. Nihilo tamen minus si excludimus diversas citationes operum Sancti Thomae, primae sc. partis *Summae Theologicae*, Quaestionum disputatarum *De Potentia*, et Opusculi *Ad Cantorem Antiochenum* (quibus Cabasilas potius quam ad discussionem, ad eruenda pro se argumenta usus est), duo solummodo capita *Summae contra Gentiles* proprie tanquam fons argumentorum Latinorum adhibita esse deprehenduntur.

Nam caput XXIV Libri IV, quod de processione Spiritus Sancti a Filio agit, testimonio Didymi solum praetermisso, quattuordecim Latinorum capita subministravit, quae hac ratione distribuuntur: tria pro argumentis Scripturae, quae in totali serie operis sub numeris 2, 3, 7 collocantur; tria pariter in patristica sectione, id est, ea quae numeris 13, 15, 33 respondent; tandem pro syllogismorum argumentatione octo numerantur, nempe numeris signata 35, 37-39, 40-43. Ex eodem autem IV Libro pars etiam quaedam capitis XXV materiam praebet postremo Latinorum argumento sub numero 49 posito, quod, ut videbitur, in quaestione de additione ad Symbolum Fidei et de Romani Pontificis ad id agendum auctoritate versatur.

Quibus accensenda adhuc sunt alia sex capita, id est, reliqui syllogismi, qui in opere Nili locum obtinent: quorum primus quidem, numero 36 notatus, sat clare ipsi Thomae ab auctore tribuitur; pro ceteris autem quinque sub numeris 44-48 exstantibus similis indicatio expressa non adest, at ex Demetrii Cydonii mente, [2] ipsos pariter a Cabasila etiam divo Thomae applicatos fuisse, nullum dubium est. Et optimo quidem iure: nam sin minus ad verbum, at saltem ad sensum quod attinet, ex operibus Angelici Doctoris etiam ipsi deprompti sunt.

56. Restat igitur ut eorum capitum, quae ceteras Scripturae, Conciliorum et Patrum argumentationes continent, origo determi-

[1] Huiusce rei non pauca exempla praesertim in capitibus de syllogismis leguntur. Cfr. ex. gr. fol. 281r-281v, 282r, 285v-286r, 287v-288r, etc.

[2] Demetrius Cydonius, *Apologia S. Thomae*, Vat. gr. 614 fol. 125r-125v.

netur. In his autem stabiliendis (nisi forte felix dies inexploratum vel ineditum aliquod opus ex scriniis bibliothecarum suscitet, in quo reliquus Cabasilae fons indubie reperiri fas sit), nullam aliam aptiorem explicationem invenio quam si immediatum ipsorum fontem in frequentissimis illorum temporum de his rebus disputationibus ponimus.

Equidem hoc pacto rem evenisse concipio. Refutare Sanctum Thomam Cabasilas voluerat; at cum perfectum Trinitarium opus perficere vellet, videretque testimonia patristica in Aquinate pauca, eaque fere omnia latina occurrere, quibus perpendendis neque copia ipsi librorum neque latini idiomatis potestas erat, [1] optimum sibi visum est quosdam Graecorum Patrum locos adducere, eorum profecto, qui saepe saepius in controversiis cum Latinophronibus agitabantur. Et optime quoque sciebat in ipsis disputationibus — Latinorum praesertim Constantinopoli sedem habentium —, non solum Patrum, sed etiam Scripturae sententias, quae in operibus latinis aderant, in medium a pugnantibus proferri solere. Nam vel Nilum ipsum adfuisse quandoque contentionibus his, vel earum notitiam saltem per fidos amicos habuisse, minime improbabile est, cum totum eius opus, ut legentibus patet, polemicas has disputationes sapiat.

Adest praeterea in dissertatione V secundae partis operis Nili satis clarus, ut arbitror, ipsius Cabasilae locus, ex quo haec mea sententia confirmari poterit. Cum enim quaestionem ibi moveat de authenticitate epistulae Sancti Maximi ad Marinum, in qua dogma catholicum sustinetur, sed ex qua argumentum contrarium sumit acerrimus huius impugnator, hoc modo ait: « Nihilo tamen minus valde ridiculum est Latinos contra semetipsos conflictus concitare cum epistulam ipsam divi Maximi nunc quidem ut legitimam agnoscant neque illam adversus nos tum in scriptis *tum etiam in disputationibus* proferre vereantur..., nunc vero, defendentibus nobis quae nobis probanda ex eadem epistula videntur, contrariam sententiam cieant, quasi secum ipsis consentire pudor esset ». [2] Iam vero, unus ex textibus Patrum in capite Latinorum 22 discussus Sanctum Maximum auctorem habet, pro quo refellendo iterum ea Nilus alle-

---

[1] Sanctum Thomam legebat Nilus, ut superius innuimus (p. 25), in versionibus graecis a Prochoro et Demetrio Cydonio exaratis.

[2] « *Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ σφόδρα καταγελαστότατον πρὸς ἑαυτοὺς Λατίνους συρρήγνυσθαι, καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴν νῦν μὲν γνησίαν ὁμολογεῖν τοῦ θείου Μαξίμου, καὶ οὐκ αἰσχύνεσθαι καὶ καθ᾽ ἡμῶν ταύτην προφέρειν..., νῦν δὲ ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐπιστολῆς ἀπολογουμένων ἡμῶν ἅ γε ἡμῖν δοκεῖ, τὴν ἐναντίαν ψῆφον ἐκφέρειν* » (fol. 134ʳ).

gat,[1] quae iam pridem adduxerat tanquam in disputationibus cum Latinis agitari solita.

57. Re quidem vera non me latet illa omnia capita ex operibus eorum, qui Latinophrones dicebantur, desumi potuisse, qualia censerentur ex. gr. scripta Nicephori Blemmydae, Ioannis Becci, Constantini Meliteniotae et similium de Unione Ecclesiarum et de Spiritus Sancti Processione. Arbitror enim Beccum, ut unum proferam, speciali modo a Nilo, dum opus scriberet suum, prae oculis habitum fuisse, negari non posse. Duo eius testimonia ad litteram adducuntur in dissertatione quinta;[2] et ad finem refutationis argumenti, quod eruitur pro thesi latina ex verbis Leontii — secundum Acta Gelasii Cyziceni — in Concilio Nicaeno recitatis, ita Nilus loquitur: « At, etiam his relictis, non omnino locus ille insidiis liber apparet, imo impudentia Becci participare videtur; praecidit enim theologorum sententiam et non sine detrimento ea omnia abstulit, quae clarissime ostendunt per vocem ' profluere ' alterum [Spiritus] progressum[3] hic demonstrari ».[4] Sine dubio qui talia protulit, ad duo opera Ioannis Becci, Unionis cum Latinis usque ad vincula defensoris, attendebat: ad *Epigraphas*, inquam, et ad aliud *De Ecclesiarum Unione*, in quibus ex illis Leontii verbis argumentum pro catholico dogmate depromebatur.[5]

Quin etiam si triginta quattuor Sanctorum Patrum testimonia considerantur, quae ad efformanda decem et septem latinorum argu-

---

[1] Vid. fol. 230r, ubi solutio argumenti 22 habetur.

[2] Ad fol. 134r-134v.

[3] Duplex secundum Cabasilam progressus (seu processio) Spiritus Sancti considerari potest: alter hypostaticus seu secundum exsistentiam (et huic proprium nomen est *procedere*); alter communicabilis seu secundum operationem (cui cetera nomina *profundi, manare, exsplendescere, scaturire*... conveniunt). At postrema haec nomina etiam de primo illo progressu dici possunt. Cfr. e. gr. fol. 198r: « *Διττῆς οὔσης τῆς προόδου τοῦ Πνεύματος, καὶ τῆς μέν, σαφενείας ἕνεκεν, δικαίως ἂν κληθείσης καὶ πρώτης καὶ ὑποστατικῆς καὶ καθ' ὕπαρξιν· τῆς δέ, δευτέρας καὶ μεταδοτικῆς καὶ κατ' ἐνέργειαν, ἴδιον μὲν ὄνομα τῇ πρώτῃ τὸ ἐκπορεύεσθαι· θατέρᾳ δέ, τὸ χορηγεῖσθαι καὶ δίδοσθαι· κοινὰ δὲ αὐταῖς τὸ προχεῖσθαι, καὶ πηγάζειν, καὶ ἐκλάμπειν, καὶ προϊέναι, καὶ ἀναβλύζειν, καὶ χεῖσθαι* ». — Haec, ut vides, e palamitico systemate originem ducunt.

[4] Fol. 200v: « *Καὶ χωρὶς δὲ τούτων, οὐδὲ καντάπασι τὸ χωρίον ἐπιβουλῆς καθαρόν· ἀλλὰ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Βέκκου βδελυρίας φαίνεται μετασχόν· περιέκοψε γὰρ τὴν τῶν θεολόγων φωνήν, οὐκ ἄνευ τοῦ κακουργεῖν ἀφελόμενος ὃ σαφέστατα δείκνυσι τὴν δευτέραν τῶν προόδων, διὰ τῆς τοῦ ἀναβλύζειν ἐνταῦθα δελούσης φωνῆς* ».

[5] Cfr. MG 141, 53 et 616.

mentorum capita sub numeris 14, 16-17, 19-32 a Nilo Cabasila producuntur; ea omnia, tribus exceptis, vel in uno opere Becci, id est, in Epigrapharum collectione adesse reperientur. Quorum nonnulla in aliis etiam eiusdem Constantinopolitani Patriarchae operibus exstant; ex illis vero tribus, quae apud Beccum non leguntur, duo Constantinus Meliteniota refert, tertii denique Nicephorus Blemmyda mentionem facit.[1]

Verum enim vero ut directos et immediatos fontes Auctores hos, ut innuebam, Cabasilas non adhibuit, quantum ipse conicere possum. Ratio autem, quae in promptu adest, illa est: quod moris est nostri polemistae verbotenus exprimere illa omnia, quae ex aliis scriptoribus sumit, sive pro se illa faciant, sive etiam contra propriam sententiam. Sic v. gr. adducuntur ea omnia, quae ex Angelico Doctore proveniunt, etiamsi nomen ipsius taceatur. Iam vero, nunquam in auctoribus, quos dixi, vel unum locum invenire mihi obtigit, qui verbis Cabasilae, etiam aliquantulum mutatis, adaptaretur. Quam ob rem illas Latinorum Graecorumque, reapse habitas, disputationes pro solutione induxi, in quibus saltem celebriores Pa-

---

[1] Curiosum forsitan erit correspondentiam singulorum Latinorum capitum cum elenchis horum Auctorum comparare:

Argum. 12 ex Conc. Nicaeno I = (*Epigraphe I*, MG 141, 616; *De Unione Ecclesiarum*, ibid., 53. Nilus cum haec tractat, expresse ad Beccum allusionem facit.

Argum. 13 ex Athanasio = (*Epigraphe I*, ibid., 621).

Argum. 14 ex Basilio = (*Epigraphe I*, ibid., 613-16; *De processione Spiritus Sancti*, ibid., 157 ss.).

Argum. 15 ex Cyrillo = (*Epigraphe I*, ibid., 616).

Argum. 16 ex Cyrillo = (*Epigraphe I*, ibid., 617).

Argum. 17 ex Cyrillo = (*Epigraphe I*, ibid., 617).

Argum. 19

a) ex Cyrillo = (*Epigraphe I*, ibid., 616)

b) ex Cyrillo = (*Epigraphe I*, ibid., 616-617; *Epigraphe VIII*, ibid., 676).

c) ex Cyrillo = (*Epigraphe I*, ibid., 620).

Argum. 20

a) ex Cyrillo = (*Epigraphe IX*, ibid., 692).

b) ex Cyrillo = (Meliteniota, *De process. Spiritus S., Orat. II*; MG 141, 1161).

Argum. 21 ex Nysseno = (*Epigraphe I*, ibid., 613; *De process. Spiritus S.*, c. I, ibid., 161).

Argum. 22

a) ex Athanasio duo testimonia = (*Epigraphe I*, ibid., 624).

b) ex Basilio = (*Epigraphe I*, ibid., 624; *De process. Spiritus S.*, c. I, ibid., 173).

trum textus perpendi fas erat, illi, videlicet, qui in opere Nili tanquam fidei Romanae fundamenta perhibentur.

58. Idipsum quoque de capitibus, quae ex Scriptura petuntur, dicendum fore arbitror. Nam nisi id admittatur, quoniam ex decem argumentis, quae a capite 2 ad 11 decurrunt, tria solummodo (2, 3, 7) ex auctore noto, nempe ex divo Thoma, sumuntur, reliquorum immediatus fons valde incertus remanebit.

Suspicatur cl. P. Martinus Jugie [1] Nilum haec scripturistica argumenta potissimum a Barlaamo Calabro mutuatum esse. Profecto Barlaamus opellam confecit pro Latinis in qua probationibus sexdecim, ex Scriptura sumptis, Spiritum Sanctum, quemadmodum ex Patre, ex Filio etiam esse propugnavit. [2] Et sane quod in ea textus Scripturae, praeter duos, iidem occurrant, qui in opere Nili Cabasilae capita Latinorum decem scripturistica constituunt, legentibus patet. Verumtamen quoniam a comparatione excipienda essent capita illa tria (2, 3, 7), quae certo certius ad Aquinatem pertinent, siquidem verbotenus ex Summa contra Gentiles exscribuntur; et

---

c) ex Damasceno tria testimonia = (*Epigraphe I*, ibid., 625; *Epigraphe IV*, ibid., 645; *Epigraphe I*, ibid., 625).
d) ex Tarasio = (*Epigraphe I*, ibid., 628).
e) ex Maximo = (*Epigraphe I*, ibid., 628; *Epigraphe XI*, ibid., 705).
f) ex Basilio = (*Epigraphe I*, ibid., 629).

Argum. 23 ex Nysseno = (*Epigraphe I*, ibid,. 628; *De process. Spiritus S.*, c. I, ibid., 172; cap. VII, 216).

Argum. 24 ex Athanasio et Nazianzeno = (*Epigraphe IX*, ibid., 700).

Argum. 25 ex Nysseno = (*Epigraphe I*, ibid., 616; *De process. Spiritus S.*, c. I, ibid., 172).

Argum. 26 ex Athanasio = (*Epigraphe XIII*, ibid., 713).

Argum. 27
a) ex Athanasio = (*Epigraphe XIII*, ibid., 720).
b) ex Basilio = (Blemmyda, *Orat. II de Spiritu S.*, MG 142, 572).

Argum. 28 ex Basilio = (*Epigraphe XI*, MG 141, 705; *Epigraphe XIII*, ibid., 713.

Argum. 29 ex Basilio = (Meliteniota, *De process. Spiritus S.*, *Orat. I*, MG 141, 1116).

Argum. 30 ex Athanasio et Cyrillo = (*Epigraphe III*, ibid., 637).

Argum. 31 ex Cyrillo duo testimonia = (*Epigraphe VIII*, 673; *Epigraphe III*, 637).

Argum. 23 ex Cyrillo duo testimonia = (*Epigraphe X*, ibid., 700 et 701).

[1] Cfr. *Theol. Dogmat. Christ. Orient.*, t. II, p. 386.

[2] Poteris videre hoc scriptum, latina versione tantum, apud MG 151, 1314-1330. (Nota omnia argumenta sexdecim Barlaami ex Scriptura deprompta esse, non quattuordecim solum, ut ait M. Jugie, loc. cit.).

insuper cum duo alia reperiantur, sub numeris 5 et 6 proposita, quae textum S. Ioannis X, 30: « Ego et Pater unum sumus », et S. Lucae VI, 19: « Virtus de illo exibat et sanabat omnes » afferunt ad catholicum dogma confirmandum, quaeque ab argumentis Barlaami omnino exsulant; quaestio solummodo de quinque reliquis capitibus scriptoris Calabri agitari posset, sed haec quidem iterum attentius legentibus satis ostenduntur immediatus Cabasilae fons minime fuisse. Plus enim dissimilitudinis quam similitudinis habent cum Cabasilianis capitibus; neque praeterea ratio apparet cur, a more suo Nilus recedens, non ad verbum testimonia haec scripta retulerit, sed eorum solummodo sensum eumque, multipliciter collocationis ordine transmutato, adhibere maluerit.

In Graecis autem auctoribus non adeo multa Scripturae testimonia seorsim a Patrum commentariis pro hac Trinitaria quaestione proponuntur, ut ea tanquam fontem argumentorum Cabasilae assignare liceret. Nihilominus Ioannes Beccus non solum undecimi capitis Niliani textum tractavit, et fluvium aquae vivae e throno Dei et Agni profluentis, iuxta Apocalypsim XXII, 1, ad processionem Spiritus Sancti demonstrandam adhibuit; sed etiam alia Scripturae testimonia pro argumentis illi fuerunt, quemadmodum ipse in scriptis reliquit: « Nos vero — inquit — cum dictam vocem (Filioque) sustinere atque defendere deberemus, et in illius probatione contra opponere quaecumque dilectus, qui in pectore Domini recubuit, Evangelista in Apocalypsi dixit, ex Patre et Filio Spiritum procedere ostendens; imo et reliqua Scripturae omnia dicta, quae ex Patre et Filio processionem manifesto exprimunt, quaeque investigator invenire poterit in iis, quae adversus decimum sextum Moschabari caput scripsimus: hoc non ita propenso animo fecimus... ». [1] Ut autem quidquam de hac re certum exinde ducere possemus, necessarium fuisset antirrheticum illum, ad quem allusionem Beccus facit, examinasse; illud vero, ex ratione mox innuenda, sicut alia eiusdem opera, destructum esse videtur.

59. Restat igitur ut, ad absolvendam quaestionem hanc de latinorum capitum fontibus, quaedam dicamus de origine argumenti 34, quod de Sanctorum Ambrosii atque Leonis Magni auctoritate recipienda agit. Aenigmatibus autem plenum illud dixeris. Hoc enim indeterminato modo caput enuntiatur: « Praeterea in quadam Synodo, cui innituntur Graeci, haec scribuntur: Illis qui sententias reiciunt, quae in confirmationem rectorum Ecclesiae Dei dogma-

---

[1] Ioannes Beccus, *De libris suis;* MG 141, 1021 CD.

tum prolatae fuerunt a Sanctis Patribus Athanasio, Cyrillo, Ambrosio, Amphilochio, divina canente, sanctissimoque archiepiscopo veteris Romae Leone, et ceteris; insuper illis, qui Conciliorum Oecumenicorum Acta, quarti scilicet et sexti, non venerantur, anathema».[1] Quae est autem haec Synodus? Frustra, nisi fallor, testimonium illud invenies in consuetis Conciliorum collectionibus. Attamen si probabilem hypothesim subicere licet, iudicium meum de hac re, diuturna rerum meditatione comparatum, breviter exponam.

Igitur hic assignari pseudo-synodum Photianam anno 879/80 celebratam, sequens potissima ratio evincit. Nam praeterquam quod indeterminatus modus Concilium allegandi: 'in quadam Synodo, cui innituntur Graeci' indicare videtur rem ex Concilio sumi a Graecis quidem orthodoxis admisso, a Latinis vero vel Latinophronibus repudiato (quod profecto Photianae Synodo convenit); ipsa quoque refutationis ratio a Nilo adhibita idem concludere apta est.

Ipsius autem verba proferenda sunt: «... necesse est — scribit — ut Leonem et Ambrosium [ipsi] calumnientur, quasi ex Filio procedere Spiritum [Sanctum] affirmaverint. Qua de causa? quia Synodus neque Photium ignoravit (ut etiam Latini concederent), neque Photii rationes; quin neque pugnam inter duas Ecclesias... Age vero, haec cum scivisset, neque Photium sanctissimum esse existimasset, neque omnia, quae adversus eum a Romanis et factis et dictis peracta fuerunt, anathemate perculisset, si perspectum habuisset Leonem et Ambrosium processionem Spiritus a Filio sustinere... Quod autem haec vera sint, exinde patet quod vel ipsa Synodus terribilissimas poenas inflixit contra illos, qui de Photio et photianis rationibus male sentirent, ubi dixit: 'Ignatii, Photii, Stephani, Antonii et Nicolai, sanctissimorum et orthodoxorum patriarcharum, sempiterna recordatio'; et deinceps: 'Omnia quae contra sanctos patriarchas Germanum, Tarasium, Nicephorum et Methodium, Ignatium, Photium, Stephanum, Antonium et Nicolaum scripta vel dicta sunt, anathematizantur' ». [2]

Iam vero, acclamationes hae cum anathemate adiuncto eodem prorsus pacto, quo nunc transcripta fuere, desumpta sunt e Synodico ad finem tractatus abducto, ubi Nilus acta genuina Synodo Photianae restituere vult. [3] Ex Actis ergo huiusce Synodi argumentum hoc 34 Latinorum sumptum est. Verumtamen huiusmodi conclusio quaedam problemata suscitare videtur, pro quorum explicatione

---

[1] Cfr. fol. 271v-272r.

[2] Vid. solutionem Cabasilae ad argumentum Latinorum 34; fol. 272v-273v.

[3] Cfr. cod. Vat. gr. 1757 fol. 347r.

articulus cl. V. Laurent de mente Becci in quaestione photiana[1] consulatur quaeso: praecipuas autem eius assertiones, quae ad propositum meum faciunt, hic subiungendas curavi.

60. Mirandum enim minime est Latinos argumentum *ad hominem*, ut dicitur, ex Actis Photianae Synodi sumere potuisse, qui saeculo XIII et initio saeculi XIV non illa qualia nunc habemus legebant, sed alia prorsus in multis diversa. Haec ita esse exinde apparet quod in opere quodam Ioannis Becci, tribus codicibus in Occidente conservato,[2] cuius initium est « Ἦν ἂν μακάριον ἀληθῶς », relatio exstat Synodi Photianae, quae minime cum Actis nunc cognitis componi potest. Ibi enim legitur Photium, qui post Ignatii mortem restitutionem ad Constantinopolitanam Sedem legitimo modo a Ioanne VIII obtinuit, Synodum quandam convocasse, cui trecenti et amplius Episcopi adfuerunt, in qua canones editi sunt et anathemati traditum totum illud, quod scissionis tempore sive scriptis sive factis ipse patrarat.[3] Idem autem eruitur, et forsitan clarius, ex his, quae discipulus Becci, Georgius Metochita in libro I Historiarum Dogmaticarum scripsit. Synodus enim iuxta hunc auctorem, solummodo de restitutione Photii et de salvandis Sedis Romanae praerogativis, non autem de quaestione additionis ad Symbolum occupata est; quod ut suadeat, ad Acta Concilii provocat aperte, ad illa nempe plane diversa ab his, quae nunc cognoscimus, sed hominibus illius aetatis valde familiaria.[4]

---

[1] V. LAURENT, *Le cas de Photius dans l'Apologétique du Patriarche Jean XI Beccos (1275-1282) au lendemain du IIe Concile de Lyon*; *Echos d'Orient*, t. XXIX (1930), pp. 407 ss.

[2] Codices, in quibus hoc opus Becci continetur, hi sunt: Laurentianus gr. 26, plut. VIII (s. XIII); Barberinianus gr. 415 (s. XVI); Vaticanus gr. 1549 (s. XV). Opus quoad partem editum est ex ALLATIO in MG 141, 925-946, sub hoc titulo: *De pace ecclesiastica*.

[3] Curiosum valde est locum hunc (qui sine dubio contra Photium est) a Nilo fuisse collectum in tractatu de Synodo Photiana, qui totus est in illis coadunandis, e quibus Photii contra Latinos triumphus celebrari possit. Vid. cod. Vat. gr. 1757 fol. 327r. (Fragmentum hoc etiam adest in alio opere Becci ad Theodorum Sugdaeae episcopum, lib. III, c. III; MG 141, 328 BC).

[4] Sic enim ait: « Sed quia res (dissidium cum Roma) aliquando emendata quievit, resipiensque a discordia Photius ad priorem pacis statum rediit... Statim ac enim Romanae navis clavum dexter gubernator arripuit Ioannes [VIII], qui et re et nomine Photio gratiosus fuit, et huic tranquillum navigationis cursum obtulit, et reconciliationis ansam praebuit, illico Photius sui compos fuit et palinodiam, ut est in proverbio, cecinit, recta pergens per sibi bene patefactam ab illo viam. Ergo inimicitia seposita, unionis concordiam optime disponit: neque id tumultuarie, ut fecerat in contentione; neque solus ipse rem firmavit,

Sed eodem tempore alia Actorum redactio, separatorum sensu abundans, iam inveniebatur, prout conicere licet ex tractatu quodam contra Beccum Georgii Moschabari, ubi compendium fere Actorum Synodi habetur; Iobum quoque Iasitam multa desumpsisse ex sessione VI illorum Actorum dici potest, ut videtur. [1]

Verum enim vero post saeculum elapsum nonnisi Acta schismatico sensu corrupta reperiuntur, ita ut vel ipse Manuel Calecas, qui ea contra Graecos adhibuit, aliis non inventis, authenticitatem eorum omnium, quae de Symbolo agunt, tanquam apocryphorum, reiecerit. [2]

---

quomodo egisse in dissidio visus est, quod marte proprio et per se solus effecerat; sed non sine quodam ordine, et cum canonico ministerio ac synodico examine episcoporum tunc convocatorum plus trecentis negotio egregie transacto; et, prout antiquitus fuerat, servari iussis Papae privilegiis, eaque in posterum duratura sanciens... ».

Haec quidem quoad factum attinet convocationis Synodi; in sequenti vero numero ad Acta confugit: « Nec vero quisquam ex his, qui sponte in malignam partem declinant, hic opponat propriae mentis foetum, quod, videlicet, tum Photius tum Synodus omnia egerint ac definiverint, lecto tamen symbolo absque additamento... Sed enim hoc velim scire, utrum dogmatica commota quaestione, sine ullo huius examine, quasi in re confessa, Romani de falso dogmate propter additamenti rationem reprehensi fuerint, et illi huius deletioni consenserint. Hoc, inquam, cognoscere vellem; *sed nihil eiusmodi actum comperio, neque alius quisquam tale dicere poterit, quantumvis libros hanc historiam tractantibus evolvat* (καὶ οὐδέν τι τοιοῦτον εὑρίσκω γενόμενον, οὔτε μὲν ἕτερός τις εἰπεῖν τι τοιοῦτον δυνήσαιτο, ταῖς περὶ τούτων διατρανούσαις βίβλοις προσεσχηκώς), nisi forte neoterici quidam scriptores id mutarunt vel etiam mutabunt; cuiusmodi alia plurima usuvenerunt in schismate atque evenient, et nunc et antea peractum fuit ». (GEORGIUS METOCHITA, *Historiarum Dogmaticarum* lib. I, num. 6 et 7; apud A. MAI, *Nova Patrum Bibliotheca*, t. VIII/2, pp. 9-10).

[1] In his affirmandis auctoritate nitor cl. V. LAURENT, prout traduntur in art. superius citato (*Echos d'Orient*, t. XXIX, p. 413).

[2] « Primum quidem — ait — (id est, rationes reddit cur in Synodo Photiana additio ad Symbolum prohibita non fuerit) quoniam in gestis huius Synodi commentariolum quoddam est eorum, quae in eo Concilio erant discutienda, expositionem per ordinem continens, quod Legati Synodo proposuerunt: commentarium sibi a Summo Pontifice datum asserentes, ut meminissent quae in ea Synodo vel dicenda vel facienda essent. Neque enim in eo (in commentario Papae) quidquam de addito vel de Symbolo omnino scriptum est. Et certe id in prima statim fronte ponendum fuit, sive a Romano Pontifice de hoc fuisset quidquam imperatum, sive etiam Synodus illa, quam quadringentorum ferme episcoporum implebat numerus, blasphemiam hanc additionem putabat; cur [autem] non principaliter de illa verba fecit? ». (Sic MANUEL CALECAS, *Adversus Graecos* — in versione latina Ambrosii TRAVERSARI —; MG 152, 207 AB). Textus graecus huius operis, adhuc ineditus, in optimo cod. Vat. gr. 1112 asservatur, de quo cfr. I. MERCATI, *Notizie ed Appunti*, p. 85.

Igitur in secunda medietate saeculi XIV catholici Constantinopolitani solummodo Acta deturpata cognoscebant, quae, ex notitia Bryennii,[1] officialiter in archiviis Patriarchatus asservabantur, in quibus ante unum saeculum, id est, tempore Becci legitima Acta reposita erant.

At videlicet, ut fundatissimis coniecturis a V. Laurent factis stemus, tempestas palamitica, necnon plures inter Graecos et Latinos illius temporis controversiae, multa catholicae positionis monumenta pessum dederunt. Tunc enim et Acta vera Synodi anni 879/80 falsata sunt (quandoquidem antiquissima eorum apographa aetatem saeculi XIV non antecedunt), et multa quoque patriarchae Ioannis Becci opera, quae Graecis orthodoxis funestissima reputabantur, destructa fuerunt.[2]

61. Quae cum ita sint, uno iam verbo ad quaestionem, quae harum notarum origo fuit, respondere possumus. Qualis itaque fons assignandus erit argumento 34 Latinorum, quod 'ex quadam Synodo, cui innituntur Graeci', auctoritatem Leonis Magni et Ambrosii pro dogmate catholico sibi vindicat? Profecto non alius quam Acta *legitima* Synodi Photianae, vel etiam opus quoddam Becci, in quo pars illa Actorum contineretur. Nihil autem mirandum est nomina Leonis et Ambrosii in illa Synodo invocata fuisse, siquidem hanc non ad nudam Photii repositionem, tanquam ad iniuriam vindicandam, sed ex Ioannis VIII mente ad pacem et concordiam Ecclesiae restituendam et ad iura Sedis Apostolicae tutanda locum habere concessum erat, idque tandem solummodo supposita perturbatoris patriarchae resipiscentia. Sic enim ipse Pontifex ait in authentica ad Photium epistula: « Et cum non sit reprehensibilis erga correctum quantacumque miseratio, satisfaciens coram Synodo *misericordiam secundum consuetudinem postulaveris*... et si, quia spiritualis filius noster Basilius Christianissimus Imperator apud nos pro te multis precibus intervenit, omnes uno voto, uno consensu et una concordia in tua restitutione convenerint, veniam pro pace Ecclesiae tibi concedimus, communionem quoque et gradum, coram Synodo misericordiam quaerendo... ita tamen ut deinceps... ».[3]

---

[1] IOSEPHUS BRYENNIUS, *Περὶ τῆς Ἁγίας Τριάδος* (λόγος ὄγδοος). Editio BULGARIS, Lipsiae 1768, t. I, p. 139.

[2] V. LAURENT, art. cit., p. 414; vide etiam p. 398.

[3] *Epistula* IOANNIS VIII ad Photium, patriarcham Const/pnum, anno 879; ML 126, 871 BC. Ibidem videre poteris eandem hanc epistulam a Photio in Synodo deturpatam, quemadmodum lecta fuit in Actione II. (Cfr. MANSI 17 A, 412 ss.).

Denique ut investigationi huic de fontibus argumentorum latinorum in opere Nili finem afferamus, contradictionem quandam notare volumus, in quam Cabasilas incurrere passus est, dum acclamationes illas superius relatas ad Synodum Photianam anni 879/80 (seu, iuxta ipsum, VIII Oecumenicam) pertinere censuit. Nonne igitur animadvertit se nomina patriarcharum ex Synodico exscripsisse ad Nicolaum I usque, qui annis 901-907 et iterum annis 912-915 Constantinopolitanam Ecclesiam direxit, id est, post non parvum annorum spatium ex quo Synodus celebrata est? Numquid Acta Synodi nonnisi post viginti saltem et quinque annos facta fuisse dici possunt?

Verumtamen haec innuisse sufficiat, quae, si Deo placebit, in speciali commentario de Synodo Photiana secundum Nilum Cabasilam proprium locum habebunt.

§ 2. *De fontibus pro fide Graecorum*

62. Quod ad ceteros fontes attinet, ex quibus Nilus Cabasilas opus suum contra Latinos exaravit, attendendum maximopere censeo tempus, quo tractatus hic Trinitarius compositus ab ipso est. Cum enim non fructus sit iuventutis eius, quae penitus nos latet, sed postremorum ipsius annorum, cum a multo iam tempore ita plene palamismo deditus inveniebatur, ut unus ex praecipuis illius doctrinae propugnatoribus haberi merito posset, impossibile certe est polemicam eius Trinitariam a consectariis, quae ex palamismi positione in ipsam derivantur, liberam inveniri.

Et re quidem vera adeo multa legentibus hoc Nilianum opus, illudque cum operibus Gregorii Palamae comparantibus, communia quoad sensum utrique auctori sponte sese offerunt, ut Gregorium illum tanquam immediatum Cabasilae inspiratorem in Latinis refutandis asserere non dubitem. Quoniam autem specialem de hac re tractationem instituere nunc non intendo, ea quae habet cl. Martinus Jugie cum fructu consuli poterunt, ubi de relatione palamismi ad mysterium Trinitatis sermo fit, [1] et ubi doctrina Palamae Nilique Cabasilae in his, quae ad Trinitatem spectant, generali quadam ratione optime traditur. [2] Quin etiam Gregorio Palamae probabiliter debetur si in opere Nili locum habet theoria illa Georgii Moschabari, quae praepositionem « διά » in testimoniis Patrum, **in quibus** dicitur « Spiritum a Patre *per Filium* (διὰ τοῦ Υἱοῦ) procedere »,

---

[1] M. Jugie, *Theol. Dogmat. Christ. Orient.*, t. II, pp. 238-240.

[2] Ibid., pp. 283-289.

mutat in « μετά » cum genitivo, « σύν », vel « ἅμα », ita ut sensus sit: « Spiritus a Patre *cum Filio*, vel *una, simul cum Filio* procedit ». Haec, inquam, theoria etiam in Nilum promanavit, quemadmodum testantur multa eius operis loca; necnon et alia, quae Nicolao Mesaritae tribuitur, secundum quam vox « ex solo » perinde legitima censetur si generationi Filii applicatur, quae ex solo Patre est, quam si de processione Spiritus Sancti ab eodem Patre dicitur. Difficilius autem dixeris an haec sibi Nilus ex directa horum auctorum lectione comparaverit, quandoquidem si Nicetam Maronensem excipias, quem semel (ni fallor) expresso nomine citat, et praeterea Ioannem Beccum et Sanctum Thomam Aquinatem, quorum testimonia saepius occurrunt, nullum in opere Nili aliorum scriptorum, praeter quam Sanctorum Patrum, nomen invenitur.

At vero cum ipse rigido photianismo addictus habeatur, facile patet ipsum et cognovisse, et in multis eadem argumenta repetiisse, quae iam a celeberrimis photianis scriptoribus tractata inveniebantur. Sic, exempli gratia, ut unum referam Nicolaum Methonensem, si quis perlustraverit opus eius *De processione Spiritus Sancti* contra Latinos, quod per viginti capita syllogismis valde abundans extenditur, [1] fontem quoque indubium pro Nilo Cabasila illud fuisse dicet.

63. Verumtamen cum de Nilo Thessalonicensi agitur, non sufficit ut ad photianos fontes attendamus; in refellendo enim catholico dogmate, ac praesertim in Angelico Doctore confutando, ex aliis quoque rivulis ipse suam argumentationem ebibit. Planum enim est eum etiam scotisticae scholae rationes contra Sanctum Thomam agitasse, idque non solum ad vim illorum perfringendam, sed ad confirmandam quoque separatorum fidem. Undenam autem Nilus rationes illas cognovit? An fortasse ex monacho Calabrensi Barlaamo, qui, nondum catholicus, ante Cabasilam argumenta illa divi Thomae e ratione petita modo quodam simili impugnavit? Probabile id maxime est, ut satis clare erui censeo ex quadam responsione Bessarionis Cardinalis ad caput VII ex syllogisticis Marci Eugenici Ephesini, ubi hunc sic interpellari senties: « Contra eam de distinctione rerum, secundum Thomam,... doctrinam, multi etiam alii ante te bellum susceperunt, ac praesertim Barlaam Calaber et Nilus Cabasilas, ex quibus desumpta sunt etiam quae tu scribis. Attamen multo sapien-

---

[1] Exstat opus in codice (Bibl. Vaticanae) Palatino gr. 409 immediate post opus Nili Cabasilae. Multa huius auctoris refutavit HUGO ETERIANUS in suo opere *De haeresibus Graecorum*, ubi passim per tres libros de NICOLAO METHONENSI sermo est, cuius etiam fragmenta quaedam afferuntur. Cfr. ML 202, 231 ss.

tius illi quam tu et maiori cum studio quaestionem hanc pertractarunt... Quoniam vero sapientissimus Demetrius Cydonius optime sapientissimeque Cabasilae eiusque rationibus respondit et eum sufficienter refutavit, nihil ad rem accommodatum dicentem, *licet post Barlaamum scripserit, et iis, quae ille dixerat, alia a semetipso adiecerit,*[1] solutiones argumentorum, quae nunc profers, qui voluerit ex Cydonii libris quaerat ».

Attamen haec, quae attentionem certe merentur, ut pleniorem tractationem accipiant, ad ulteriores investigationes amandanda sunt. In praesentiarum autem hoc innuisse sufficit.

CAPUT V

Cognitio doctrinae Latinorum in opere Trinitario Nili Cabasilae

64. Quae hucusque pro cognitione operis Nili exposuimus, generalia sunt; multa praeterea in praegrandi volumine obviam nobis venire possent, quae ad completum ipsius studium totidem specialibus dissertationibus egerent. Quamvis ergo his nunc supersedendum sit, aliqua nihilominus per summa capita adiungam, ex quibus merita vel demerita operis tutiori modo iudicari possint.

Profecto merita non exigua Nilum adeptum fuisse, facile cuiquam videbitur ex his quae superius de divisione et collocatione argumentorum adumbravimus; ita ut Cabasilas ceteros fortasse omnes, qui de eadem re contra Latinos scripserunt, ex hoc capite valde superasse censeatur. Illi enim, quantum novisse potui, nullatenus adeo completum quoddam et systematicum doctrinae corpus in tractatibus suis nobis reliquerunt. Quae quidem laus magna est, ut puto; sed accedit praeterea alia, quae in plena et exacta doctrinae catholicae cognitione reponitur. De hac igitur in praesenti capite breviter agendum erit. Primum tamen iudicia quaedam de valore theologico operis a Graecis auctoribus prolata subicere iuvabit.

65. Primum locum, ut par est, obtinet Demetrii Cydonii testimonium, quod, etsi sit aliquantulum longum et inopinatam admirationem cuiquam movere possit, integrum transcribendum est. « Et ecce — ait — adest nunc editum praegrande eius opus contra ipsos [Latinos], cuius inter alia theologicarum rerum periti videant

---

[1] BESSARION, *Responsio ad Marci Eugenici Ephesii capita* (c. VII); MG 161, 193 D - 196 A.

an etiam quidquam rationabiliter ad scopum suum auctor attulerit; ego vero, qui solummodo post mortem illius opus novi (Nilus enim dum viveret non id vulgavit: quibus autem illud ostendebat, omni ope comminabatur cuivis potius quam mihi librum relinquendum fore), carbonem pro thesauro in illo repperi. Nihil enim est, ut existimo, quod vel etiam pueris illud refutare volentibus, difficultatem moveat; novum enim nihil quidquam affertur, quod ab antiquis recedat, sed ipsum aliorum disputationum quasi hereditatem carpit».

«Quemadmodum igitur contra praeterita opus non est armis, ita adversus huius argumenta acrioris pugnae nulla necessitas erit. Quod et ipse videns, se, scilicet, qui eadem ac veteres repetit, eandem refutationem auditurum esse, ex alio capite vim rationibus suis afferendam curavit; ideoque verborum venustati et membrorum periodis et varietate figurarum et mirabilibus enuntiandarum rerum inventionibus, denique attica scripti perpolitione idearum paupertatem suffulsit, et, quod iucundius est, omnia etiam ironiis vel, potius dicam, conviciis exprimere studuit».

«De his igitur iudicium legentibus committo, nisi quod ipsemet fateor nihil fructus ex hac habilitate venustateque linguae fore colligendum: mihi enim solummodo vocabulorum sonitu aures deforis circumimplentur, nihil autem illorum mentem usque pervadit. Neminem praeterea Latinorum fore arbitror, qui illum hominem talibus instructum reformidet; quin risus ipsis forsitan excitabitur, cum virum in praelio non pugnantem vel tela proicientem, sed saltantem, videant. Etenim Nilus, ut videtur, vel totum in vocibus reposuit, earumque incantamentum pro vera persuasione habuit (et ob id ipsum pluris quam vere, eleganter dicere aestimavit), vel putavit pugnam sibi constituendam esse contra hostes auribus solummodo praeditos, eosque Graecos, quos nempe atticis vocibus, velut serpentes cantubus, demulcere speravit. Cum enim adversariis plagas infligere omittat, cavillatur se a propriis audiendum benigne esse, si eos assentationibus prosequatur, velut si Athenis pro atheniensibus peroraret; quod quidem ad propriorum plausus vel maxime sufficit, sed neque hostes, ad aures dimicando, conturbabuntur quidquam, nec profecto ipse formidandi inimici famam exinde reportabit. Nihil enim mirandum erit si quis, quasi magnum quid assequutus, eos suadeat, qui in antecessum persuasi iam sunt et tanquam magistri sibi esse possunt earum rerum, de quibus ipse contionatur; perinde enim est ac si quis, certamen contra adversarium relinquens, terribilitatem patronis causae pulchre ostenderit, seseque victorem evasisse dixerit, si quae ab ipsis probantur, peroraverit».

«Quae quidem (scit Deus) non ad invidiam viri dico. Quomodo

enim ego id facerem, cum pro amore veritatis eos, qui illam mihi revelare poterant, diligentius requisivi quam divites ab egentibus circumveniuntur? vel quo pacto reprehendere benefactorem possem, qui simul et amicus mihi fuit et benevolentissimus magister? ». [1]

66. Haec quidem a prudentissimo viro Demetrio Cydonio dicta sunt; verum oportet adiuncta considerare, ea praesertim, quae ad statum animi scriptoris referuntur, in quibus durum hoc Cabasilae iudicium prolatum esse accidit. Nam quemadmodum claret ex his quae immediate primum scripserat, quaesierat Cydonius a doctissimo Nilo ad sedandas animi sui perturbationes pro vera fide apta consilia, laetitiaque non parva senserat illum operibus Sancti Thomae magnopere delectari; et, quamquam procedente tempore eundem magistrum plane mutatum expertus erat, ita ut ab amplectenda catholica fide se ab ipso fortiter impediri noverit, nunquam sibi in suspicionem venerat amicum Cabasilam versionibus Angelici Doctoris a se peractis eique ad studium commodatis abusurum ita fore, ut illarum ope ad magnum illum contra Aquinatem perficiendum librum, omnibus numeris absolutum, incumberet.

Res tamen facta est. Sed cum, iam catholicus, Demetrius stupore magno opus legerit, nullumque revera argumentum novum invenerit, quod ipse iam pridem in auctoribus ante Nilum florentibus diligentius non fuerit perscrutatus, ac, cum potissimum viderit ratiocinia Sancti Thomae nullatenus vera ratione impugnari potuisse; verecundia simul et dolore correptus est, nullumque praeter elegantis dictionis meritum ipsi attribuit. Quodsi nobilis eius animus gratam magistri memoriam retinere pietatis officium esse non censuisset, duriori profecto contra Nilum invectiva paginas apologiae conversionis suae et opusculum defensionis S. Thomae quod statim edidit, implevisset.

67. Simili quoque ratione de theologica scientia nostri Nili iniucundum protulit testimonium Nicephorus Gregoras, cuius etiam iudicii amaritudinem recordatione circumstantiarum, quibus datum est, pariter temperari debet. Domi enim ex Imperatorum et Synodi placitis velut in carcere inclusus, hominem ad se missum ut ab avita fide ipsum deterreret, favorabili sententia iudicare non potuit.

« Horum — inquit — (id est, eorum qui contra ipsum steterunt) mihi unus fuit ipse [Nilus] Cabasilas, amicorum optimus: id quod,

---

[1] Demetrius Cydonius, *Apologia propriae fidei*, Vat. gr. 1102 fol. 70^v-71^r; (apud I. Mercati, *Notizie ed Appunti*, pp. 392-394).

antequam contigisset, ne in mentem quidem venerat... Quod si quis ut huic malo medeatur et ut reprehensionem aliquantulum minuat, non putet amicum condemnandum, quasi is amore gloriae prolapsus sic corruerit, sed eo quod nec linguam doctrina profana, tanquam firmo fundamento, subnixam haberet, nec sacrorum dogmatum usum sibi comparasset, equidem nihil moror. Multo enim hoc quam illud malim; quoniam hoc, cum sit praeter voluntatem, maioris improbitatis crimine amicum absolvit, et aliquam excusationis umbram utcumque ei tribuit... Ingenio quippe et dicendi copia vir ille iam inde ab initio confisus, eo tanquam diluvio obvios quosque perpetuo inundabat, etiam capiendi cibi immemor. Omnibus itaque doctrinae amoribus hoc fine circumscriptis, cum unum hoc satis esse arbitraretur ad colligendam sibi laudum omnium messem auream, minime curavit illam linguae volubilitatem scientiarum et sacrorum dogmatum usu ornare. Alioqui nullo tempore male ei cessisset: sed et verborum abundantiam, quae plerumque peccat, semper effugisset, nec in barathrum impietatis praeceps nunc corruisset ». [1]

68. Verumtamen haec iudicia, quae Nilum Cabasilam parum ut theologum commendabilem reddunt, post saeculum elapsum valde a Bessarione et a Georgio Scholario benigniora fiunt. Primus enim, ex testimonio ad finem capitis praecedentis adhibito, « multo sapientius et maiori cum studio » Cabasilam pertractasse dixit ea omnia, quae ab ipso Marcus Ephesius mutuatus erat; Georgius Scholarius autem non solum quando etiam ipse doctrinis schismaticorum indulsit, sed etiam quando eundem Marcum Ephesium refutavit, non adeo tenuem de nostro Nilo sententiam protulisse constat.

Nam in prooemio primi tractatus *De Spiritus Sancti processione* Nilum Cabasilam inter praecipuos photiani dogmatis propugnatores collocavit. Ita enim ait: « *Τῶν δὲ ὑστέρων ἁπάντων βέλτιον μὲν καὶ ἱκανώτερον καὶ τῷ μεγέθει τῆς ὕλης ταύτης συμμέτρως, μάλιστα μὲν ὅ τε θεσπέσιος Νεῖλος* [Cabasilas, Thessalonicensis] *καὶ ὁ ἱερὸς Θεοφάνης* [III, Nicaenus Metropolita († 1381)], *μετ᾽ αὐτοὺς δὲ καὶ τῶν ἱερῶν Γρηγορίων οἱ ὁμώνυμοί τε* [2] *καὶ ἀκριβεῖς ὀπαδοὶ συνεγράψαντο* ». [3] Iam, vim huius testimonii perpendere faveas. Cum enim celebres hi viri ponendi ab Scholario censeantur *post* Nilum Cabasilam et Theo-

---

[1] NICEPHORUS GREGORAS, *Byzantinae Historiae*, lib. XXI, c. VII; MG 148, 1300 B-1301 A.

[2] GREGORIUS, scilicet, (sive GEORGIUS) CYPRIUS et GREGORIUS PALAMAS.

[3] Cfr. L. PETIT-SIDÉRIDÈS-JUGIE, *Œuvres complètes de Gennade Scholarios*, t. II, Paris 1929, p. 3, lin. 3-6.

phanem Nicaenum, et in hoc loco de temporis posterioritate evidenter quaestio esse non possit, cum Georgius Cyprius et Palamas *ante* Nilum scripserint, apertum est ex auctoris iudicio Cabasilam operis sui merito illis praeivisse.

In refutatione autem syllogismorum Marci Eugenici idem Scholarius sic scripsit: « Tu etiam, ut ceteros magistros omittam, ... tu, inquam, haud cuncta approbaveris Cabasilae, neque omnibus eodem modo veluti necessitate logica disputatis adhaeseris; imo sunt nonnulla quae praeterire malueris, ut ex magna abundantia dicta (ita enim dicere praestat); sed non propterea et illationem et alias eiusdem rationes spernis, pro quibus etiam vitam profundere paratus es ». [1]

69. Ad nos autem quod attinet, alia ferendi iudicii ratio esse debet, qui tot saeculorum spatio a Nilo Cabasila separamur, quibus proinde impartialitate historicorum propria aliena iudicare plene licet. [2] Itaque animadversiones quasdam generales, quae longa Niliani operis lectio nobis suppeditavit, apponendas nunc censeo, tum sc. eas quae Cabasilae ingenium satis laudant, tum etiam alias, quibus optimae cuiusvis qualitates minus profecto commendantur.

Inter primas vero non infimum locum habere putaverim cognitionem plenam, quam de dogmate catholico Nilus in opere suo manifestat, quippe qui ipsum usque ad ultima consectaria recte expositum in pluribus eius capitibus reddidit. Longum sine dubio esset omnes operis Cabasiliani locos, quibus id ostenditur, recensere; at unus saltem praetermittendus minime est. Perlustrantibus enim vel prima folia codicis nostri, occurrit dissertatio prima ex illis quinque, quibus altera operis pars constare diximus; in eaque non solummodo orthodoxorum, sed etiam Latinorum positio integre affertur. Id autem praesertim obtinet cum « ἐνστάσεις » sive obiectiones adversariorum contra propriam explicationem sibi fingit.

Testimonio Sancti Basilii (ps.-Basilii) incipit Nilus, quod ita se habet: « Generat Deus non ut homo, generat tamen vere...; edit autem Verbum vere ex se ipso. Et Spiritum per os emittit non quasi humano more, cum neque os Dei corporeum sit; ex ipso autem et

---

[1] GEORGIUS SCHOLARIUS, *Refutatio Marci Ephesii*, c. VI; MG 161, 57 B.

[2] Hinc aliquantulum deficere mihi videtur generale iudicium, quod clarissimus Ioannes MERCATI (*Notizie ed Appunti*, p. 138) de Nilo tulit, nimis, ut videtur, affirmationibus Cydonii confidens: « ... e a la fine compose anche, mentre dapprima era un ammiratore fanatico di San Tommaso, una grossa confutazione di esso e delle dottrine dei Latini, *misera nella sostanza* ma letterariamente accurata, che Demetrio conobbe dopo la morte dell'uomo ».

Spiritus, non aliunde... ». [1] Particulam vero « non aliunde » contorquet Nilus ut ad Filium referatur; sed obiectio Latinorum, quam statim apponit, quamque, ut erat exspectandum, ipse reicit, rectam explicationem praebet, nempe: id dictum esse ne haeretici inter creaturas Spiritum Sanctum collocarent. [2] In mediam deinde de duobus principiis praecipuam difficultatem ruit, et iterum Cabasilas veram Latinorum doctrinam non abscondit. Inde vivida cum adversario concertatio ponitur, qualis tunc temporis Latinophrones inter et photianos vel etiam palamitas saepius agitabatur. *Cabasilas*: si principium esse esset proprium Patris et Filii, duo prorsus principia divinitatis haberentur, quemadmodum duo habentur principiata, quia principium habere duabus Personis commune est. – *Latini*: duo principiata sunt, quia habere principium « diversimode » Filio et Spiritui convenit; unum vero principium, eo quod « eodem modo » Patri Filioque competat. Sequentibus vero obiectionibus magis magisque doctrina catholica declaratur et hac ratione tandem Nilus scit unitatem principii ex eo peti, quod Filius acceptum a Patre habeat principium esse Spiritus Sancti.

Neque desunt pro sententia Latinorum verba Sancti Thomae ab ipso citata: « Possumus dicere quod Pater et Filius sunt duo spirantes propter pluralitatem suppositorum, non autem duo spiratores propter unam spirationem ». [3] Verumtamen quoniam Nili responsio satisfacere non videtur, eandem instantiam repetunt Latini: idcirco quod una sit in ambobus spirativa virtus, unum omnino principium efficiunt Pater et Filius, unus enim Spirator habetur. [4]

Quid plura? Difficultati Nilo est quod spiratio aliquid personale sonat, ideoque unam personam Pater et Filius constituere dicendi sunt, si communis illorum spiratio admittitur. « Etenim — ait — quaenam ratio est ut, cum Pater et Filius unus aeternus vel bonus dicuntur et similiter de aliis essentialiter ipsis convenientibus, necessarium sit etiam identitatem naturalem inter Personas statuere; cum autem unum Spiratorem vel unum principium vel causam unam Spiritus Sancti Patrem Filiumque nominamus (et haec personalia sunt), non eodem modo sequatur personalis identitas? » [5] Et duplex

---

[1] Ps.-Basilius, *Lib. V contra Eunomium*; MG 29, 736 B.

[2] Fol. 49r: « *Εἰ δὲ λέγοιεν· ἀλλ' οἱ τῷ Πνεύματι τῷ 'Αγίῳ πολεμοῦντες κτίσμα τὸ Πνεῦμα ᾤοντο, καὶ διατοῦτο τοῦτ' εἴρηκεν ὁ θεῖος Βασίλειος, — μάταιος ὁ λόγος...* ».

[3] Cfr. *Summ. Theol.*, I, q. XXXVI, art. IV, ad 7um.

[4] Cfr. pro his fol. 52v-53v.

[5] Cfr. fol. 56r. (Notes, quaeso, hic et in sequentibus intactam in versione me relinquere Graecorum terminologiam, qua causam et causatum in divinis ponunt, dum Latini de origine et originato vel principio et principiato loquuntur).

adest Latinorum responsio. Alia quidem indirecta, sed qua non parvum adversariis fundamentum aufertur: « Eisdem retibus et ipsi Graeci videntur implicari; principiatum enim, quamquam et ipsum personale est, commune tamen Spiritui Filioque esse autumant », et nihilominus rectam inter Personas distinctionem intercedere non infitiantur. Directa vero responsio illa est: « Nos non simpliciter spirativam virtutem personale nomen appellamus, sed cum addito aliquo personalem eam dicimus: duabus, videlicet, Personis convenientem ». [1] Sed hoc, ut patet, ceu si esset causae praeiudicium, a Cabasila reicitur.

70. Perspicua pariter dogmatis latini perceptio habetur in eadem hac prima dissertatione ad finem vergente, cum nempe Cabasilas aliud doctrinae suae fundamentum proponens, Patrem « proprie » (*κυρίως*) principium esse ait, quia non est principiatus; Spiritum autem « proprie » principiatum, ipse enim principium non est; Filium vero cum « proprie » etiam et ipse principiatus esse debeat, Spiritus Sancti principium esse non posse, tunc enim « proprie » principiatus non diceretur. Rem igitur confirmare studet, et quidem verbis divi Cyrilli, immutabilitatem divinarum Personarum ostendentibus; [2] quibus positis, argumentum sic educit: « Quae si vera sunt, rationabilia etiam nos dicere videmur. Nam quemadmodum Pater cum mutationis alterationisque expers sit, causa semper manet, et in causatum non mutatur, ita et qui ex ipso progreditur, permanet id quod est, scilicet, causatus; etiam hac ratione in se ostendens immutabilitatem Patris. Non ergo et causa Filius est, sed causatus solummodo; quodsi et causa esset, alteratio quaedam mutatioque in eo esset admittenda. Verumtamen id absurdum: Unigenitus enim Deus est, ' apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio ', sicut Scriptura dicit ». [3]

At obiciunt *Latini*: « Filius utrumque ' proprie ' habet, quandoquidem non in idem feruntur causatus et causa, sed ad aliud quidem causa refertur, ad aliud vero causatus ». [4] Haec tamen responsio inepta *Nilo* videtur quoquomodo, et sic iterum verba Sancti Cyrilli repetens, subtiliter arguere pergit. Alexandrinus namque doctor haec protulerat: « Nemo mentis compos dixerit dissimilem

---

[1] Ibidem.

[2] Cfr. CYRILLUS ALEXANDRINUS, *Thesaurus de sancta et consubstantiali Trinitate*, in Assertione XIII; MG 75, 208 B.

[3] Fol. 63v. (Cfr. IAC., I, 17).

[4] Fol. 64r.

Patri Filium videri eam ob causam, quod ipse vicissim non genuit, neque filii pater factus sit ». *Cabasilas* vero concludit: « Non dixit, siquidem ipse non generavit Patrem, sed quod non filii factus sit pater, in aliud et aliud differentiam relationis referendo ». Verumtamen *Latini* rem adhuc magis constringunt: « Filius — aiunt — ' proprie ' causatus est, at tanquam genitus; non vero et ipse pater est, sed Productor ».[1] Quamvis autem ne hoc quidem pacto res pro Cabasila clarescere videatur, tamen vel ex solis his, quae adduximus, optime ipsum cognovisse Latinorum positionis vim denegare non licebit.[2]

71. Sed adhuc ex alio capite ostendere possumus Nilum Thessalonicensem Trinitarium Ecclesiae Catholicae dogma apprime intellexisse. Eius enim proprium est eas Latinorum obiectiones maxime tractare, quae veram tum Conciliorum tum Patrum expositionem attingunt. Unum alterumve documentum solummodo proferam.

Ac primum quidem de altera secundae partis dissertatione sermo sit, quae tota fere in discutiendis pseudo-Dionysii textibus immoratur. Revera horum auctoritas pro Nilo tanta est, ut eos velut alteram Scripturam sacram, sicut conceptis verbis sese exprimit, indubitanter veneretur.[3] Postquam autem locos quosdam Areopagitae commemoravit,[4] ad folium 72^{r} quandam veluti « *ἀνακεφαλαίωσιν* » expositorum instituit, in qua haec leguntur: « Insuper Latini quidem... in fontalitate Patrem et Filium coniungunt, cum ex Patre Filioque, velut ex uno fonte, Spiritum Sanctum procedere asserant; qui autem divina oracula ex ore Apostolorum immediate receperunt [Dionysius et Hierotheus] et scriptorum suorum vim ab eisdem didicerunt, quique ea, quae ad Apostolos pertinent, cum ipsis Apostolis meditati sunt, per fontem discernunt Patrem et Filium. Et certe Latini fontem divinitatis Filium quoque dicunt, attamen illi Patrem solummodo [fontem esse] noverunt. Adhuc, Latini distinctionem illam, secundum quam Filius a Spiritu discriminatur per causam et quod ex ipsa est, in Scripturis vel maxime contineri dicunt; hi vero promittentes perfectum modum divinae unionis et distinctionis proponere, et servare quae in Scripturis sunt sine multiplicatione vel

---

[1] Fol. 64^{r} et s.

[2] Eiusdem opinionis participem sese praebet M. JUGIE (*Theol. Dogmat. Christ. Orient.*, t. II, p. 387) cum ita scribit: « Hoc laudi Nili dandum, quod argumenta Latinorum bene cognoscit ».

[3] Cfr. fol. 73^{r}: « *Ὅτι δὲ ὡς δεύτερα λόγια τὰ ἐκείνων* (Dionysii sc. et Hierothei) *τῇ Ἐκκλησίᾳ νομίζεται, οὐδὲ ἔστιν ἀντιλέγειν* ».

[4] Fol. 65^{v} et ss.

diminutione vel alteratione, necnon et singula perspicue et ordinate enarrare, et discernere omnia, solum Patrem deitatis fontem esse dixerunt et nullatenus per causam et quod ex ipsa est Filium a Spiritu separarunt, ac proinde manifestum est non eo modo ipsos Scripturas cognovisse, vel ab Apostolis audivisse, quo Latini eas excipiunt. Imo, Latini quidem non in diversa [ex Patre] progrediendi ratione Filium et Spiritum distinguunt, imperfectam enim hanc esse distinctionem affirmant, et nequaquam aptam ad congruam divinarum Personarum distinctionem. Illi vero et valde sufficientem ipsam iudicant (separant enim Filium a Spiritu per diversam processionem), et ratiocinium suum concludendo inferunt: ' Vicissim nos ita res divinas sermone coniungere et distinguere satagimus, prout nimirum ipsae in se vel unitae sunt vel distinctae '.[1] Sic igitur Latini bellum implacabile contra apostolicas traditiones excitare voluerunt ».[2]

Dolet profecto hanc tandem conclusionem audire, etsi probe sciret Nilus etiam Sanctum Thomam non semel Areopagitam pro catholica veritate reclamasse. Saltem enim considerare debuit posse etiam Latinorum modo ps.-Dionysium explicari, quemadmodum ipse Demetrius Cydonius, nondum catholicus, eandem rem in mirabili illa ad Barlaamum epistula exposuerat.[3] Maluit tamen Nilus Areopagitam et Latinos antithetice repraesentare, quamtumvis horum explicationem apprime calleret. Ait enim: « Quid autem ad haec obiciunt Latini? Non cogunt — inquiunt — quanta ex tractatibus divi Dionysii colliguntur, ut conicere valeamus Spiritum Sanctum ex Filio non procedere. Nam, primo quidem, cum dicitur Pater solus fons divinitatis esse, ad Filium solum refertur, non autem ad Spiritum; velut si quis dicat: solus Pater fons Filii. Et hoc patet ex eo quod ibi Patrem ' theogoniam ' vocat, et, solum fontem divinitatis ipsum dicens, addit: cum Filius non sit Pater, neque Pater Filius. Deinde, si quis etiam ad Spiritum referre loquutionem conaretur, illam, scilicet, qua solus divinitatis fons Pater edicitur, sciat ita fontem divinitatis Filii et Spiritus Sancti Patrem solum esse, ut amborum simul et communiter duorum causantem solum, non quidem solum alterutrius; neque enim solus Pater Spiritum causat, sed Filius quoque. Tertio: potest etiam hoc modo solus fons divinitatis Pater dici, quod Pater fons quidem est, at non ex fonte; Filius autem

---

[1] Cfr. Ps.-Dionysius, *De divinis Nominibus* II § 6; MG 3, 644 CD.

[2] Fol. 72ʳ-72ᵛ.

[3] Cfr. Demetrius Cydonius, *Epist. ad Barlaamum*; MG 151, 1294 CD-1295 AB.

fons quoque est, sed simul ex fonte. Si igitur admittitur tot modis solum fontem divinitatis Patrem intelligi et nullum esse impedimentum ut etiam Filius fons divinitatis esse putetur, non oportet ut ex his, qui veritatis studiosi sunt, alii quidem recusentur, ille vero necessario praeferatur, qui Filium privat maxima re, quam a Patre acceptam refert. Id enim minime licet ». [1]

72. Re quidem vera multa huiuscemodi adiungi possent, si examen uniuscuiusque fere paginae operis Nili institueretur, quibus genuina Conciliorum et Doctorum Ecclesiae mens patefieret etiam ex iis, quae a Latinis, secundum ipsum, obiciuntur. Quin imo adeo catholici dogmatis claram perceptionem Cabasilas possidere videtur, ut, cum aegre non semel sese difficultatibus expedire valeat, nullo alio modo illae ab ipso refellantur nisi indirecte et cum petitione principii, id est, thesim suam a priori traditioni consentaneam declarando, et asserendo adversus traditionem hanc Latinorum doctrinam ex diametro collocatam esse.

Haec quidem saepius habentur; aliquando autem ita praeiudicatae veritati photianae positionis Nilus tenaciter adhaeret, ut etiam ius plura contra ipsam afferendi adversariis adimat. Rem exemplo monstrabo. Argumentum ducunt Latini ex eo quod in sacris Litteris Spiritus Sanctus Spiritus Filii nominetur. Totus ille est ut ostendat verba illa (quae recusare non potest), ad declarandam solum consubstantialitatem divinarum Personarum et prolata, et sic etiam Doctoribus Ecclesiae indesinenter intellecta fuisse. Multa autem tam pro assertione sua ex separatorum castris, quam contra ipsam ex Latinis deprompta congessit. Sed tandem horum difficiliori cuidam interrogationi hac mira ratione responsio datur, quae potius evasio fit: « Quodsi ita dicunt: si propter consubstantialitatem et communionem in natura Spiritus Sanctus Spiritus Filii nominatur, et quae sic habentur necessario convertuntur, cur nefas est vicissim affirmare etiam Filium Spiritus [Sancti] esse? — haec, inquam, si dicerent, ita responderemus: Latinos quidem quas hucusque protulimus interpretationes admittere necessario debere, utpote quae communem Ecclesiae mentem manifestent; nos vero ad illorum difficultates solvendas nullatenus adstringi, non enim sunt rationes illae contra nos, neque ipsi ad nos tanquam discendi cupidi veniunt, sed ad disputandum vel, potius dicam, ad docendum ». [2] Ius quidem arguendi adversariis tollitur; vis autem obiectionis Nilum minime

[1] Fol. 74v.
[2] Fol. 178r in solutione ad caput septimum Latinorum.

latet, ideoque in reliquis, quae caput 7 perficiunt, ulterior solutio quaeritur, ut ad solam Filii et Spiritus consubstantialitatem verba illa Scripturae referenda esse demonstrentur.

73. Denique, ne diutius in his immoremur, satis est, ut opinor, ad locupletem magnamque argumentorum seriem, quae refutanda sibi Nilus proposuit, oculos convertere, ut plane confiteamur ipsum dogmatis catholicorum peritissimum fuisse: etenim capita illa quadraginta et novem ita revera integram Latinorum Trinitariam doctrinam complectuntur, ut ne unum quidem argumentum ante Cabasilam vel eius tempore agitatum facile adduci possit, quod aut non sit unum ex his, quae ipse collegit, aut sub aliquo eorum computari nequeat. Quae quidem conclusio pro nobis potissima est, nam illa ducti fortasse non fallimur, si Cabasilam nostrum longe prae ceteris, qui ante ipsum floruerunt, eminere iudicamus; Nilus enim tam amplitudine tractationis, quam rerum ubertate reliquos superare videtur.

Quibus sic expositis, ad analysim postremorum argumentorum huius operis instituendam gressum iam facimus; scilicet eam partem tractabimus, quae praecipue a Nilo contra S. Thomam est exarata, et cuius nunc primum editio fit. [1]

---

[1] Si editio completa operis Cabasiliani facienda esset, locum haberet etiam disquisitio *de SS. Patrum Conciliorumque usu*, quem Nilus ad Latinos evertendos fecit. Quae enim de his ipse tractavit, digna sunt quae attentius excipiantur. Tamen in his, quae directe contra syllogismos Aquinatis disseruit, maiorem originalitatem prae se fert. - Dum nondum studium illud instituitur, consulantur oportet cum fructu ea quae M. Jugie innuit (*Theol. Dogmat. Christ. Orient.*, t. II, pp. 387-389).

TERTIA PARS

ARGUMENTORUM RATIONIS SANCTI THOMAE NILIANA IMPUGNATIO

PROOEMIUM

De valore syllogismorum apud Nilum Cabasilam

> « Intellectus noster res divinas nominat, non secundum modum earum, quia sic eas cognoscere non potest, sed secundum modum in rebus creatis inventum ».
>
> (S. THOMAS, *Summa Theologica*, I, q. XXXIX, a. II, in corpore).

> « Secundo loco arguitur rationibus. Quae quidem non simpliciter demonstrant, sed ostendunt oportere Spiritum Sanctum a Filio procedere, supposita divinarum Personarum Trinitate ».
>
> (*Comment.* FERRARIENSIS *in Summam contra Gentiles*, l. IV, c. XXIV. Editio Leonina, t. XV, p. 94).

74. Veniamus igitur ad capita syllogistica Latinorum, quae scandalum maximum Cabasilae pepererunt. « Incipit autem — ait Demetrius Cydonius — quasi suppetentibus viribus et valde superbe adversus hunc virum [S. Thomam] impugnatio. Etenim priusquam singillatim unamquamque rationem excutiat, contra naturam ipsam syllogismorum manus inserere tentat, adeo ut neque consuetam humanitatem, quae prooemia decet, ostendere patiatur. Omnes enim cum ad certamen accinguntur contra adversarios, terribiliores fiunt; at saltem initio pugnae mitiori modo verba componunt. Nilus vero hic subito ait syllogisticis rationibus tantum roboris ad res divinas ostendendas inesse, quantum caecis fuisset, si de coloribus iudicare vellent ».[1] Quae quidem Cydoniana verba ad initium introductionis referuntur, quam Thessalonicensis impugnationi rationum Sancti

---

[1] DEMETRIUS CYDONIUS, *Apologia S. Thomae;* codex Vat. gr. 614 fol. 110ᵛ.

Thomae praemittit, et cuius scopus sat evidenter ex primis iam verbis declaratur.

75. Igitur de hoc prooemio quaedam etiam nobis notanda occurrunt. Ac primum quidem quoad eius dispositionem. Perpenduntur primo loco viginti et quattuor argumenta, quae numeris appositis in exteriori margine manuscripti Vaticani indicantur, ex quibus titulum huius prooemii iustificare Cabasilas vult: « Latinos non posse ope syllogismorum processionem Spiritus Sancti ex Filio demonstrare ». [1] Ad hoc primo loco argumenta quinque ex Scripturis depromit, quibus potissimum verba Sancti Pauli recensentur, cum se non in sapientia hominum divina loqui, sed in doctrina Spiritus ad Corinthios aiebat. Tum duas alias conficit rationes ex dictis pseudo-Dionysii, quem, ut superius vidimus, immediatum Apostolorum successorem esse non dubitat. Dionysius nempe ait minime audendum esse vel dicere vel cogitare de divinis praeter ea, quae in sacris oraculis divinitus indicata sunt, necnon et impervia esse vel sublimissimorum Angelorum captui etiam ea, quae clariora sunt inter illa, quae de Deo dicuntur. [2]

Accedunt praeterea quattuor Patrum testimonia, quorum duo ad Basilium pertinent, in quibus fidem, non demonstrationem praerequiri asserit ad res divinas enarrandas. [3] Altera sunt Nazianzeni atque Chrysostomi, qui, infirmitate ratiocinii humani posthabita, ut adversarios vincant, ad Scripturas confugiunt. [4] « Quae cum ita sint — educit pro conclusione Cabasilas —, ea quae in theologia christiana antiquissima et fundamentalia sunt, qualia censentur Deum Unum Trinumque esse, et primam causam esse ingenitam, alteram vero Personam generari, tertiam autem procedere; haec, inquam, necesse est tanquam primarum propositionum principia sine inquisitione supponantur. Cum autem impossibile sit primarum propositionum demonstrationem quaerere, sicut theologo placet, quomodo non absurda meditabitur ille, qui ad investigandas res, de quibus nunc quaerimus, spem suam in syllogismis collocat? » [5]

---

[1] Fol. 273^v: « *Ὅτι οὐκ ἔστι Λατίνοις, συλλογισμοῖς χρωμένοις, ἀποδεῖξαι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεούομενον* ». (Citationes, quae deinceps solo numero folii adducuntur, pertinent ad illam partem operis Nili, cuius editio nunc fit ex cod. Vat. gr. 1117).

[2] Fol. 275^r (n. 7). – Refertur numerus *marginalis* textui appositus, et sic deinceps.

[3] Fol. 275^v-276^r (nn. 8 et 10).

[4] Fol. 275^v (n. 9).

[5] Fol. 276^r (n. 11).

76. Attamen haec conclusio deviam Nili, ut ipse arbitror, positionem respectu syllogismorum patefacit. Non enim Latini illis utuntur ad primarum propositionum demonstrationem quaerendam, quae fide donatur, cum edocemur Deum esse Trinum, sed ut declarent intelligi non posse ea, quae in sacris Litteris de Spiritu Sancto agunt, nisi eiusdem processio non solum ex Patre, sed etiam ex Filio haberi asseratur. Equidem valde miror clarissimum Cabasilae ingenium haec non ita perspexisse, praesertim cum locos bene multos Sancti Thomae statim proferat, quibus humana ratio impos ad multa divinarum rerum attingenda dicitur. Sic enim arguere debuisset: eandem Thomas sententiam de humanis rationibus habet ac illam, quam Patres exposuerunt, eodemque circa illas sensu abundat ac Paulus et Dionysius abundabant; ergo cum illas adhibuit, similibus ductus rationibus id fecisse dicendus est, ac fecerunt Patres, qui etiam syllogismos pro rebus divinis adhibuerunt. Hoc autem ratiocinium Cabasilas minime fecit, sed Sanctum Thomam veluti secum ipso pugnantem sibique contradicentem ostendere maluit.

Reliqua enim tredecim ex auctoritate argumenta, quae ad reiciendos syllogismos instituit, ex multiplicibus locis operum ipsius Sancti Thomae conflavit; maximeque exsultat cum adducit Angelicum Doctorem proferentem quaedam esse, ut mysterium Trinitatis, quae omnino vim humanae rationis excedunt; [1] vel humanam mentem adeo debilem esse, ut etiam in possessione illarum veritatum, ad quas pervius ipsi aditus est, nonnisi pauci et post longum inquisitionis tempus quiescere possint; [2] quin imo, sacram fidei doctrinam rationibus tanquam argumentis extraneis ac probabilibus uti, quippe quae revelationi Apostolis et Prophetis factae innititur. [3] Dum haec autem exponuntur, saepe saepius eadem conclusio iteratur, at vividioribus coloribus semper expressa, ut est illud: «Quomodo non clarissima insania reputabitur et contra Deum implacabile bellum et christianae religionis eversio, si ea, quae plane humanum ratiocinium praetergrediuntur et nonnisi revelatione divina a Deo hominibus traduntur, adeo vilia existimantur ac veluti flocci fiunt, ut humanis ratiociniis implicari possint? ». [4]

77. Procedente vero discursu syllogismos in demonstrativos, dialecticos et sophisticos dividit, ipsorumque naturam, adductis Ari-

---

[1] Fol. 276v (n. 13).
[2] Fol. 277r (n. 14).
[3] Fol. 278r (n. 18).
[4] Fol. 277v (n. 16).

stotelis et Sancti Thomae testimoniis, diutius examinat, ut iidem impares omnino esse ad id, quod quaeritur, ostendantur; ad finem etiam ad modum conclusionis (sed quaestionem, ut assolet, praeoccupando) multiplices causas iactat Cabasilas cur syllogismis valedicendum sit: « Qua de causa? quia accidit ut multa e fundamentis in theologia admissis e medio tollantur, si Filius Productor Spiritus iudicetur; quia validius quam per demonstrationem aures apostolicis traditionibus praebemus...; quia invenimus Oecumenicas Synodos ex Filio Spiritum procedere non credidisse...; praesertim quia supra humanam intelligentiam hoc problema positum esse censemus... Sed illud addam quoque: quia nullus ex syllogismis Latinorum hucusque traditis potest ostendi, qui ambas praemissas ex oraculis Scripturarum sumat... Sed quod est maximum, quia paventes audimus voluntatem Christi non esse ut mysterium fidei in sapientia verbi praedicetur ».[1]

Suam deinde methodum hucusque servatam, quasi difficultatem praeveniens, breviter exponit. Se, Nilum, nullatenus syllogismis indulsisse, ut e solo Patre Spiritum esse probaret, sed econtra « aut, supposita adversariorum conclusione, illa quae plane necessario inde consequerentur investigavimus... — ait —, aut, cum ex traditionibus apostolicis... praesto nobis esset id, quod quaerebamus..., ad ulteriora procurrimus, simulque ea omnia, quae ab adversariis excogitata sunt, cum sacras Litteras interpretarentur, solvenda curavimus, ostendendo perperam illorum exegesim factam esse. Quodsi quandoque accidit ut nos quoque syllogistice sermones composuerimus, id claritatis ergo factum est..., vel cum axioma contradictionis adhibebamus, ita ut ne illis quidem, qui ad contradicendum valde propensi forent, quidquam opponere liceret ».[2] Haec tamen aequo animo Nilus proferre non poterat. « Obliviscebatur, ut videtur — ait Cydonius —, syllogismorum quibus quam maxime in his, quae praecesserunt, usus est, paralogismos et sophismata valde intermiscens, cum fere nihil ibi sine fraude fuerit loquutus; adeo ut videatur Thomas quidem impediri quominus in rebus divinis ratiocinium adhibeat, ipsi autem etiam paralogismorum usus licitus esse ».[3]

Re quidem vera obliviscebatur Cabasilas, cum illa diceret, non solum indolis disputationum Latinos inter et Graecos, quae, sicut ex epistula Cydonii ad Barlaamum eruitur,[4] locum etiam dabant

---

[1] Fol. 282ʳ (nn. 31-33).

[2] Fol. 283ʳ-283ᵛ (n. 36).

[3] Demetrius Cydonius, *Apologia Sancti Thomae*, cod. Vat. gr. 614 fol. 110ᵛ.

[4] *Epistula* Demetrii Cydonii *ad Barlaamum*; MG 151, 1296-97, ubi duo separatorum syllogismi producuntur.

syllogisticis rationibus, sed etiam modi, quo Auctores fere omnes, qui ante ipsum de processione Spiritus Sancti scriptis decertarunt, argumenta sua maxima ex parte ex ratione, Photium sequuti, disponebant. Numquid e Cabasilae memoria excidere potuerunt syllogistica argumenta Nicolai Methonensis a Becco refutata,[1] quattuorque capita syllogistica contra Latinos Maximi Planudis, cuius impugnatores exstiterunt Georgius Metochita, laborum Ioannis Becci aemulator et particeps,[2] et post tempora Cabasilae Bessarion Nicaenus Cardinalis?[3]

At de facto tamen in opere Nili horum vestigia deprehenduntur, quemadmodum etiam Gregorii Palamae, qui non pauca fulcimenta novarum eius doctrinarum e syllogismis carpsit. Verum Nilus diversa lance pensare videtur argumentorum suorum et Latinorum pondus, cum ratiociniis, quae photianam positionem roborant, etiam necessitatis vim attribuat, contrariis vero ne probabilitatem quidem concedat; sed non raro fit ut vim illorum effugere nequeat, nisi re ad absurdum revocata, vel asserendo pugnam eorumdem cum Scripturae vel Patrum sententiis, quae quidem omnes separatorum dogmati favere a priori dicuntur.

78. Nihil igitur Latini syllogismis conficere poterunt, cum in theologia locum abhere non debeant; ac proinde reiciendae pariter sunt, sicut eas reapse Nilus reicit, quaecumque rationes ad defendendos syllogismos adducuntur. Septem videlicet enumerat in his, quae sequuntur, Cabasilas, quarum cognitio plurimum iuvare videtur ad rectam Latinorum positionem eruendam in frequentissimis illorum temporum religiosis concertationibus. Quae quidem sic efferri possunt: multa in theologia habentur, quae non explicite et immediate in sacris Litteris referuntur, quarum veritas cognosci non potest, nisi ipsas in Scripturis inclusas esse dicamus ope ratiocinii (*instantia prima*);[4] quapropter recta demonstratio est non solum cum utraque praemissa ex Scripturis sumitur, sed etiam cum alterutra ex principiis luminis naturalis derivatur (*instantia altera*); neque necesse est ut semper demonstratio ex causis et prioribus effluat, quemadmodum ipse Aristoteles concedit, id enim in divinis irrationale esset, cum ratio praeire fidei nequeat (*instantia tertia*). Quae cum ita sint,

---

[1] IOANNES BECCUS, *De Unione Ecclesiarum*; MG 141, 127-150.

[2] GEORGIUS METOCHITA, *Refutatio trium capitum*...; MG 141, 1275-1308.

[3] P. ARCUDIUS, *Opuscula aurea Theologica*, pp. 615-629; opus exstat quoque in MG 161, 309-318. (Quattuor hic capita recensentur, sed apud GEORGIUM METOCHITAM tria solummodo inveniuntur).

[4] Fol. 283v-284r (n. 37). (Ibidem etiam sex reliquae instantiae reperientur)

ratiocinia quibus divina cognoscimus recte demonstrationes appellantur: nam etsi nulla sint ita cum Deo communia, ut eorum cum ipso univoca praedicatio habeatur, tamen quae de Deo, supposito fidei fundamento, ope ratiocinii deducuntur, vera sunt, non probabilia solum (*instantiae quarta et quinta*), cum potissimum syllogismus non essentiam ipsam rei attingat, id est, in casu nostro, ineffabilem illum processionis modum, quo Spiritus Sanctus ex Patre Filioque tanquam ab uno principio prodit (quandoquidem natura mysterii, etiam exsistentia ipsius per revelationem cognita, impervia creatis mentibus perseverat); sed declarationem quandam seu ostensionem quod factum ipsum processionis ab utroque in revelatione continetur (*instantia sexta*). Unde (*septima instantia*) nihil mirum si hac ratione saepissime Patres syllogisticis demonstrationibus divina tractarunt.

« Latini quidem res huiusmodi proloquuntur — ait Nilus —; quod autem veritati conformes rationes ipsorum non sint, attendere pretium erit ».[1] Singulas autem instantias prolixa rationum serie evertere conatur; sed brevitatis causa, duas solummodo commemorabimus, quibus praecipue apparet Nilum nostrum de proprie dictis demonstrationibus sermonem intexere, cum id prorsus a mente Latinorum et Sancti Thomae longe positum sit.

79. Concedit quidem adversarius syllogismum, cuius utraque praemissa ex Scriptura sumeretur, plurimi aestimandum fore, adeo ut ipse sufficiens esset in quaestione de Spiritu Sancto ad pacem Ecclesiarum deperditam restituendam;[2] nullo autem modo patitur, ad rem hanc divinam declarandam, praemissam ex Scriptura haustam cum alia veritatis solummodo naturalis commisceri. Scientia enim theologica sub nulla alia constituta est, nec quidquam cum aliis commune habet, siquidem reliquae rationem famulatus erga ipsam servant; unde nullum inveniemus demonstrationis principium, quod ipsi aliisque scientiis accommodari possit.

Verumtamen si Latini aiunt communia quaedam Deum inter et res naturales per analogiam haberi, et ex illis recte demonstrationem progredi posse, id non admittitur a Cabasila, pro quo « idem valet et praedicationem univoce non procedere, et demonstrationem radicitus tolli, cum prorsus illud ad demonstrationis naturam requiratur ».[3] Quae cum ita sint, duae sine dubio in aestimandis

---

[1] Fol. 284r (n. 38).
[2] Fol. 284v (n. 39).
[3] Fol. 287v (n. 46).

syllogismis Latinorum diversae rationes inveniuntur: altera pro Nilo Cabasila, qui eos oppugnavit tanquam si pro veris demonstrationibus ponerentur, unde inutilis, ut recte concludit, fides evaderet; pro Latinis et Sancto Thoma altera, ex quorum iudicio lato sensu ut demonstrationes accipiuntur, solum, scilicet, velut praesuppositae fidei declarationes.

Illud vero maximopere mihi admirationem movet acutissimum hominem rectam Doctoris Angelici mentem non attigisse (ne dicamus noluisse attingere), cum tamen hoc ipso in loco quaedam ex Summa contra Gentiles desumpta afferat, ex quibus vera Sancti Thomae positio plena luce refulget: « Res quidem sensibiles — inquit Aquinas —, ex quibus humana ratio cognitionis principium sumit, aliquale vestigium in se divinae imitationis retinent, ita tamen imperfectum, quod ad declarandam ipsius Dei substantiam omnino insufficiens invenitur ». « Utile tamen est — pergit in eodem capitulo — ut in huiusmodi rationibus, quantumcumque debilibus, se mens humana exerceat, dummodo desit comprehendendi vel demonstrandi praesumptio ». [1] Quare autem factum est ut Nilus haec et alia, quae ex Angelico superius posuerat, solummodo adduceret eo fine, ut ad confirmandam rem a nemine controversam, imbecillitatem, inquam, humanae rationis, etiam latinae theologiae ducem ut maximum argumentum proferre posset, non vero illud attenderet, quod nempe citationibus illis omnis argumentationis suae vis eriperetur? Etenim vel secum ipso Thomas aperte pugnavit (quod, ni fallor, nunquam explicite Cabasilas dixit), vel syllogisticas argumentationes ad declarandum mysterium Spiritus Sancti recte adhibuit, qui probe sciebat se non strictissimam demonstrationem, quae ex prioribus et causis esset, instituere. Sed, videlicet, fortissimas rationes Sancti Thomae superandi alia via ipsi non fuit, quam fundamentum ipsum syllogismorum evertere, etiamsi ad hoc rectitudo positionis latinae miserandum in modum deturpanda foret.

80. Ut autem id assequatur, id est, ut syllogismos in rebus divinis omni prorsus vi destitutos esse ostendat, idcirco etiam praedictam divinarum humanarumque praemissarum coniunctionem in ipsis efformandis repudiat, quia etsi eaedem veritate polleant, nondum tamen necessario modo ex ipsis veritas conclusionis splendescere autumat.

Audiamus, si placet, ipsum duobus miris syllogismis id ostendentem: « Etenim — ait — si quis ita dicat: Pater et Filius et Spiritus

---

[1] Fol. 288^r (n. 47). (Cfr. *Summa contra Gentiles*, lib. I, c. VIII).

Sanctus tres hypostases sunt; tres vero hypostases semper et ubique in naturalibus tres sunt etiam partiales essentiae; id quod inde consequitur veritatem habere declara tu ipse, verumtamen non longe haec ab Arii deliramentis collocabuntur. Similiter quoque: Pater et Filius duae hypostases sunt, altera generans, altera generata; atqui ubi in naturalibus duae huiuscemodi hypostases inveniuntur, earum generatio non sine passione aut corruptione nec sine corpore fit. Verum enim vero huius ratiocinii conclusio aegre christianis auribus toleranda censetur. Quare? nonne revera praemissae utriusque syllogismi alia ex Scriptura, minor scilicet, alia vero, maior, ex topicis naturalibus principia sua mutuatae sunt, atque ita sunt verae, ut eaedem a nemine oppugnentur? »[1] Sed profecto cum haec diceret, vitium argumentationis animadvertere noluisse videtur, quandoquidem perspicuum est terminum medium in illis syllogismis uni solummodo extremorum convenire, quales sine dubio Latinorum argumentationes, ac potissimum Sancti Thomae, non fuerant.

81. Legentibus planum est reliqua omnia, quae Nilus ad refutandas Latinorum obiectiones affert, exinde quoque promanare, quod vim horum syllogismorum non declarativam tantum, sed proprie demonstrativam esse voluit. At profecto eandem regulam pro his adhibere debuit, quam pro defendendis Patribus adhibet in responsione ad septimam Latinorum instantiam, qui pro se doctorum Ecclesiae exemplum invocabant.

Neque enim negare Nilus potest saepissime Patres syllogismis usos esse; verum « oportet — ait — non perspicere solummodo rem, sed etiam attendere quandonam, vel contra quos ipsi scripserint, vel quam de his rebus notionem haberent ». [2] Quodsi, his perspectis, Patres non culpat, inculpatos etiam Latinos relinquat, qui eisdem ac illi armis utuntur. Parem enim ac illi de syllogismorum valore in theologia sententiam habebant, quemadmodum Nazianzeni loca hic citata [3] et alia, quae etiam ex Thoma depromuntur, [4] abunde demonstrant. Qua enim de causa contra Latinos eorumque ducem Aquinatem illa ipsa valebunt, quae pro defensione Sanctorum Patrum afferuntur?

---

[1] Fol. 286r-286v (n. 42).

[2] Fol. 290v (n. 55).

[3] Cfr. fol. 291r et 292r cum citationibus ibi notatis (nn. 56-57 et 59).

[4] Fol. 293v-294v (nn. 64-67), ubi iterum ponuntur clarissima S. Thomae testimonia, ex quibus Cabasilas contrariam omnino conclusionem educere debuisset.

Neque vero Cabasilae formidinem incutiat illa Sancti Thomae initio syllogismorum suorum affirmatio: « Etiam hoc evidentibus rationibus apparet », [1] illamque refugiat quasi de stricta demonstratione acciperetur, cum etiam ipse Patres nomine demonstrationis rationes suas appellantes defendere studuerit. Duo, scilicet, demonstrationum genera esse Cabasilas dixit: [2] aliud strictum et proprium, aliud vero commune. Igitur vel propriis verbis, minus apta procedendi ratione, ius sibi omne praecludit, ut dissertationem suam hoc modo finiat. Scribit enim clarissima verba, quae diversum iudicium eius pro Latinis et Patribus, etiam in re eadem, manifestant: « Attamen a nobis — inquit — hoc demonstrationis nomen in propria significatione sumptum est, ut illud sic a reliquis demonstrationis speciebus distingueremus. Merito igitur quod a rebus omnibus abstrahitur, extra orbitam demonstrationis collocatum quoque esse iudicamus. Nihilominus etiam ostensum est ne dialecticis quidem syllogismis rei, quam in praesentiarum quaerimus, investigationem subiciendam fore. Nunc autem si neque demonstrativo modo neque dialectico Latinis fas est conclusionem educere suam, igitur ad impugnandum nos mentionem syllogismorum quomodocumque facere non deberent ». [3]

Ex hac itaque falsa Nili Cabasilae positione in diiudicandis Sancti Thomae syllogismis, facile divinabimus quam debilis fuerit singulorum argumentorum, quae nunc exponentur, refutatio.

CAPUT I

Syllogismus primus: Personae divinae non distinguuntur nisi per oppositionem relativam originis [4]

82. « Iam igitur qui ex syllogismis primus ab ipsis ponitur, et cui plurimum scientiae inesse censent, ita ut neque verbum nos opponere possimus, huiuscemodi est ». [5] His verbis transitum Nilus facit ab introductione postremae huius sectionis sui operis ad refutationem uniuscuiusque syllogismi.

Syllogismus primus, qui revera non solum positione sua talis est,

---

[1] *Summa contra Gentiles*, lib. IV, c. XXIV. – Cfr. fol. 296^r (n. 73).

[2] Fol. 295^v (n. 71).

[3] Fol. 295^v-296^r (n. 71).

[4] Pro enuntiatione tituli huius et fere omnium sequentium capitum, syllogismi, de quo agitur, terminus medius adhibetur.

[5] Fol. 296^r (n. 72).

sed etiam fecunditate ac vi, qua ceteros omnes quomodolibet transcendit, quippe qui in eo radicentur, evincit nullam aliam in divinis Personis distinctionem inveniri posse, nisi per oppositionem relativam secundum originem. Quae quidem ratio, ab Angelico Doctore mutuata, ante plures annos Thessalonicae et Constantinopoli pervulgata erat. Barlaamus enim Calaber cum adhuc photiano dogmate adhaereret, eam scriptis impugnavit, [1] ipseque Demetrius Cydonius testimonium perhibet doctrinam syllogismi huius in disputationibus suis a Latinis adhibitam fuisse. « Audivi aliquando — ait — quosdam Latinos ita syllogizare. Supponentes enim tanquam minorem propositionem quod Spiritus Sanctus realiter differt a Filio, et addentes tanquam maiorem, quod omnia, quae sine materia ab invicem differunt, aut sicut contraria differunt, aut sicut habitus et privatio, aut sicut affirmatio et negatio, aut sicut relativa; deinde ostendentes quod, ex his, tres primi modi illis divinis Personis minime congruere valent, concludebant ergo quod secundum relativa tantum Spiritus Sanctus potest distingui a Filio, et ita per ordinem procedentes, veniebant ad finalem conclusionem ». [2]

Improbabile non est, ut iam innuimus, has disputationes Cabasilae innotuisse; at solummodo cum textum integrum Sancti Thomae, ope Cydonianae versionis, possedit, ad evertendum effatum illud, quod in scholasticam methodum iam longe ante Thomam transierat, totas vires exercuisse. Et primum quidem dispositio refutationis ea est, ut, relicta ad finem quaestione praecipua (seu distinctione Personarum per relativam oppositionem secundum originem), primo loco falsos esse ostendat tam in naturalibus, quam in divinis omnes distinctionis modos a Sancto Thoma assignatos, dein vero ipse in diversis exsistendi modis Personarum differentiam statuat; hoc namque pacto relativam illam principii et principiati distinctionem efficacius dissolvere putat.

83. Profecto Nilo Cabasilae habilitatem magnam in impugnando tenuisse negandum non est, nec ipsum ingenii potentia caruisse, quandoquidem ut rationes Sancti Thomae pessum daret, rationibus non solum photianis, sed etiam scotisticae scholae, ut patebit, innititur. Etenim Filius et Spiritus Sanctus, secundum mentem suam, ex diverso originis modo, quo ambo a Patre sunt, discriminantur; generatio enim et processio idem non sunt, et praeterea divinae Per-

---

[1] Barlaamus, « *Κατὰ Θωμᾶ λέγοντος ὅτι κατὰ μόνα τὰ πρός τι διαφέρουσιν ἀλλήλων τὰ θεῖα Πρόσωπα* » (codex Paris. gr. 1291).

[2] *Epistula* Demetrii Cydonii *ad Barlaamum*; MG 151, 1289 CD.

sonae per eas proprietates differunt, per quas in esse constituuntur. Igitur distinctio haec sola sufficit ad ea omnia salvanda, quae in mysterio Trinitatis salvanda sunt, nec aliud unquam Patres affirmarunt. Quare in refutatione huius primi syllogismi semina argumentorum iecit, quae magis explicite in sequentibus evolvit.

Acutum, inquam, et amplum Nili ingenium admirandum est, quo diversarum scholarum opiniones bene calluit; attamen in his exponendis rectam quandam et profundam Patrum interpretationem desideramus. Deest ei praeterea serenitas impartialis iudicii; ipse enim, qui ad refellendum S. Thomam argumentis scotistarum quadamtenus est usus, veram (ut dicerent scotistae) et, quae ut summum imponebatur, conclusionem non eduxit, sicut debuisset, nimirum: ergo rationes Sancti Thomae impares ad persuadendum sunt, neque ipsae conveniunt ad processionem Spiritus Sancti a Filio declarandam. Nilus autem longius ivit, ipsamque processionem Spiritus Sancti a Filio ut falsam recusavit, quoniam rationibus Thomae non probabatur. Nihil ergo mirandum est, si argumentationem hanc Latinorum explodit Nilus ut monstruosum quid, cum aliam praemissarum ex supernaturalibus et intellectum superantibus, aliam vero ex sensibilibus sumat. [1] Quam ob rem talem eiusdem refutationem instituit, ut ad finem exsultantibus hisce verbis victoriam celebret suam: «igitur nihil sanum est, ne minimum quidem, in syllogismo hoc; ad alium ergo Latini respiciant oportet, utpote ipsorum propositio ex argumentis primo loco agitatis non suadetur». [2] Verumtamen pedetemptim, si placet, videamus qua ratione Cabasilas ad hanc conclusionem devenerit.

84. Duos itaque gressus statuit: in primo quidem syllogismum hunc, si supernaturalibus applicatur, a priori falsum esse dicit, cum ad contrariam dominicae et apostolicae traditionis conclusionem ducat; impium praeterea et inutilem, ita ut «lapidem coquat et ictum in ignem impingat», nam id quod quaeritur supra humanam mentem omnemque demonstrationem positum est.

Deinde in altero gressu eundem syllogismum, etiam de naturalibus intellectum, consistere non posse autumat. Postquam enim effatum illud: «quidquid distinguitur, per aliquam oppositionem distinguitur» generalem veritatem continere minime probari ait, exceptiones quasdam ostendit, quae sub eodem non cadunt, ut puta angelos et animos, diversas animalium species, lineam denique et

---

[1] Fol. 297v (n. 75).
[2] Fol. 308v (n. 110).

punctum. Eius autem expositionem commodius ad syllogismum quintum amandabimus. Pro nunc tamen id solum observare velis: obiectionem sc. obviam Latinorum, quod forsitan de divinis id verum sit, licet non integre in naturalibus locum habeat, caute Nilum devitare, alludens, tanquam si iam demonstrata esset, ad impossibilitatem ut talia de divinis cogitentur.[1]

Aliam igitur viam tentat, quae in eo est ut ostendat syllogismum hunc inutilem ad conclusionem revera esse. Nam illo naturalia solum, non divina afficiuntur; quodsi haec quoque, tunc maxime peccat, quippe qui modus classicus, ut ita dicam, distinctionis Personarum apud Doctores Ecclesiae in ipso tacetur. « Concedatur — scribit Nilus — argumentum ipsum valere quidem de naturalibus rebus. Ubi autem dicunt [Latini] in suo syllogismo ita discriminari ea, quae distinguuntur, communiter ita distingui asserunt tam divina quam naturalia, an naturalia solummodo? Re quidem vera si sola haec, nihil amplius ipsis valet ratiocinium ad Filii et Spiritus distinctionem; si autem et haec et illa ita distinguuntur, dicant nobis qua ducti passione (quemadmodum illi, qui de industria malum operantur), diversos Filii et Spiritus exitus ex Patre in ipsorum regula celaverint, cum nullus cuiusvis aevi theologus exstiterit, qui divinas Personas pro veritate discernere cupiens, aliter quam hocce modo discrimen Filii a Spiritu exsistere posse cogitarit. Igitur cum sermo sit circa distinctionem divinarum Personarum, et in enumeratione modorum quibus fit, propriissima distinctio (quod minime decebat) sit praetermissa, maior praemissarum neque robur neque veritatem induit, ideoque neque conclusio educi efficaciter valet ».[2] At nimirum Cabasilas cum haec diceret, prima illa verba Sancti Thomae satis perpendisse non videtur. « In rebus enim — ait Aquinas —, remota materiali distinctione, quae in divinis Personis locum habere non potest, non inveniuntur aliqua distingui nisi per aliquam oppositionem ». Neque enim adeo exiguae mentis Angelicus erat, ut omni valore rationem suam destitui non videret, si ad sola naturalia oppositio illa in distinctionibus referenda esset.! Sed, videlicet, illis verbis semina iecit Nilus praecipuae rationis, quam habet, ad evertendam distinctionem, quae ex oppositione relativa originis petitur, et insimul praecipuam quoque sententiae suae probationem adumbravit. Quasi nude et aperte diceret: Spiritus Sanctus et Filius solummodo diversa ratione processionis eorum a Patre distinguuntur, quemadmodum Doctorum Ecclesiae constans traditio fuit.

---

[1] Fol. 301r (n. 86).

[2] Fol. 301r-301v (n. 87).

Et re quidem vera multis id in sequentibus evolvendum et demonstrandum sibi sumit. Verumtamen accidit ut Latini, pariter ac Graeci, admittant illa omnia Scripturae et Patrum testimonia, quae a Cabasila citantur ad ostendendum Filium per generationem, Spiritum vero alio modo perinde incomprehenso, quemadmodum Damascenus loquitur, exsistentiam habere. Quid igitur? ait Cabasilas «si generatio et processio, quemadmodum duo nomina, ita quoque duae esse realitates et ipsis videntur, quonam pacto fieri posset ut verum proferant, affirmando non aliter Filium a Spiritu discriminari, quam ut illi quidem ratio causae, huic vero causati competat ratio?»[1] Et vehementer irritatur si id pro responsione audiat: ad convenientem divinarum Personarum distinctionem stabiliendam illam modorum differentiam insufficientem esse. «Haec, inquam, si dicerent — ipse ait —, dubitarem utrum amentiae ipsos an impietatis redarguerem. Numquid enim quivis Apostolorum vel successorum illorum vel Doctorum Ecclesiae, numquid quaedam ex Oecumenicis Synodis verbum huiuscemodi unquam protulit? Quid enim imperfectum vel debile invenire fas est ibi, unde aliis et esse et perfectos esse promanavit? »[2]

85. Verum enim vero ut ad profligandam sententiam Sancti Thomae via sibi pandatur, duobus argumentis probare prius intendit positionem suam. En primum: «Et certe cum in christiana theologia — inquit — duo sint necessario praesupponenda, Filios nempe duos non esse, Filiumque a Spiritu distingui, ex diverso illorum exsistentiae modo satis utrique rei fieri invenimus. Etenim si Filius per generationem exsistit, Spiritus autem non ita, plane fit ut et in Trinitate duo Filii non adsint, et Persona generata a non generata secernatur. E contrario si Spiritus ex Filio esset, distinctio quidem necessario sequeretur, utpote alius causa, alius ex causa esset; at vero Spiritum Filium non esse undenam, quaeso, pateret, nisi processionis modus adiungeretur, cum profecto Spiritus ex Filio exsistentiam acciperet, acciperet autem eo modo, quo eam Filius a Patre haurit?»[3] Quod autem haec tanquam irrefragabile argumentum Thessalonicensis protulerit, ex eo patet, quod contra morem suum nullam Latinorum instantiam illi subiecit. At animadvertere debuit in ipsis operibus Sancti Thomae, quae diu multumque meditatus erat, plenam responsionem inveniri in his, quae in quaestionibus de Potentia disputavit. Ait enim: «Filius hoc habet a Patre, quod ex se Spiritum

---

[1] Fol. 302r (n. 91).
[2] Fol. 302v (n. 92).
[3] Fol. 303v-304r (n. 96).

Sanctum emittat: unde et eodem modo convenit ei sicut et Patri. Sed Pater non est principium divinae Personae uno tantum modo, sed duobus, scilicet per generationem et spirationem. Unde non potest concludi quod Filius sit principium Spiritus Sancti per generationem; sed est fallacia consequentis, et praecipue cum neque etiam Pater sit principium Spiritus Sancti per generationem ». [1]

86. Sed aliam adhuc rationem Cabasilas affert: intelligi enim non potest quo pacto Filius per id, quo Filius constituitur, id est, per filiationem, perfecte a Patre distinguatur, non vero a tertia Persona per idem secerni valeat. [2] Attamen ipse Nilus responsionem sponte fluere ex divi Thomae doctrina apprime novit, quamvis ne per modum quidem obiectionis eam exprimere voluerit. Eo enim quod filiatio relativam oppositionem erga Personam Spiritus non induat, insufficiens est ut integre ab ea Filium distinguere dicatur. Id autem absque dubio Cabasilas percalluit, sicut tota ratio ulterioris refutationis ostendit, quae in eo est ut doctrinam hanc Aquinatis susque deque versam faciat. « Adhuc autem — subiungit Cabasilas — clariori in luce collocanda est (nescio quo illam nomine appellem) discrepantia, vel contentio, vel perversitas Latinorum erga fidem Ecclesiae. Etenim Thomas in capite septimo aiebat: 'non potest autem secundum aliam habitudinem Spiritus Sanctus dici Spiritus Filii Dei, nisi secundum aliquam originem: quia haec sola distinctio in divinis invenitur'. Et in praesenti capite: 'Relinquitur igitur — ait — quod divinae Personae distingui non possunt, nisi oppositione relativa secundum originem' ».[3]

Quomodo autem rem ostendit? Tribus potissimum rationibus, quarum prima est oppositio omnimoda inter Angelicum et Doctores Ecclesiae, siquidem ille solam relativam originis distinctionem in divinis admisit, hi vero non hanc, sed illam, quae ex Ingeniti, Geniti et Procedentis proprietatibus exsurgit. Et certe postquam Nazianzeni, Damasceni et pseudo-Iustini textus Nilus adduxit, « ubinam in his oppositio relativa? — clamat —, ubinam causa et ex causa profluens? Thomas autem: 'Divinae Personae — ait — distingui non possunt, nisi oppositione relativa secundum originem' ».[4]

---

[1] S. Thomas, *De Potentia*, q. X, art. IV ad 2um. (Cfr. quoque ibid., q. II, art. IV in corpore). Nullum dubium est Cabasilam cognovisse opus hoc S. Thomae. Videas quae disseruimus ad c. III primae partis, in pag. 25.

[2] Fol. 304r-304v (n. 97).

[3] Fol. 304v (n. 98). Allusio fit ad argumentum septimum Latinorum (fol. 172r), quod desumitur ex Divo Thoma, *Summa contra Gent.*, lib. IV, c. XXIV.

[4] Fol. 305r-306v (nn. 100-104).

Ita Nilus, verumtamen ipse Sanctus Thomas, Damasceni vestigia premens (cuius etiam citationem adducit), illud scripsit, quod Cabasilam latuisse non potuit: « Secundum Damascenum, 'Ingenitum' uno modo significat idem quod *increatum*, et sic secundum substantiam dicitur; per hoc enim differt substantia creata ab increata. Alio modo significat id, *quod non est genitum*, et sic relative dicitur, eo modo quod negatio reducitur ad genus affirmationis... Unde cum Genitum in divinis relationem importet, Ingenitum etiam ad relationem pertinet. Et sic non sequitur quod Pater ingenitus distinguatur a Filio genito secundum substantiam, sed solum secundum relationem, in quantum, scilicet, relatio Filii negatur de Patre ».[1]

Animadvertendum est Nilum nostrum, licet intentio argumenti eius eo feratur ut distinctionem Personarum ex sola modorum exsistentiae differentia concludat,[2] tamen ad finem eiusdem vela, ut videtur, contraxisse, utpote qui relativam quandam oppositionem etiam ad distinctionem inservire confiteatur: « Non ergo *sola* relativa oppositione divinas Personas distinguemus; sed quibusdam certe distinctionem, quae relationem importat, convenire et quidem necessario dicimus, quemadmodum sunt Pater et Filius, spirans et spiratus; pro *omnibus* autem hanc inducere, nefas arbitramur ».[3]

87. Cave autem credas ipsum quadamtenus victum. Illa enim concessione nihil derogari sententiae suae existimavit. Imo novis adhuc viribus ad alterum argumentum exponendum sese accinxit, quod sic breviter efferri potest: igitur sunt distinctiones in divinis, aliae quidem relativae oppositionis, aliae autem in modorum exsistentiae differentia fundatae. Sed illae non solum distinguunt, verum etiam ad unionem Personarum conferunt; postremae vero solummodo ad distinctionem inserviunt. Ergo « si in universum liceret Latinis distinctiones distinctionibus praestantiores afferre et de illis iudicium pronuntiare, opportunum esset potius illas, quae modorum exsistentiae differentiam prae se ferunt, seligere, utpote solum ad distinguendum aptas; dum quaevis aliae non solum hoc, sed etiam

---

[1] *Summa Theol.*, I, q. XXXIII, art. IV ad 3um. - Cfr. quoque DAMASCENUS, *De Fide Orthodoxa* I, c. VIII; MG 94, 817.

[2] Ita ait initio argumentationis (fol. 305r, n. 98): « Ipsis enim (sc. Patribus) ita diversitas modorum exsistentiae trium divinarum Personarum sufficiens pro earundem differentia fuit, ut, quamvis in modis his nequaquam inveniatur oppositio illa relativa, nihil amplius esset requirendum ».

[3] Fol. 306r (n. 101).

aptitudinem ad unionem secum habent ».[1] Nihil aliud subiunxit Cabasilas, apodicticum se argumentum confecisse putans; sed non attendit etiam ipsos diversos exsistentiae modos relationes Personarum importare debere, quae, nisi ad invicem opponantur, plenam distinctionem nullatenus obtinent.

Re quidem vera et Georgius Scholarius et Bessarion Cardinalis cum refutationem instituunt adversus Marcum Eugenicum Ephesinum (qui, ut est notum, Nili doctrinas in Florentino Concilio propugnavit), modos ipsos diversos processionum secum ferre simul oppositionem relativam indubie tenuerunt. « Sufficit igitur ad Filium et Spiritum distinguendum — ait Scholarius —, quod diverso modo ex Patre prodeant; sed ex eo quod diverso modo ex Patre prodeunt, sequitur alterum ex altero promanare ».[2] Placet quoque Bessarionis clariorem locum exscribere: « Quoniam autem — inquit — sunt qui, dum concedunt Patrem et Filium relativis processionibus ab invicem distingui, Filium a Spiritu eodem modo discerni non admittunt, verum diversis a Patre processionibus distingui volunt, secundum quas alter genitus est, alter procedit, quaerendum est ex iis quanam ratione diversae dicantur amborum ex Patre progressiones. Si enim diversae, quia generatio quidem immediate ex Patre, spiratio vero per generationem et Spiritus per Filium, id pro nobis est; si vero quia utraque a Patre solo, sciant hoc supposito non posse amplius ab invicem distingui Filium et Spiritum... Necesse igitur est, si divinae Personae ab invicem distinguendae sunt, hypostaticis relationibus eas et constitui et distingui, atque oppositione ad invicem, quae est sicut relativum; et ex his quidem ea, quae sit secundum causam et causatum; atque Filium quidem a Patre distingui filiatione et paternitate, Spiritum vero, sicut a Patre, ita etiam a Filio relatione spirati ad spirantem. Neque alio modo distingui poterunt ».[3]

---

[1] Fol. 307v (n. 106).

[2] GEORGIUS SCHOLARIUS, *Responsio ad syllogismos Marci Ephesii.* (Resp. ad syllog. VI); apud PETIT-SIDÉRIDÈS-JUGIE, *Œuvres complètes de Gennade Scholarios*, t. III, Paris 1930, p. 500. (Habetur etiam in MG 161, 54 ss.). Quaedam superius (pag. 83) retulimus ex his, quae in hoc loco de Nilo Cabasila Scholarius scripsit.

Secundum chronologiam operum Scholarii (cfr. *Œuvres complètes*, t. VIII, p. 16*) scriptum hoc contra M. Eugenicum collocari debet ca. annum 1440 vel paulo post, id est, cum anceps haerebat Auctor inter utriusque Ecclesiae fidem, sed adhuc ad Latinorum partes potius propendebat. Postrema eius et definitiva sententia etiam de hoc puncto omnino cum Cabasiliana coincidit, ut ostendunt eius de processione Spiritus S. tractatus (*Œuvres complètes*, t. III).

[3] BESSARION, *Refutatio Capitum syllogisticorum Marci Ephesii*; MG 161, 161 C-164 B. Opus hoc confecit Bessarion Cardinalis hortatu Patriarchae Gre-

88. Attamen ad hanc conclusionem omnino devenire Nilus refugit, nihilque intentatum relinquit, ut relativam illam ex origine distinctionem ab Aquinate propugnatam e christianorum dogmatum ambitu procul eiciat. Quapropter tertium argumentum adhuc contra ipsam iactat, quod quidem quoniam in his, quae exposita manent, habet solutionem, solummodo retulisse sufficit. Distinctionem hanc in Scripturis Dionysius non invenit — asserit Cabasilas —, quandoquidem omnino de illa silet, « cum de omnibus unionibus et distinctionibus divinis sermonem instituere praenuntiasset ». Si igitur de hoc Sacrae Litterae non loquuntur, et aliunde, ut Latini volunt, distinctio alia ex diversitate processionum insufficiens existimari debet, « nihil ergo discernuntur Filius et Spiritus, nec Deus Trinitas est ». [1]

Itaque primi et praecipui syllogismi Angelici Doctoris confutationem hoc tertio argumento Cabasilas claudit; eius vero animum dubitatio quaedam subire videtur, ne satis valide rationes adversarii nondum reiecerit. Verumtamen huic timori facile occurrit methodus sua, rem, scilicet, ad absurdum revocandi. « Nunc autem — scribit — ut paucis rem totam complectamur, etiamsi cuncta quae a Latinis et a Thoma in hoc argumento dicta fuere, veritate fulcirentur, omniaque tam divina quam humana sententiae huius consonarent; etiamsi nihil esset quod eiusdem ratiocinationibus obversaretur, ne sic quidem vi concludendi pollerent haec, quae ab ipso adstruuntur. Si quis enim, *illis suppositis*, omnia illa concederet, necessario sequeretur distinctionem Filii a Spiritu in ratione *causae et causati* esse reponendam. Attamen quod Filius causa sit, Spiritus autem ex hac causa promanet, nihilo magis quam contrarium obtinet; siquidem etiam nobis, sub illorum positione, non minus ostendere fas esset Spiritum causam esse, a qua Filius profluere diceretur ». [2]

Si vero rursus Latini, cum haec audiant, novas obiectiones afferunt, rursus ipse absurditatem pro solutione inducit, quae tamen absurditas solummodo ipsi clarissima fit, qui rem probandam praeoccupari non videt. Nam ait: « Quodsi ita responderent: sed hoc ad-

---

gorii Mammae, postquam hic, e patria pulsus, Romam secessit (1451), eo fine potissimum ut deficientiae refutationis M. Eugenici a Scholario factae sanarentur. Bessarion igitur debuit quodammodo vestigia aliena subsequi. Ceterum plenam de hac materia sententiam Bessarionis, pluribus iam ante annis luculenter expressam, videre poteris in studio meo *Bessarion Nicaenus in Concilio Florentino* in *Orient. Christ. Per.*, VI 3/4 (1940) p. 447-449.

[1] Fol. 307v (n. 107).

[2] Fol. 308r (n. 108).

mitti non potest, quia Spiritus quidem esse Filii dicitur et ab ipso datur, at vicissim contrarium non obtinet, — vim argumentum non extorquebit, nam demonstratum est non ratione causae Spiritum Sanctum vel Filii nominari vel ab eo tribui ».[1] Quaestio, inquam, perperam praeoccupata dicenda est: alluditur enim in his ad confutationem eorum omnium capitum, quibus ex testimoniis Patrum concludebatur Spiritum a Filio esse, quippe qui proprius eiusdem nominetur, vel ab ipso mittatur, vel detur. Nilus tamen omnibus aliis horum locorum sensibus admissis, unum illum, qui dogmati catholico favet, systematice semper reiecit, ne conclusio argumentorum Latinorum admitteretur; sed huius conclusionis falsitas, ut ipse putat, ante discussionem praemissarum in illis quinque dissertationibus secundae partis iam in antecessum demonstrata fuerat.

« Igitur nihil sanum est — ad finem inquit —, ne minimum quidem, in syllogismo hoc; ad alium ergo Latini respiciant oportet, utpote quod ipsorum propositio ex argumentis primo loco agitatis non suadeatur ».[2]

CAPUT II

Syllogismi secundus et tertius: Filiatio et processio ad unam Personam pertinerent, nisi haberent oppositionem ad invicem

89. Quoniam mutata forma syllogismus secundus, a Nilo inter rationes Sancti Thomae insertus, re ipsa cum sequenti convenit, ambo sub uno capite considerantur. Quaedam tamen sunt specialia in ipsis, quae diversarum paragraphorum materiam constituunt. Sit itaque

§ 1. *Syllogismus secundus*

Illud imprimis notandum venit, quod ad originem eius spectat. A Nilo enim Doctori Angelico tribuitur, non solum eo quod inter seriem argumentorum Sancti Thomae ipsum collocaverit, sed etiam quia in decursu refutationis id explicitum iacet. « Verum enim vero — ait Cabasilas, qui immediate ante haec Thomam apostrophe compellavit — si Thomas ratiocinium suum incommovibile reputat, neque posse Filium et Spiritum per generationem et processionem discerni..., ergo neque ex oppositis, generare, inquam, et proce-

---

[1] Fol. 308r-308v (n. 109).

[2] Fol. 308v (n. 110).

dere Patrem et Spiritum contradistinguat. ».[1] Syllogismus autem hic, qui ex correlatione vel proportionalitate quattuor terminorum vim suam desumit, Sanctum Thomam auctorem non habet, quemadmodum aperte Demetrius Cydonius declaravit. Sed iuvat verba huius exscribere, ex quibus etiam sententia, quam de fontibus horum latinorum capitum superius propugnavimus, rursus confirmationem accipit; illa enim magna ex parte in disputationibus Graecorum cum Latinis ortum habuere.

« Epicherema — ait Demetrius — mutuae correlationis, velut si ad Thomam pertineret, multis diversisque oppugnationibus a Nilo dignum iudicatum est; ego vero minime patior ut hoc illius esse dicatur. Neque enim mihimetipsi in operibus latini Doctoris, quamvis quaesierim, id invenire contigit, neque quemquam alium audivi, qui illud Thomae adscribendum putaret. Crediderim potius rationem hanc ad quemdam Latinorum pertinere, ex his, qui cum Graecis nostris disputationes ineunt. Ille, (Nilus) videlicet, id attribui Sancto Thomae [ab adversario] audit, et cum indignatione contradicit. Videtur enim [auctor], quisquis ille erat, non satis mentem colloquutoris penetrasse, ideoque ipsum latuit proprios in hoc [argumento] (i. e. Graecos) et seipsum primum reprehendi. Igitur ille quidem existimat Latinum ut rectam habere proportionem illam terminorum: *generare et gigni, spirare et procedere.* At nequaquam id fit ».

« Etenim nunquam Latini concederent huius correlationis veritatem: sicut generans est ad generatum, sic pariter spirans ad procedens; quandoquidem illi generare et gigni, vel, si mavis, paternitatem et filiationem, hypostaticam proprietatem constituere supponunt, spirare vero et procedere, vel, quod idem est, spirationem [activam] et processionem nullo modo.[2] Spiratio enim [activa] non unam Personam afficit, sed duas, Patrem scilicet et Filium, sicut missio, quae communiter ab utroque relate ad Spiritum possidetur, et alia quae passim a Sanctis [Patribus] dicuntur. Quam ob rem persuasum est mihi epicherema hoc cuiusdam Latini revera esse, huiusmodi, tamen, quo sententiam propriam minime exprimat: assumit autem id quod ab adversario probatur, et hac ratione opinionem illius confutare satagit ».[3]

---

[1] Fol. 311v (n. 120).

[2] Mentem suam Demetrius Cydonius non sufficienter, ut videtur, his verbis expressit: Latini enim processionem seu spirationem passivam personalem proprietatem constituere eodem modo ac Graeci asserunt. Tamen eius loquutio salvari potest, quia in sequentibus de sola spiratione activa sermo fit, ubi propositionis suae ratio redditur.

[3] Demetrius Cydonius, *Apologia S. Thomae*; cod. Vat. gr. 614 fol. 118r.

90. Ceterum dubium nullum est quominus syllogismus hic non coniecturis solummodo, verum reapse tanquam ex disputationibus originem habens ponatur; iam enim ipse Cydonius ante plures annos, nondum catholicus, huiusmodi epicherema recordabatur in celeberrima ad Barlaamum epistula, de qua alias quoque mentionem fecimus: « Item, et talem audivi syllogismum, in quo tanquam minor propositio supponebatur: quia sicut se habet spirare ad procedere, ita se habet generare ad generari ». [1] Ibi autem, utpote sublimitatem catholici dogmatis nondum assequutus, vim totam ratiocinii se non perspicere modeste fatetur. Proportionalitas enim illa, iuxta ipsum, in minori signata non satis videtur omnes casus, etiam in naturalibus, pervadere; et praeterea « quamvis, ut paulo ante dixi, etsi in omnibus, quae infra mentem nostram sunt, videretur huiusmodi esse verum, incertum adhuc esset utrum et in illa re, quae omnem mentem excellit, verum sit ».[2]

Utinam noster Cabasilas hac animi moderatione ad perpendendum syllogismum, non autem ad illum quovis modo convellendum accessisset. Longum esset omnia et singula perquirere; sufficiat tamen dicere totum in eo Nilum esse ut ostendat proportionalitatem ipsam in rerum natura generalem non esse. Complexus quosdam terminorum, etiam in divinis, proponit, in quibus eorumdem conversionem impossibilem esse multis demonstrat. Oleum revera tempusque perdidit, illa enim in quaestione minime erant.[3]

91. Curiosum tamen esset notare quomodo ratio haec, adeo debilis, ex proportionalitate petita animum Cabasilae quadamtenus percellat, ita ut speciem quandam verae argumentationis induere ipsam posse fateatur, ratione sc. axiomatis correlationum, ut ipse in reiciendo syllogismo, qui proxime sequitur, affirmat. [4] Id etiam, ut arbitror, in postrema huius confutationis paragrapho videre licet, ubi ait Nilus: ex praemissis praesentis syllogismi, si veritate niterentur, « concluderetur quidem... non plane sufficere ad distinctionem Filii et Spiritus diversos exsistentiae modos ». [5] Nonne videbat hoc pacto praecipuum suae positionis fundamentum ruere? Id certe

---

[1] *Epistula* Demetrii Cydonii *ad Barlaamum*; MG 151, 1290 AC.

[2] Ibid.

[3] Cfr. exempli gratia ea, quae dicuntur ad fol. 310ᵛ (n. 116), ubi termini proportionis propositae non homogenei, ut ita dicam, habentur; sed ex eis quidem « *creare, res creatae* » ad actiones divinas, quae *ad extra* dicuntur, referendi sunt, alii vero « *generare, genitum* » ad divinas processiones.

[4] Fol. 313ᵛ (n. 126).

[5] Fol. 312ᵛ (n. 124).

curiosum, at rursus curiosum est orthodoxum hominem, etiamsi ab hac positione removeretur quovis Latinorum syllogismo, nihilo tamen minus doctrinam catholicam, inde sponte promanantem, admissurum non esse: « At vero — sic statim pergit — Spiritum ex Filio procedere, eodem modo cum huiusmodi fundamentis investigaretur, ac si quis quaereret an etiam Filius ex Spiritu proveniat. Unde etiamsi nihil aliud de syllogismis his suppeteret nobis dicendum, id certe sufficeret ut Latini et tacere, et cuivis rei potius quam illis confidere suaderentur ».[1]

Vis autem, quae pro Latinis adest in hoc syllogismo, quantumvis imperfecto, melius ex sequenti, qui divum Thomam certe habet auctorem, perspicitur.

§ 2. *Syllogismus tertius*

92. Optimo quidem iure, ut innuimus, Cabasilas tertium syllogismum cum praecedenti quoad modum refutationis coniunxit. Ratio enim argumentandi eadem in utroque est. « Existimat enim (Thomas) — ait ipse — pariter concludi non posse Filium et Spiritum Sanctum per filiationem et processionem discriminari, quandoquidem neque per paternitatem et spirationem, videlicet per actum generandi et spirandi, duae Personae constituuntur ».[2] Sed huic perfectissimo Sancti Thomae syllogismo minorem adhuc vim ac praecedenti tribuit, quamvis asserat ipsum eisdem rationibus, quas ibi agitavit, solvi posse. At hic tertius, videlicet, axiomate illo proportionalitatis non innititur.

Iam, quod ad modum attinet refutationis Cabasilianae, nunc quoque animadvertas velim sophisma illud pro solutione invocari, vi cuius in una Persona Patris coniunctae ostenduntur et generatio Filii et rerum humanarum creatio, et hoc non obstat quominus, Filius et mundus confundi non debeant. Verumtamen nescio qua paritate id ipsum ad aeternas Filii et Spiritus Sancti processiones transferat, et denuo ad diversitatem modorum exsistentiae recurrat, quam sic omnino sufficientem ad distinctionem habet, ut nihil ulterius inquirendum esse censeat. Inde est quod nihil etiam ratiocinium ipsius progreditur.

Ad aliud igitur transire nobis licet; sed prius notabimus Nilum, qui adeo despicit syllogismum hunc, eodem tamen thesim suam velut roboratam contemplari, utpote qui in ipso Angelicus Doctor

---

[1] Fol. 312v-313r (n. 124).
[2] Fol. 313v (n. 126).

diversos quoque esse processionum modos concedat. Quid tamen exinde? An id forsitan nunc primum Cabasilae innotescere potuit? « Insuper ipse Thomas — victoria sua confisus Nilus clamat — dixit divinae generationis modum modumque processionis esse diversos. Id enim dicit cum paternitatem et spirationem ponit, nullatenus concedens Patrem ad Spiritum ratione paternitatis referri, ne etiam Spiritus filius fiat. Age vero — concludit —, diversitas modorum prorsus ad distinctionem sufficiens esse absque dubio credenda est ».[1] Attamen illud primum nunquam Angelicus negaverat; conclusionem autem illam, quam Nilus apposuit, gratis ex Angelici affirmationibus erueretur, ut ipse vellet. Attendisse enim debuerat Thessalonicensis ad postrema verba ratiocinii Sancti Thomae: « Neque igitur filiatio et processio (quibus profecto diversi exsistentiae modi Filii et Spiritus Sancti includuntur) duas Personas constituerent, sed ad unam pertinerent, nisi haberent oppositionem ad invicem. Non est autem dare aliam oppositionem, nisi secundum originem. Oportet igitur quod sit oppositio originis inter Filium et Spiritum Sanctum, ita quod unus sit ab alio ». [2]

Ad alium ergo syllogismum transeamus.

CAPUT III

Syllogismus quartus: Si Spiritus Sanctus distinguatur a Filio, oportet quod hoc sit per differentias per se dividentes hoc quod est « esse ab alio » [3]

93. Cum validissimi syllogismi quarti S. Thomae Cabasilianam refutationem perlustramus, verborum Demetrii Cydonii non possumus non meminisse, ubi in apologia Sancti Thomae, adversus Nilum instituta, de huius hominis tenacitate, ut nihil Latinorum approbet, plurimo stupore se affici confitebatur: « Equidem miror — inquit — propensionem huius viri ut solummodo ad contradicendum promptus sit. Videtur enim quasi semel voto se obstrinxisse ne ullum Sancti Doctoris verbum sine reprehensione praetermittere patiatur; ideoque

---

[1] Fol. 314r-314v (n. 129). - Cfr. *Summa contra Gentiles*, lib. IV, c. XXIV.
[2] Fol. 313r-313v (n. 125).
[3] Terminum medium huius syllogismi exprimimus verbis Commentatoris S. Thomae, Francisci de Silvestris (FERRARIENSIS). Cfr. edit. Leoninam, t. XV, p. 97, num. XII.

etiam ad clarissima confutanda indefessa pugna contra ipsum accingitur ». [1]

Re quidem vera pondus totum argumentationis Sancti Thomae persentit. Breviter etiam ratiocinium eius his verbis resumit: « Conveniunt Filius et Spiritus secundum hoc quod ab alio sunt, scilicet, a Patre: quia uterque a Patre est. Ad invicem etiam Spiritus et Filius distinguuntur. Quod vero quaecumque in aliquo communi conveniunt, si distinguantur ab invicem, discriminari oporteat secundum aliquas differentias, quae per se et non per accidens, ad illud commune pertineant; et, quod ad Filium et Spiritum attinet, differentiae illae non possint esse nisi eiusdem generis, id est, quae ad causam referantur, hoc, inquam, undenam desumptum habetur? ex quo fonte? Scripturaene an humanae rationis? ». [2] Verumtamen sub multiplicium rationum specie, quae falsitatem omnes involvunt, pondus illud declinasse putat.

Igitur ad consuetam methodum revertitur, exceptiones bene multas opponendo, tam in naturalibus rebus quam in divinis, effato Aquinatis; illi, inquam, quod in praemissa huius syllogismi ex ratione deprompta comprehenditur: « quaecumque conveniunt in aliquo communi, si distinguantur ad invicem, oportet quod distinguantur secundum aliquas differentias per se, et non per accidens, pertinentes ad illud commune ». Cum enim Sanctus Thomas exemplum posuisset in his, quae diversorum generum sunt, ut equus et homo, id plane Cabasilas admittit. Negat autem idem ipsum fieri, ubi diversae species inter se comparantur, etsi commune genus habeant, quemadmodum aries et equus, quibus irrationalitas communis est; vel etiam quando inter diversa eiusdem speciei individua differentia illa consideratur, quemadmodum inter Petrum et Andream, qui et diversi sunt et in communi eorum patre, Iona, conveniunt. Liceat autem quaerere: numquid specificum discrimen in primo casu, oppositionemve materialem in altero, accidentalem et non per se differentiam constituere Nilus putavit illam, qua vel respectu generis communis species inter se, vel respectu communis originis singula eiusdem speciei individua ad invicem distinguuntur?

94. Ratio igitur haec, iuxta Nilum, nonnisi in quibusdam casibus in naturalibus vera esse invenitur; imo e divinis etiam excipienda

---

[1] Demetrius Cydonius, *Apologia S. Thomae*, codex Vat. gr. 614, fol. 124v: « Θαυμάζω δὲ τὴν πρὸς τὸ ἀντιλέγειν μόνον τοῦ ἀνδρὸς προθυμίαν. Ἅπαξ γάρ, ὡς ἔοικεν, ὀμωμοκὼς μηδὲν καταλιπεῖν τῶν ὑπὸ Θωμᾶ ῥηθέντων ἀναπηρέαστον, καὶ πρὸς τὰ γνωριμότατα διὰ τὸν πρὸς ἐκεῖνον πόλεμον ἀποδύεται ».

[2] Fol. 315r (n. 132).

est et quidem adeo, ut secus « non possemus non insaniae Arii patrocinari », ait ipse. « Etenim Filius — pergit —, qui cum Patre et Spiritu commune habet quod Deus sit, si ab unoquoque eorum discriminaretur differentia, quae per se ad illud commune, Deitatem, inquam, pertineret; alia quidem divinitas Patris esset, alia Filii, alia autem Spiritus Sancti ».[1]

Optime quidem, sed neganda prorsus est paritas. Ecquis enim est, qui hypothesim hanc Thessalonicensis et argumentationem Sancti Thomae diversam omnino esse non intueatur? Doctor videlicet Latinus inde potissimum arguit quod Filius et Spiritus in aliquo communi conveniunt, in quo etiam ambo a Patre differunt; Nilus autem paritatem quaerit communem rem quandam adducendo, nempe Deitatem, quae non duabus Personis solum, sed toti Trinitati communis est. At hoc modo a proprietatibus personalibus ad essentiales transitum facit, et aperte ostenditur vel momentum Aquinatensis ratiocinii non plene calluisse (quod tamen minus probabile putaverim), vel hac ratione eius efficaciam acute vitare credidisse. Cuius rei indicium in eo est, quod, revocata iterum in mentem modorum exsistentiae differentia, de hac solummodo re quaestionem movet, et distinctionem Personarum solum inde fieri posse, verbis quidem propugnat, argumentis tamen validis minime confirmat.

95. Attamen ingenium Cabasilae vidit sine dubio paupertatem refutationis suae, et saltem ad finem ratiocinii minime passus est verum difficultatis punctum non attingere. Tunc ita ait: « Generatio et processio diversi modi sunt exsistendi, qui profecto quibus insunt, nequaquam per accidens inesse dicuntur, imo nullus in superessentialibus locus accidentibus est. Unde et diversa sunt illa et minime accidentali differentia ». [2] Quasi diceret: quid amplius Latini quaerunt ut discrimen statuant inter Filium et Spiritum Sanctum? Nonne Aquinas, eorum dux, essentialem differentiam requirebat ut ea, quae in aliqua re communi conveniunt, diversa esse affirmari possent? Ipse autem Sanctus Thomas huic difficultati sequenti syllogismo occurrit. Qui profecto tanti roboris est, ut etiam castra evertere videatur, ad quae Cabasilas hucusque confugerat: nam ex supposita modorum exsistentiae diversitate (quae sola ut ratio distinctionis a Nilo propugnatur), oppositionem originis Filium inter et Spiritum strenue concludit.

Quomodo igitur haec Nilus intellexit? Sequentibus patebit.

---

[1] Fol. 316r (n. 136).
[2] Fol. 316v (n. 138).

CAPUT IV

Syllogismus quintus: Origo Filii et Spiritus Sancti in ratione principii differat oportet, ut hi ab invicem distinguantur

96. Primum quidem velut in compendium, ut moris eius est, recte syllogismum hunc ita redigit Nilus: « Generatio Filii et Spiritus processio modi progrediendi diversi sunt. Diversi autem modi progrediendi vel per principium, vel per terminum, vel per subiectum distinguuntur. Conclusio ergo est manifesta. Iam vero, ex parte termini vel ex parte subiecti divinos progrediendi modos discriminari perquam periculosum est, et, ut etiam ipsis [Latinis] videtur, absurda consectaria secum infert; ergo sane restat ut illi ex parte principii distinguantur, et sic patet progressum quidem Filii ex solo Patre esse, qui vero Spiritus Sancti est, ex Patre simul et ex Filio ». [1]

Quoad rerum autem tractationem spectat, tripartitam syllogismi refutationem instituit; sed brevitatis causa primam divisionis partem missam facio, ex qua revera nihil novum edocemur, cum tota centies repetitis topicis contineatur. Retorquetur, scilicet, syllogismus, quoniam prius demonstratum est, ut ipse ait, Spiritum Sanctum ex solo Patre procedere; dein, anathematizata coniunctione praemissarum, quales hic quoque proferuntur, alia quidem ex Scripturis, alia vero ex humano hausta ratiocinio, secum ipso Sanctus Thomas pugnans inducitur, ac tandem Gregorii Theologi et Ioannis Damasceni testimonia citantur, quae diversitatem quidem processionum assignant, earumdem vero modum, quo fiunt, inaccessum et occultum esse recordantur. Ut vides igitur in hac prima parte consuetis rationibus Aquinatis argumentum refellitur. [2]

97. « Verumtamen adhuc propius syllogismus inspiciendus est » — adiungit statim Cabasilas, et disiunctionem illam, qua Sanctus Thomas sive per terminum, sive per principium, sive per subiectum rerum origines diversificat, falsam esse ait, cum oppositio nulla inter haec extrema invenire liceat. Igitur conatur ipse demonstrare partitionem hanc Aquinatis completam minime esse; quod profecto duabus potissimum rationibus ostendere voluit, sed, allatis exemplis, minus valide oppugnationem suam roboravit. Etenim divisioni su-

---

[1] Fol. 318^r (n. 140).

[2] Cfr. fol. 318^r-320^v (nn. 140-148).

perius statutae differentiam illam subesse, qua angelus ab angelo, vel animi inter se, vel etiam numeri distinguuntur (haec enim ut obiectiones a Cabasila perhibentur), facile in eius systemate Angelicus Doctor respondere poterit.

Nempe angelos ratione subiecti distingui affirmabit, cum, iuxta ipsum, specificam differentiam ad invicem servent.[1] Quodsi quaerat Nilus (sicut iam fecerat in refutatione syllogismi primi, ubi eadem difficultas tangebatur),[2] ubinam contrarietas inter ipsos est, quae, ut philosophi et ipse Thomas docent, est differentia eorum, qui per formam, ut species diversae, ab invicem distinguuntur; respondebit oppositionem largo modo in hoc casu accipi, sicut, scilicet, distincta per perfectum et imperfectum dicuntur opposita.[3]

Discrimen autem animorum iterum Aquinas, iuxta systema suum, ex parte termini haberi dicet, quatenus etsi immateriales et independenter a materia in esse ponuntur, diversis tamen corporibus uniri nati sunt;[4] quae quidem ratio neque in primo syllogismo neque in quinto hoc efficaciter a Cabasila adhuc reiecta fuit.

Numeros denique inter ea, quae specie differunt, Sanctus Thomas cum Aristotele et Platone etiam collocabit, quemadmodum expresse in septimo syllogismo ait;[5] unde mirum est quo pacto vel maxime aristotelico viro, qualis Nilus erat, difficultas ex his proveniret.

98. Verum enim vero his relictis, punctum difficultatis propius, de divinis Personis iam agendo, Thessalonicensis attingit: « Generatio [Filii] pariterque Spiritus processio omnino non sunt eaedem, exsistentiae ratione; sed modus quo ambo suum esse sortiuntur, prorsus diversus est, ad eum modum quo absque dubio generatio et doctrina differunt. Quapropter neque prima causa, verbi gratia, est vel pater Spiritus Sancti vel productor Filii, neque Spiritus filius est, neque Filius spiratus ».[6] Exemplo rem confirmare vult, et tandem, velut expedito calle, consequentiam suam his verbis contra Sanctum Thomam educit: « Hanc autem differentiam, quae *secundum modos essendi* in progressionibus habetur, etsi magna et digna quae attendatur, *solaque apta* ad supraessentiales progressiones di-

---

[1] Cfr. S. THOMAS, *Quaestiones disputatae: De spiritualibus creaturis*, art. VIII.
[2] Fol. 299r-299v (n. 80). (Cfr. superius pag. 101-102).
[3] S. THOMAS, *Comment. in I Sententiarum*, d. XXVI, q. II, a. II.
[4] S. THOMAS, *Quaestiones disputatae: De Anima*, art. III.
[5] Fol. 329v (n. 176).
[6] Fol. 322r (n. 152).

stinguendas, illam, inquam, Thomas, nescio cur, sciens volens in divisione consequentis praetermisisse apparet ».[1] Quasi diceret Nilus: argumenta divi Thomae minime ad assensum cogunt, non enim divinae Personae distinctionibus relativis apte discriminantur, sed per proprietates Personam constituentes, id est, se ipsis, quae ex origine diversa dimanant.

99. Profecto nunc opere pretium erit, ut existimo, quoddam problema examinare, quod exinde exsurgere videtur. Numquid Nilus Cabasilas, Sanctum Thomam impugnans, argumentis et positione scotisticae scholae uti deprehenditur, qui iisdem rationibus, quibus in Occidente Angelicus Doctor impetebatur, et ipse eum vincere cogitavit? Maximam enim similitudinem, ne dicam identitatem, inter Scoti praedecessores vel etiam asseclas et argumenta Thessalonicensis contra rationes Aquinatis invenimus.

Ut autem id quodammodo illustretur, sufficit inspexisse ea omnia, quae in folio 322r et sequentibus Nilus urget, quae singula tandem ad distinctionem Filii et Spiritus Sancti ex *solo* diverso exsistentiae modo reducuntur. Generatio quidem et processio, secundum Cabasilam, *se ipsis* differunt, quemadmodum generatio et doctrina, vel etiam Eva et Seth, qui diversimode ab Adamo profluerunt.[2] Iam vero sollemne scotistis fuit etiam differentiam modorum sufficientem ad distinctionem existimare, idque materialibus exemplis confirmare.

Rursus ad haec exempla, maxime vero ad postremum allatum, videtur Cabasilas tacitam Latinorum thomistarum responsionem introspicere, qui diversitatem exsistentiae Evae et Seth inde potissimum derivatam volunt, quod diverso principio debeantur, cum, scilicet, Eva ex Adamo solummodo, exsistentia autem Seth ex Adamo simul et Eva proveniat. Hinc ipsorum solutioni Thessalonicensis occurrens, haec ad finem huius capitis profert, quibus magis ac magis theoriis scotistarum innititur: «Et re quidem vera, licet divinam generationem et supernaturalem processionem[3] ratione principii

---

[1] Fol. 322r (n. 152).

[2] Hoc eodem exemplo ante Nilum Cabasilam usus fuerat, at pro Latinis, Nicetas Maronensis (transcriptio codicis Vat. gr. 1115 a Professore N. Festa facta habetur in ephem. *Bessarione* ser. III, 1912, t. IX, p. 99): «... *πάλιν ὁ Σὴθ ὡς εἰς ἀρχὰς ἀναφέρεται τὸν ’Αδὰμ καὶ τὴν Εὔαν, ἐξ ἀμφοῖν γάρ· ἀλλ’ ὅτι ἡ Εὔα ἐκ τοῦ ’Αδὰμ οὖσα καὶ αὐτὴ εἰς ἀρχὴν ἀναφέρεται, διὰ τοῦτο οὐ δύο ἀρχαί, ἀλλὰ μία*» (fol. 12r).

[3] Notare velis verbum « processio » (*προβολή* apud Graecos) non ad duas processiones Filii et Sp. Sancti, sicut Latini dicimus, sed ad unam solummodo Spiritus Sancti, velut *propriam* vocem, restringi. In hoc autem loco Cabasilas

differre diceremus, *at nequaquam ita* (sicut aiunt Latini) *ut illa quidem ex solo Patre defluat, haec vero ex ambobus*; sed inquantum causa prima, qua Pater est, Filii; qua Productor est, Spiritus [Sancti] principium sit. Quid inde, quaeso, absurditatis nobis promanabit? Neque enim sane pertimescendum erit ne, *ex eo quod non realiter* Pater et Productor distinguantur, id ipsum circa Filium et Spiritum cogitetur. Demonstratum enim est minime necesse esse, ut generare et procedere *eiusdem in omnibus rationis sint*, sicut spirare et gignere. Quin imo falsum est non discriminari ea, quae in unum convenire possunt; accidentia enim respectu substantiarum quam maxime differunt, et profecto adeo etiam cum illis coniunguntur, ut ipsamet quovis alio modo subsistere nequeant, si forte a substantiis separentur ». [1]

In his latet sine dubio saltem allusio quaedam ad illam scotistarum positionem, exemplis etiam confirmari solitam, qua non tantam esse diversitatem in principiis quantam in principiatis autumant, cum principiata ad multitudinem tendant, principia vero ad unitatem. [2] In his quoque sufficiens ratio intelligitur cur in antecessum Cabasilas, argumentorum Sancti Thomae expositionem interrumpens, alterum illum de proportionalitate terminorum syllogismum tractaverit. [3] « Demonstratum enim est — ait — minime necesse esse, ut generari et procedere eiusdem in omnibus rationis sint, sicut spirare et gignere ». [4] Via enim ipsi iam ab initio refutationis Sancti Thomae complananda erat, ut solutioni suae, quam praecipue hoc loco ex sententia scotistarum sumit, fundamentum quoddam afferret. [5]

100. Porro ex doctrina S. Thomae illud etiam difficultatem Nilo parit: putat enim duplex principium divinitatis admitti debere, si

---

verbum πρόοδος minus proprie adhibuit, quod etiam ad generationem Filii indicandam valet; tamen ex sequentibus nullum dubium de vero sensu oriri potest.

[1] Fol. 323r-323v (n. 154).

[2] Cfr. v. gr. responsionem secundam Gulielmi VARRONIS; apud I. SLIPYI, *Num Spiritus Sanctus a Filio distinguatur si ab Eo non procederet*, p. 27.

[3] Vid. secundum syllogismum ad pp. 108-111.

[4] Fol. 323r (n. 154).

[5] Itaque Nilus noster positionem Duns Scoti eiusve asseclarum et plane cognovit, et eam sollerter contra Aquinatem adhibuit. Quam ob rem opere pretium esset fontes huius cognitionis penitus investigare; qui magna cum probabilitate, ut alio in loco innuebam (ad pp. 78-79), in operibus Barlaami nondum catholici reponendi esse fortasse videbuntur, siquidem celeberrimus ille vir in Calabria natus et latinorum operum cognitionem habebat, et ante Cabasilam haec eadem Sancti Thomae ratiocinia confutarat.

processiones divinae ratione principii discriminantur ita, ut « principium generationis Filii Pater solummodo sit, Spiritus autem [processionis] non solus Pater, sed una cum Patre etiam Filius ». [1]

Re tamen vera, quantum conicere licet, termini quaestionis infeliciter hic a Cabasila permiscentur et confunduntur. Ipse enim *de duplici principio divinitatis* expresse loquitur (quod pro ipso, qui solum Patrem fontem esse divinitatis admittit, absurdum sine dubio est); sed mentis intentio *non in id* potissimum, *sed in duplex Spiritus Sancti principium* fertur, quasi id ex Latinorum doctrina flueret. Latini quidem duplex *in* divinitate principium esse (*adiective* sumptum, scilicet, quod secundum numerum suppositorum multiplicatur), negare non possunt; imo id ad fidem catholicam pertinere asserunt, quotienscumque non solum Patrem, sed Filium quoque originem esse Spiritus Sancti confitentur. *Unum* autem, non duplex Spiritus Sancti *principium* adstruunt (*substantive* nempe acceptum, quod non habet determinatam suppositionem, sed confusam pro duabus Personis), quoniam ex Patre Filioque communi spiratione, tanquam ab uno principio, illum procedere dicunt. [2]

Confunduntur praeterea in praeiacta Cabasiliana paragrapho *principium quod* et *principium quo* divinarum processionum. Si enim utraque processio generationis et spirationis in Patre consideratur, unum, ut patet, principium *quod*, Personam sc. Patris, connotatur; et insimul duplex principium *quo* formale vel proximum earumdem, id est, virtus generativa Patris et spirativa, quae ratione distinguuntur. Quodsi processio Spiritus Sancti ex Patre Filioque attenditur, duplex principium *quod* realiter distinctum affirmatur, cum duo sint diversae Personae Pater et Filius; unum autem principium *quo* spirationis habetur, siquidem spirativa virtus communis Patri Filioque statuitur atque comprobatur. Quae quidem si comparantur cum his, quae a Cabasila praesenti in loco Latinis tribuuntur, longe ab ipsis posita esse invenientur; neque monstruosis consectariis, ut Nilus vult, ansam praebere videbuntur. Audiantur igitur, ut finem rei imponamus, ipsa eius verba, et ex dictis qualis sit eorum ad rem propositam valor planum fiet. « Etenim — ait — si utraque progressio sub diverso principio constituitur, diverso autem non ratione ut ipsi [Latini] illico responderent..., prorsus habetur ut principium illud numero subsit. Quin etiam, si utraque progressio sub diverso principio perficitur, ut ipsi dicunt, ergo minime sane sub uno eodemque; quodsi id obtinet, plane aliud et aliud principium erit: mirum

---

[1] Fol. 322v (n. 153).

[2] Vide de his omnibus S. Thomam, *Summa Theol.*, I, q. XXXVI, art. IV.

autem si haec non dicantur duo principia constituere ».[1] Haec, ut vides distinctione superius facta egent, ut in ore Latinorum, quibus adscribuntur, recta esse intelligantur.

Sed de his quidem satis nunc; ad aliud vero caput oratio decurrit.

CAPUT V

Syllogismus sextus: Generatur Filius « per modum » intellectus, ut Verbum; Spiritus Sanctus « per modum » voluntatis procedit, quasi Amor

101. Mirum fortasse videri posset Cabasilam nostrum ne minimum quidem in praeteriti argumenti disquisitione secundam partem ratiocinationis Aquinatis tetigisse. Nam ut ostendat Angelicus processiones in divinis per originis relationes discriminari, affirmat (et probat) eas, quamvis per modum intellectus et voluntatis prodire dicantur, adhuc non sufficienter distingui, si ad hoc ratio originis unius ab altera non adicitur.

Nullo tamen modo Thessalonicensis id oblivione praetermisit, sed potius cum vidisset Thomam denuo, ex eo quod Filius per modum intellectus generetur et Spiritus Sanctus per modum voluntatis procedat, argumentum pro origine Spiritus a Filio declaranda sumpsisse, rem ad completam tractationem huic loco amandandam curavit; eoque magis quod ratio, qua vim argumenti Latinus Doctor in hoc altero loco expressit, maximopere labilem infirmamque esse Cabasilas arbitratus est. Ipse enim, ut saepe alias monuimus, pro veri nominis demonstrationibus rationes Sancti Thomae sumit, easque sub hoc respectu impugnare satagit; ac proinde cum in novo argumento verba illa occurrant: « eo quod nihil amare possumus, nisi verbo cordis illud concipiamus », quae ex caducis fluxisque rebus erui videntur, facile censuit nullum aliud exinde fulcimentum doctrinae suae Angelico Doctori suppetere posse.

Quapropter iam ab initio capitis victoriam pro se invocare diceretur Nilus Cabasilas, qui suavi quadam ironia (ipsis etiam Angelici verbis utens) et conclusionem Aquinatis repetit, et infirmitatem rationis, qua ipsa fulcitur, insinuat. « Quibus positis — scribit —, concludere arbitratur Spiritum ex Filio procedere, aperteque affirmat probationis vim ex humanis nostrisque rebus desumptam fuisse, dum subiungit, et quidem velut rationem apponendo: ' eo quod nihil amare possumus, nisi verbo cordis illud concipiamus ' ».[2]

---

[1] Fol. 322^v-323^r (n. 153).

[2] Fol. 323^v-324^r (n. 156).

Verumtamen tota huius argumenti refutatio, quam Nilus instituit, paucis exponenda est. Gradatim et perspicue, ut moris eius est, Thessalonicensis quidem procedit; at, plane dicam, minus quam alias acutum ingenium sensumque theologicum ipse mihi nunc demonstrasse videtur.

102. Stuporem imprimis ostendit idcirco, quod pro Latinis divinarum processionum modus adeo perspectus sit, ut etiam generationem Filii per intellectum, ut Verbi, processionem Spiritus Sancti per voluntatem, quasi Amoris, haberi sciant. Undenam ipsi talia didicerunt? Adversus hanc audaciam non possunt Sancti Patres non insurgere. Hinc fit ut vivida comparatio statuatur inter Areopagitae, Gregorii Theologi et Damasceni dicta, uno ore inaccessibilitatem modorum, quo processiones fiunt, proclamantia, et placita Latinorum, qui « econtra etiam illa, quae Spiritus Sanctus occultavit, et sibi soli illorum cognitionem reservavit; haec, inquam, et se perspecta habere dictitant, et nobis, quia minime huius rei nosmetipsos persuademus, impietatis notam inurunt ». [1] Difficultatem deinde directe movet contra rem ipsam, quia si e Patris intellectione Filii generatio resultat, et e mutuo Patris et Filii amore Spiritus Sancti processio profluit, quam ob causam id ipsum fieri non dicitur cum considerantur vel Filii et Spiritus Sancti intellectio, vel similiter eorumdem caritas (quae eaedem ac Patris sunt), ita ut Patrem vel Filium vel seipsos producant? Imo quare tota Trinitas, cum seipsam et intelligat et amet, quartam aliquam Personam nequaquam efficit?

Haec quidem Nilus pro inconcussis habet; ita vero exponuntur, ut tanquam totidem absurditates ex doctrina Latinorum logice manare videantur. « Etenim — inquit — qui ea, quae praemittit, recta iudicat, omnino necesse est ut, vel etiam quae fluunt inde consectaria libenter amplectatur, vel, si ea velut absurda refugit, pudoris, quo afficitur, se ipsum esse causam arbitretur ». [2]

103. Porro quamvis doctrina ipsa, quae adeo absurda est, admitti posset (id, quod est omnino nefas), attamen sine restrictione reprobanda erit consequentia « huius mirabilis syllogismi », omni necessitatis illatione privata, utpote quae ex humanis rebus in supraessentialem Trinitatem coniecturas cadere praesumit. « Aptius vero —

---

[1] Fol. 325v (n. 162): « *Λατῖνοι δὲ καὶ ἅπερ ἀπεκρύψατο τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, ἑαυτῷ μόνῳ τὴν γνῶσιν τούτων τηρῶν, ταῦτα καὶ εἰδέναι φασί, καὶ ἡμᾶς μὴ πειθομένους ἀσεβείας γράφονται* ».

[2] Fol. 326r (n. 164).

ait Cabasilas — diceretur ita: quia hoc modo humanae res afficiuntur, ideo in divinis id ipsum non datur ». [1]

Quid autem si haec Latini non ad naturam ipsam processionum enucleandam statuant, sed illustrationis gratia, velut per imaginem aut quandam similitudinem? Improbandi nihilominus sunt, pergit Nilus, primo quidem quia non has, sed alias imagines Patres exposuerunt, deinde quia plane scimus quid ipsi de comparationibus sentiant, tertio denique quia nec etiam ex imaginibus traditione sancitis certam demonstrationem, qualem Latini volunt, fingere licet. « Quibus ita expositis — concludit aperte Cabasilas —, si nihil aliud esse generationem divinam ineffabilemque processionem affirmare pergant [Latini], quam intellectum et voluntatem, inter amentes aestimabuntur, quibus opus incumbit sagittis aerem transfigere. Sed si haec imaginis seu comparationis rationem induere credunt, vel investigent causam cur illa assumpta fuerint, *supposita prius probata re* (*ὁμολογουμένου πρότερον ὑποτιθέντος τοῦ πράγματος*), et nihil amplius de aliis sermo erit; vel, si id non obtinet, imaginibus omnino umbrisque et ipsi valedicere velint, ut fallacibus et veritate destitutis ». [2]

Post rotundam hanc conclusionem reliquum est ei solummodo ut obiectionibus quibusdam satisfaciat. Filius enim et *Verbum* appellatur (*fol. 328r*), et ipsi utrumque nomen, Filii sc. et Verbi proprie tribuitur (*fol. 328v*). Verumtamen haec pro Nilo valore prorsus carent, quandoquidem non solum Filium, sed etiam Patrem et Spiritum Sanctum, imo totam Trinitatem simul, *Verbi* nomine apud Dionysium insigniri respondet.

Denique tota Sancti Thomae refutatio ex mente Cabasilae ita clauditur, ut asserere fas sit, nedum per intellectum et voluntatem processiones divinae explicationem accipere possint, dissimilitudinem potius exinde patefieri, quae inter verbum mentis eiusque prolatorem ex una parte et ineffabilem Filii generationem ex altera longissime intercedit.

104. Sic quidem Cabasilas refutationem suam instituit; quaedam tamen circa ipsam adnotasse iuvabit. Primum revera id considerandum esse videtur, quod ad Latinorum systema Trinitarium attinet, *psychologicum* appellari solitum. [3] Nullus reapse locus Nilo esse debuisset plurimae illi admirationi, quam prima refutationis

---

[1] Fol. 326v (n. 165).

[2] Fol. 327v-328r (n. 170).

[3] Cfr. v. gr. Th. DE RÉGNON, *Etudes sur la Sainte Trinité*, t. I, p. 303 ss.

suae verba demonstrabant. Theoria enim haec, qua generatio Filii per modum Verbi intellectionis paternae, et Spiritus Sancti processio quasi mutuus Patris Filiique Amor consideratur, re quidem vera, *qua talis*, incognita Patribus Graecis dicenda est, non tamen adeo improbabilis et affirmationibus eorum contraria, ut sententiis illorum quibuscumque exclusa esse videatur.

Imo vero valde mirandum vicissim nobis est si Nilus noster, qui pressius vestigia magistri sui Palamae in multis persequitur, eius Capita Theologica attentis oculis nequaquam perlustrarit. Quaedam enim ex illis sunt, in quibus simillimum quid Augustiniani et Thomistici systematis clarissimis verbis adumbratum videmus. Noverat sine dubio Cabasilas opus illud, in quo per integra sex capita, sub numeris 34-40 posita, [1] non una invenitur cum doctrina Latinorum similitudo. Quae sequuntur exemplo sint. De Verbo quidem: «Optima illa et superexcellens bonitas — ait Palamas — est etiam fons bonitatis. Namque id est bonum et bonorum summum, nec deesse potest perfectae bonitati. Quia autem intellectus est perfecta et perfectissima bonitas, quid melius ex ea, velut ex fonte, manaret quam Verbum? Et quidem non simile verbi, quod nos proferimus..., sed simile verbi naturaliter ex quo nos Creator ad suam fecit imaginem, intellectui nostro insiti, nempe immanentis semper huic cognitionis... Itaque — pergit — Filius supremum Verbum est, et a nobis vocatur, ut sciamus eum esse perfectum in perfecta et propria Persona, quia ex Patre est et nihil a paterna substantia differt, sed est indiscriminatim idem ac ipse, non tamen [in] Persona, quae docet ab eo divine genitum esse Verbum ». [2] De Spiritu Sancto autem haec etiam habet, quae maximopere diceres Augustinum vel Thomam directe sapere: « Bonitas ex bonitate intellectuali, tanquam ex fonte, per generationem manans cum Verbum sit, Verbum autem sine Spiritu nemo intellectum habens concipere possit, ideo et Spiritum Sanctum Deus Dei Verbum habet secum ex Patre procedentem: Spiritum porro non similem spiritus concomitantis verbum nostris labiis prolatum... Ille autem *Spiritus supremi Verbi est velut ineffabilis quidam Genitoris erga ineffabiliter Genitum illud Verbum Amor*, quo ipsum Patris amabile Verbum et Filius Genitorem redamat, et quem habet ut secum ex Patre procedentem et intime in seipso requiescentem ».[3]

---

[1] Gregorius Palamas, *Capita Theologica*...; MG 150, 1141 C-1148 C.
[2] Ibid., 1144 BC.
[3] Ibid., 1144 D-1145 A.

105. Optimo quidem iure cl. P. Jugie[1] suspicatur centralem ideam huius conceptionis adfuisse Palamae ex attenta lectione librorum Sancti Augustini de Trinitate a Maximo Planude in linguam graecam translatorum, vel etiam ex ipsa Summa contra Gentiles, quam, quinque vel sex annis antequam e vivis excederet Gregorius Palamas, ipsum prae manibus habuisse in Cydoniana translatione graeca, improbabile minime est. Sive autem Palamas ex Latinis Magistris pulchram hanc theoriam mutuatus fuerit, sive eam proprio marte elaboraverit, certum est eandem ipsi summopere placuisse, qui etiam ab ipsa ductus, imagines Trinitatis, quae in animo hominum et in Angelis reperiuntur, propria quadam ratione, praeter id quod ab Augustino exponitur, enucleavit.[2] Neque vero propterea doctrinam hanc occidentalium ita alienam esse Palamas censuit, quae cum orientalium positione stare non posset. Ipse enim, qui eam adhibuit, adhaerendum necessario non credidit conclusioni Latinorum, qui exinde processionem Spiritus Sancti ex Patre Filioque probabant. Inde factum est ut Palamas, qui adeo cum Latinis concors in illis verbis apparebat, conclusionem ex diametro oppositam ex eisdem eduxerit, cum ibidem ait: « Nam veritas sapientiaque est Verbum Genitori consimillimum, quod Patri de ipso gaudenti congaudet...; hoc enim Patris et Filii ante saecula gaudium est Spiritus Sanctus, quo illi communiter coutuntur, unde ab utroque mittitur ad dignos; *sed ab uno Patre* originem ducit, *ideoque ab eo solo personaliter procedit* ».[3]

Haec quidem magister, discipulus vero Nilus Cabasilas non solum ex hac ratione Latinorum catholicum dogma non probat, quemadmodum Palamas, sed etiam miratur (quod Palamas nunquam fecit) doctrinam hanc, salvis Patrum documentis fideque ipsa, sustineri posse.

106. Sed est aliud adhuc, quod in hac Cabasiliana refutatione notandum venit. Laudandum sane est in Graeco Auctore saeculi XIV punctum difficultatis praecipuum contra systema hoc psychologicum Latinorum attactum esse. Intellectus enim et intellectio in natura radicantur, quae eadem ipsa est trium Personarum: quare ergo vel solus Pater generat, vel Filius unicus est?

Re quidem vera si P. de Régnon attendimus[4] (qui forsitan plus

---

[1] M. Jugie, art. *Palamas Grégoire*, DTC XI, 1766 s.
[2] Gregorius Palamas, op. cit.; MG 150, 1145 B-1148 C.
[3] Ibid., 1145 B.
[4] Th. de Régnon, op. cit., t. I, pp. 313 ss.

aequo systemate graeco delectatur, ita ut latinum minoris pretii apud ipsum sit), inveniemus nodum difficultatis insolubilem esse, siquidem ex huius auctoris iudicio distinctionibus subtilibus, quae ad solutionem afferuntur, non proprie res solvitur, sed obscuritate quadam, quae pro argumentis inservit, circumducitur. Neque ipse P. de Régnon plene solutionem potissimam acceptat, eam nempe, quae cum divo Thoma Filium procedere dicit ex intellectione divina, non autem simpliciter *qua divina est*, sed *quatenus Patris est*, ideoque cum ordinem dicat, sic accepta, ad personalem proprietatem primae Personae, neque a Filio neque a Spiritu Sancto haberi potest. Quae quidem solutio, licet a P. de Régnon velut habilis modus discedendi a praelio ordine non rupto consideretur, [1] at variis in locis a Sancto Thoma tanquam apta responsio clarissime adducitur, quemadmodum videre licet in his, quae de nomine Verbi ut personale et proprium Unigeniti Filii in quaestione XXXIV primae partis Summae Theologicae exposuit; [2] ibi enim per omnes fere obiectiones, quae afferuntur, praesens difficultas tangitur et validis rationibus (quantum mysterium altissimum patitur) positio Latinorum confirmatur.

Sed praeterea clarissimus locus est Angelici Doctoris, in quo haec eadem sapienter dicuntur. Quem integrum exscribere iuvat, quandoquidem dubium nullum est quin ipsum Nilus noverit, cum in capite vigesimo sexto Summae contra Gentiles reperiatur, in eo, scilicet, cui deinde ad reiciendum syllogismum octavum ipse Cabasilas inniti volet. Igitur sic Sanctus Thomas difficultatem et exponit et dissipat: «Si quis autem obiciens dicat quod in Filio, cum sit perfectus Deus, est virtus intellectiva perfecta, et sic potest producere verbum; et similiter, cum in Spiritu Sancto sit bonitas infinita, quae est communicationis principium, poterit alteri divinae Personae naturam divinam communicare; considerare debet quod Filius est Deus *ut genitus*, non ut generans: unde virtus intellectiva est in eo ut in procedente per modum verbi, non ut in producente verbum. Et similiter, cum Spiritus Sanctus sit Deus *ut procedens*, est in eo bonitas infinita ut in persona accipiente, non ut in communicante alteri bonitatem infinitam. Non enim distinguuntur ab invicem nisi solis relationibus, ut ex supra dictis patet. Tota igitur plenitudo divinitatis est in Filio, et eadem numero, quae est in Patre: sed cum relatione nativitatis, sicut in Patre cum relatione generationis acti-

---

[1] Th. DE RÉGNON, ibid., p. 315.

[2] Vide praesertim art. I ad 3um et art. II ad 4um.

vae. Unde, si relatio Patris attribueretur Filio, omnis distinctio tolleretur. Et eadem ratio est de Spiritu Sancto ». [1]

Harum autem rationum (quae nullatenus, ut innui, Cabasilam latere potuerunt, utpote quae in operibus Aquinatis maxime ab ipso cognitis reperiantur), ne minimam quidem allusionem, saltem per modum obiectionis factam, in textu Auctoris nostri invenire posses. Quo fit ut, postquam difficultatem cum absurdis bene multis, quae inde dimanare putat, nude exposuit, nullo concesso responsioni loco, velut si haec penitus exsularet, sic ovanti calamo rem concludit: Itaque « qui ea, quae praemittit (systema illud psychologicum intellige) recta iudicat, omnino necesse est ut, vel etiam quae fluunt inde consectaria libenter amplectatur, vel, si ea velut absurda refugit, pudoris, quo afficitur, se ipsum esse causam arbitretur ». [2]

107. Tertia res est quoque, quae in hac ipsa refutatione attentionem meretur. Nam postquam systema hoc ne per modum quidem imaginis seu comparationis admittendum esse scribit, mirabilem quandam obiectionum solvendarum rationem in illis, quae sequuntur, reperimus. Nam fundamentum Latinis est ad hoc ut generationem Filii per modum intellectus, ut Verbum, processionemque Spiritus Sancti quasi Amorem proponant, quod *nomen ipsum Verbi* Filio attributum tanquam proprium admittant, utpote quod proprietatem eius personalem exprimit. Hoc autem fundamentum penitus a Nilo Thessalonicensi, duobus locis pseudo-Dionysii relatis, pessum datur.

Primum igitur audias verba ipsa horum testimoniorum, qualia Nilus Areopagitae tribuit: « *Λόγος ὁ Θέος λέγεται, ὡς τῶν πάντων αἴτιος, πάντας τοὺς τῶν ὄντων λόγους ἐν ἑαυτῷ ἔχων, καὶ προειλεφὼς κατὰ μίαν ἁπλότητος ὑπερβολήν, καὶ ὡς λόγου καὶ γνώσεως πᾶσι τοῖς λογικοῖς αἴτιος* ». Et statim: « *Εἰ τὴν ὑπερούσιον κρυφιότητα ζωὴν ἢ οὐσίαν ἢ Θεὸν ἢ λόγον ὀνομάσαιμεν* ».[3] Valde equidem miror, cum haec legam, undenam talia ex hoc auctore Cabasilas acceperit, quandoquidem textus secundo loco positus in capite ad quod ipse alludere videtur non adest, primus vero sat mutatus adducitur. Bonae haec ipsius fidei plurimum detrahere censenda sunt, ut videtur; eoque magis quod paucis exceptis, iis, videlicet, e quibus difficultas ipsi

---

[1] S. THOMAS, *Summa contra Gentiles*, lib. IV, c. XXVI.

[2] Fol. 326^r (n. 164): « *Ὁ γὰρ τὰ ἡγούμενα ἀξιῶν, πάντως δήπου καὶ τὰ ἑπόμενα ἢ συγχωρήσει, ἢ φεύγων ὡς ἄτοπα, ἑαυτῷ τῆς αἰσχύνης αἴτιος ἔσται* ».

[3] Fol. 328^r-328^v (n. 171). – (Consulas oportet ea, quae dicuntur in notis ad hunc locum, in versione mea textus et in textu ipso, ad num. 171).

provenire potest, fideles citationes proferre soleat. Miror quoque ipsum materiali vocis « λόγος » apparentia delusum iri voluisse. Neque enim contextus ipse Dionysianus ad Personam aliquam determinatam Trinitatis directe alludit, sed de tota Deitate affirmat « rationem » esse, Deus enim « non solum rationis et mentis et sapientiae largitor est, sed [appellatur 'ratio' etiam] quia causas omnium in se ipso uniformiter anticipavit... ».[1]

108. Quin etiam huius Areopagitae loci commentatores non solum Latinos (Sanctum Thomam inter veteres [2] et Leonardum Lessium [3] inter recentiores) nominare placet, sed Graecos quoque ac praesertim divum Maximum, cui valde saepe contra Latinos Cabasilas fidit. Hi igitur omnes nequaquam de Dei genito Verbo haec intelligenda censuerunt, sed de essentiali totius Deitatis qualitate vel nomine, quatenus Deus Veritas vel Ratio (« λόγος ») est et rerum omnium causa exemplaris. Ex omnibus autem hoc valde perspicuum S. Maximi testimonium, quod ignorare Nilus minime potuit, sufficiat attulisse. Appellationem hanc (« λόγου ») sanctus Doctor, locum Areopagitae explicans, ad Deum Creatorem naturamque divinam refert. Ait enim « Ratio etiam Deus. De Dei Ratione, et cur dicatur Ratio, quid illa appellatio significet; unamque causam hoc loco dicit, propter quam nominetur Ratio: nimirum, quia rerum omnium causas in se ipso habet, *rationes* enim universae naturae sunt in ipso tanquam omnis creaturae auctore; per ipsum enim omnia; nam ideae et exemplaria in ipso, non alia in alio, sed sunt intellectiones aeternae et rationes, quae omnia faciunt, id est, natura: natura enim est ratio, quae causam et [sapientiam] habet, quia naturae rerum non sunt temere et frustra ».[4] Agitur, ut vides, in hoc loco de explicanda appellatione « λόγος » (Verbum, Veritas, Ratio), quam Deo Scriptura tribuit. Quod si quis diceret S. Maximum videri potissimum haec

---

[1] Ps.-Dionysius, *De Divinis Nominibus*, c. VII, § 4; MG 3, 872 C.

[2] S. Thomas, *Comment. in Lib. De div. Nominibus*, c. VII, lect. V.

[3] Cum Dionysio, Deum *ut rationem* considerat quoque Lessius: quam dicit esse divinam veritatem, a qua omnis veritas in creaturas transfunditur, *tum per creationem*, quia res per sapientiam divinam conditae sunt, et ab ipsis rebus in cognitionem nostram veritas transit, eaque mediante in affectus et mores; *tum per revelationem*, qua non iam ex obiectis veritas habetur, sed directe infuso lumine communicatur. (Cfr. *De perfectionibus divinis*, lib. VI, c. IV).

[4] S. Maximus Confessor, *Scholia in opus De divinis Nominibus*, Schol. ad c. VII, § 4; MG 4, 353 AB. (Cfr. MG 3, 872 C). — Notabis me versionem, quae datur in Migne, ab initio usque ad « *nimirum, quia* » correxisse; ibi enim pro *Ratione* semper vertitur *Verbum*, quod minus cum toto contextu cohaeret.

omnia intellexisse de Deo Filio, nam ait: «per ipsum enim omnia», «nam ideae et exemplaria in ipso»; considerare tamen debet, primum quidem, S. Maximum non de Deo Filio, ut Verbo genito, dicere, sed ut omnium rerum Conditori; deinde, praesertim, id non apparere, ne indirecte quidem, in textu ipso ps.-Dionysii (MG 3, 872C-873A), in quo illa solum inveniuntur, quae clarissima reddidit S. Thomas in suo commentario. Sermo, videlicet, volvitur de Deo quatenus «Ratio» est. Ibi enim, iuxta Areopagitae mentem, quadruplici modo vox «Ratio» de Deo praedicari dicitur: primo, ut est Deus causa cognitionis; secundo, quatenus ipse omnium rerum est causa, et simplicissimo modo omnes causas secundas in se ipso praeaccepit; tertio, quia Deus summa rerum dispositio est; quarto denique, propriissime, eo quod «divina ratio est magis *simplex super omnem simplicitatem* et *absoluta*, id est, separata vel abstracta, *ab omnibus*, inquantum secundum suam supersubstantialitatem est super omnia».

Nullum igitur valorem habent illa omnia, quae a Cabasila ad infirmandum divi Thomae argumentum in foliis 328^{r}-328^{v} proferuntur; quandoquidem nomen Verbi, quod aptissimum est ad generationem Filii per modum intellectus declarandam, proprium eiusdem esse minus sapienter impugnatum est.

109. Ne denique diutius ad singula immoremur, finalem quandam animadversionem adiungere debeo. In postremis namque clausulis, quae per folium 329^{r} decurrunt, alius error ex confusione quadam ortus reprehendendus est. Nempe proportionem illam considerat Nilus, quae inter subiectum loquens et verbum prolatum intercedit, ut concludat diversissimum ab ea esse modum sese habendi Patris generantis ad generatum Filium. Quocirca «quomodo exinde quod [hic] dicatur Verbum (etiam gratis supposita Nominis proprietate), eo ipso modus ineffabilis generationis cognoscibilis fieret?» Verumtamen attendere debuisset Thessalonicensis impugnator nunquam divum Thomam plenam comparationem instituisse inter Verbum subsistens et aeternum, Patri loquenti consubstantiale, et accidentale verbum intellectionis nostrae. Id certe Cabasilas ipse suspicari debebat, cum ab Aquinate audierit non simpliciter generationem divinam intellectum esse, vel Spiritus Sancti processionem, voluntatem; verum primam quidem *per modum intellectus* haberi, ut Verbum, alteram autem *per modum voluntatis*, quasi Amorem. [1]

[1] Cfr. v. gr. praeter c. XXIV lib. IV *Summae contra Gentiles*, quod maxime in quaestionem venit, *Summam Theologicam* quoque, ubi dicitur (P. I, q. XXVII art. II, in corpore): «Processio Verbi in divinis habet rationem generationis;

Differentiam profecto plurimam inter Verbum aeternum intellectionis divinae et caducum nostrum, pulchre Gregorius Palamas expressit, et mirum est magistri verba addictissimum ei Cabasilam fugisse. Itaque Verbum illud, quod, velut ex fonte, ex perfectissima illa intellectione Patris fluit, « non simile est verbi, quod nos proferimus — Palamas scribit —, hoc enim non est intellectus, sed corporis intellectu moti; nec simile verbi, quod nos intus componimus, hoc enim vocem quasi typis in nobis efformat; nec simile verbi, quod nos cogitamus, licet sine voce sit ac motibus omnino incorporeis excitatum, hoc enim est nobis posterius, et requirit intervalla et non pauca temporum spatia, discursu procedens, et ex principio imperfecto ad perfectum progrediens consectarium; sed simile verbi naturaliter... ». Eodem modo apprime distinxit Palamas inter spiritum seu affectionem nostram, quae intellectionem sequitur, et Spiritum illum Sanctum, quem velut Amorem Patris et Filii considerat: « Ideo et Spiritum Sanctum — ait — Deus Dei Verbum habet secum ex Patre procedentem: Spiritum porro non similem spiritus comitantis verbum nostris labiis prolatum; nec similem spiritus, vel incorporalis, coniuncti verbo, quod intus componimus aut quod cogitamus... Ille autem Spiritus Supremi Verbi est *velut* ineffabilis quidam Genitoris erga ineffabiliter Genitum illud Verbum, *Amor*, quo ipsum Patris amabile Verbum et Filius Genitorem redamat, et quem habet ut secum ex Patre procedentem et intime in seipso requiescentem ». [1]

Utinam Nilus Cabasilas differentias has, ut Palamas, bene perspiciens, impedimentum esse non iudicasset ad hoc, ut, sub imagine Verbi intellectus et Amoris voluntatis, generatio divina Filii et Spiritus Sancti processio a Latinis quodammodo declararentur. At, videlicet, haec Sancti Thomae pulcherrima ratio, quae, sicut ceterae omnes ab ipso propositae non verae demonstrationis characterem induit, sed declarationis solummodo, tanquam stricta demonstratio a Cabasila accipitur, [2] et inde acriter impugnatur.

Atque haec de sexto syllogismo dicta sint.

---

procedit enim *per modum* intelligibilis actionis ». Et deinde (in art. III, pariter in corpore): « Processio autem Verbi *attenditur* secundum actionem intelligibilem ». (Cfr. etiam ad haec Th. DE RÉGNON, op. cit., t. I, p. 304).

[1] GREGORIUS PALAMAS, *Capita Theologica...*; MG 150, 1144 B-1145 A.

[2] « Itaque — scribit Nilus, refutationem hanc claudens —, ex nomine hoc Verbi, qualis sit tandem eius generatio *demonstrari* nequit ». (Fol. 329r, n. 174).

CAPUT VI

Syllogismus septimus: In divinis Personis non potest esse alius ordo nisi originis

110. Perspicua quidem res est ordinem divinarum Personarum non uno in loco in operibus Patrum indicari, saepius enim de hoc ex sacra Scriptura edocebantur. Id autem probe animadvertens Sanctus Thomas et maxime perspiciens substantias immateriales, quales absque dubio Personae Trinitatis sunt, distingui non posse nisi secundum ordinem, ratiocinio conclusit hunc in divinis esse non posse nisi originis.

Positio vero Cabasilae clarissima pariter est; at prorsus contraria. Ordinem enim huiuscemodi in divinis adesse aperte negat. Quidam certe ordo, iuxta ipsum, in Deo habetur, qui ad pulcherrimum creationis ordinem omnia composuit; ignotus tamen, scilicet: « secundum ineffabilem quidem rationem et eo modo, quo Deus ipse de se declarare dignatur, non vero qualem nos ipsi tribuere velimus ».[1] Quibus verbis, quae iam ab initio huius capitis consulto perhibentur (et quidem sub Areopagitae auctoritate), ordinem illum originis inter Filium et Spiritum Sanctum a divo Thoma propositum, utpote humana ratione compertum, falsum et chimericum esse Nilus insinuat. Et sic deinde aperte ratiocinatur: ordo in Deo vel ratione essentiae vel ratione Personarum concipi posset. Primus quidem absurdus est, cum essentia divina semper in tribus Personis eadem et una perseveret; quoad alterum vero, ille ordo sufficere dicendus est, quocum proprietates personales distinctae ac inconfusae servari valeant. Age iam, ordo ille secundum originem « de Patre respectu Filii vel Spiritus optime sane concipitur; de Filio autem erga Spiritum ne cogitare quidem licet... Sed si contenti erimus proprietatibus Filii et Spiritus, quas nos ipse Spiritus Sanctus traditione docuit, contenti quoque *omnimoda aequalitate* [eorum] (quoniam aliqui etiam ordinem ordinisque principium illam esse recte senserunt)..., ordinem, qui inter ipsos est, et perspicere et custodire arbitramur, cum oporteat nos vel quomodocumque a recto veritatis tramite non deviare ».[2]

---

[1] Fol. 330r (n. 177): « *Ὡς ὁ θεῖός φησι Διονύσιος, πᾶσα ἀνάγκη καὶ τάξιν ἐκεῖ νομίζειν, κατὰ τὸν ἀπόρρητον μέντοι λόγον, καὶ ὥσπερ ἂν ἐκεῖνος εἴποι περὶ αὐτοῦ, οὐχ ἣν ἂν ἡμεῖς ἐκείνῳ δοίημεν* ».

[2] Fol. 331v (n. 182): « ... *ἀλλ' ἀρκούμενοι ταῖς ἰδιότησιν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, ἃς ἡμῖν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον παραδέδωκε, καὶ δὴ καὶ* τῇ διὰ πάντων ἰσότητι *(καὶ γὰρ ἔνιοι καὶ τοῦτο καὶ τάξιν καὶ ἀρχὴν τάξεως εὖ καὶ καλῶς ἐνόμισαν), οὕτω τὴν τάξιν τὴν ἐκείνων καὶ εἰδέναι νομίζομεν καὶ τηρεῖν, εἴπερ ἡμῖν μέλλει καὶ ὁπωσοῦν μὴ τῆς ἀληθείας διαμαρτεῖν* ».

Igitur pro Nilo Cabasila *ordo aequalitatis* sufficit inter Filium et Spiritum, cum ambo a Patre procedant, et distingui possint etiamsi unus ab altero non sit; inter quos si ratio originantis et originati assignari valeret, « exinde nihil fere christianorum dogmatum incolume servari videretur ». [1] Nullum pariter pro ipso valorem habet ordo Personarum in formula baptismali expressus, sicut ex Evangelio Sancti Ioannis educitur; siquidem nomina haec alias alio ordine ipsa quoque Scriptura nobis exhibet. Denique, ad totiens per integrum opus repetitum aufugium advolans, ordinem illum originis reicit hac generali ratione, quia « dum et causa, et principium, et fons, eodem prorsus modo ac sine principio esse, proprium quid esse Patris dici pergant », [2] Filio convenire idem nequit; illa enim personalia sunt, ac proinde cum Filio communicari non possunt.

111. Non ultra procedit Cabasilas in his, quae in septima Doctoris Angelici refutatione continentur; ergo ad aliud transire poteramus, nisi quaedam res minime despicienda attentionem nostram in praesenti quaestione diutius sustineret.

Mirari, videlicet, quisquam posset non adeo in his, sicut in moribus eius est, ad traditionem Patrum Nilum provocare; quamquam sine dubio, cum haec scribebat, oblivioni dare non poterat quoddam ex argumentis Latinorum (sc. decimum quartum) inde potissimum eductum esse, quod Patres, traditione et Scripturis permoti, ordinem originis Filium inter et Spiritum inveniri censent, ita ut qua ratione Filius ad Patrem refertur, eadem prorsus, id est, ob originis causam, Spiritus ad Filium referatur. Quam quidem traditionem Cabasilas, ut positionem suam servet nihilque Latinis concedat, negare vel in dubium revocare cogitur. Breviter ergo quae ibi discussa sunt adducere opportunum fore arbitror.

112. Arguebant profecto Latini in capite operis Cabasiliani XIV ex celeberrimo Basilii Magni documento, in quo contra Eunomium sic concludit: « Cur enim necesse est si dignitate ac ordine tertius est Spiritus, natura quoque eum esse tertium? Dignitate quidem secundum esse a Filio, tradit pietatis sermo, *cum habeat esse ab ipso, atque ab ipso accipiat et annuntiet nobis, et omnino ab illa causa dependeat*; at natura tertia uti, neque ex sanctis Scripturis edocti sumus, neque ex prius dictis ulla consequutione colligi potest. Quemadmodum enim Filius ordine quidem a Patre secundus est, quoniam

---

[1] Fol. 331ʳ (n. 182).
[2] Fol. 331ᵛ (n. 182).

ab illo est; dignitate vero, quoniam origo eius est et causa, ea re quod ipsius est Pater, et quoniam per ipsum accessus aditusque est ad Deum et Patrem; non autem natura secundus, quoniam deitas in utroque una est: ita profecto et Spiritus Sanctus, etsi tum ordine tum dignitate secundus a Filio est, tamen non iure sequitur ut sit alienae naturae ».[1] Hoc autem testimonium, quo apertissime Nilianum fundamentum ruit, duplici modo ab acuto impugnatore reicitur: corruptum namque textum hic exhiberi Nilus censet, et aliunde dogma latinum contextu non evinci.

113. Ad primum quod attinet, « multum quoque hoc caput — ipse ait — illegitimitatis accepit: non enim subtractionibus solum vel additionibus, sed utrisque simul improbum facinus [corruptionis textus] Latini perpetrare noverunt ».[2] Contendit itaque Cabasilas duas clausulas, quae sensum omnino mutant, *sublatas fuisse*; et e contrario aliam, quae ad Basilium nequaquam pertinet, *dolo accessisse.* Quam ob rem hoc modo textus restituendus iuxta ipsum esset: « Cur enim necesse est... Dignitate quidem secundum esse a Filio, tradit *fortasse* pietatis sermo; at natura tertia uti... Quemadmodum enim Filius ordine quidem..., ita profecto et Spiritus Sanctus, etsi tum ordine tum dignitate secundus a Filio est, *ut tandem hoc etiam concedamus*, tamen non iure sequitur ut sit alienae naturae ».[3]

---

[1] S. Basilius, *Lib. III contra Eunomium*; MG 29, 653 B-656 A. Notare velis editores Maurinos mendosam in hoc loco lectionem exhibere, licet de ea dubitent in nota 79 ibidem posita. Postea recte S. Basilium intellexerunt et ediderunt in praefatione ad tomum III operum huius Doctoris (vid. § IV; MG 32, 33-40). Praecipuum studium de hac quaestione invenies apud L. Vallée, *Dissertatio qua expenditur celebris locus S. Basilii de processione Spiritus Sancti*, Parisiis 1721. Summam totius rei praebet M. Jugie, *De processione Spiritus Sancti*, pp. 150-154.

Textus hic Magni Basilii, obiter tactus in sessione XIX, amplissime per quattuor alias sessiones (XX-XXIII) in Concilio Florentino examinatus et discussus fuit, ubi egregio modo Dominicanus Ioannes de Monte Nigro, Provincialis Lombardiae, contra Marcum Eugenicum dimicavit, ut eum catholico sensu tueretur (cfr. Mansi, 31 A, 757 et 788-876; quibus omnibus correspondent in Actis Latinorum collationes XVII-XX, ut videre poteris apud Giustiniani, pp. 212-257). Totam discussionem in compendium redactam dabit tibi Hefele-Leclercq, *Histoire des Conciles*, t. VII/2, pp. 989 ss.

[2] Fol. 202v; initio solutionis decimi quarti capitis Latinorum.

[3] Videre potes textum hoc modo tanquam genuinum Sancti Basilii a Cabasila relatum ad fol. 204r-204v. In hac transcriptione mea verba addita in opere Cabasilae (« fortasse » « ut tandem hoc etiam concedamus ») parenthesi unius anguli includuntur; illa vero omissa (« cum habeat esse ab ipso, atque ab ipso accipiat et annuntiet nobis, et omnino ab illa causa dependeat ») supplentur

Mihi quidem, ut id quod sentio aperte declarem, valde placet Cabasilam, medii Aevi hominem, textualis critices quaestiones agitantem videre: lectionem nempe diversitatem in variis codicibus adesse concedit, at, nimis confidens veritati suae causae, non solum maximam partem codicum pro se haberi gratis credidit, sed etiam illos huiusmodi esse, qui ob antiquitatem suam plurimum auctoritatis conciliare, ob multitudinem autem (nam « per omnem terram undequaque sparsi reperiuntur »), perdifficulter corruptioni obnoxios fuisse censerentur. Haec quidem Nilus asserit prae oculis habens loquutionem illam « *cum habeat esse ab ipso...* », quam supposititiam esse arbitratur. Et gratis fortasse fere omnium codicum multitudinem in hoc casu pro se invocavit; at prorsus errat cum de aliis duabus dubitativis clausulis « *fortasse* » et « *ut tandem hoc etiam concedamus* », quas sublatas putat, confidenter affirmat « nullum unquam apud ipsos [Graecos] apographum inveniri, quod istis dubitationis particulis liberum sit ». [1]

114. Sed tamen cum etiam quidam codices lectionem a Latinis propugnatam habeant, etiamsi haec ex rationibus externis parum probabilis ipsi appareat, internam criticam textus Cabasilas instituendam curat. « Haec, quae dicta sunt — scribit —, sufficiebant quidem, sicut superius dixi, ut illi qui nos adoriuntur, non valde huic [ipsorum] sententiae confiderent; sed, ut ultra quam necesse est veritas nota fiat, adducam locum ipsum, tam quem ipsi probant, quam qui a nobis rectus existimatur; et inde videbimus quid ex ra-

---

verbis inter uncinos quadros positis. Legas: « *Τίς γὰρ ἀνάγκη, εἰ τῷ ἀξιώματι καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ Πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; Ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ Υἱοῦ,* [*om.* *παρ' αὐτοῦ τὸ εἶναι ἔχον, καὶ παρ' αὐτοῦ λαμβάνον, καὶ ἀναγγέλλον ἡμῖν, καὶ ὅλως τῆς αἰτίας ἐκείνης ἐξημμένον*], *παραδίδωσιν* ⟨*add.* *ἴσως*⟩ *ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος· φύσει δὲ τρίτῃ κεχρῆσθαι, οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων γραφῶν δεδιδάγμεθα, οὔτε ἐκ τῶν προειρημένων κατὰ τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν συλλογίσασθαι. Ὡς γὰρ ὁ Υἱὸς τάξει μὲν δεύτερος τοῦ Πατρός, ὅτι ἀπ' ἐκείνου, καὶ ἀξιώματι, ὅτι ἀρχὴ καὶ αἰτία τῷ εἶναι αὐτοῦ Πατέρα, καὶ ὅτι δι' αὐτοῦ ἡ πρόσοδος καὶ ἡ προσαγωγὴ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, φύσει δὲ οὐκέτι δεύτερος, διότι ἡ θεότης ἐν ἑκατέρῳ μία· οὕτω δηλονότι καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον εἰ καὶ ὑποβέβηκε τὸν Υἱὸν τῇ τε τάξει καὶ τῷ ἀξιώματι* ⟨*add.* *ἵν' ὅλως καὶ συγχωρήσαιμεν*⟩, *οὐκέτ' ἂν εἰκότως καὶ τῇ φύσει λέγοιτο τρίτον* ».

[1] Fol. 205v. Quod magna exstet codicum in hoc puncto differentia, ex Concilii Florentini sessionibus satis claret. (Cfr. GIUSTINIANI, *Acta Conc. Florentini*, pp. 212 ss.). Ceterum archiepiscopus Mitylenensis secum portavit ad Concilium antiquissimum codicem, in quo textus S. Basilii aderat iuxta lectionem a Latinis propugnatam (ibid., p. 227). Nilus igitur minime debuisset affirmationibus uti, sed probationibus.

tionibus illorum, quid ex nostris sequatur, vel potius necesse esse illorum placita proscribi, nostram autem sententiam retineri ».[1]

Analysis igitur contextus statim ab eo fit, qui acute admodum ad id omnino tendit, ut Eunomius improbatus a Basilio appareat, eo quod credat Patres de Spiritu Sancto affirmasse dignitate et ordine secundum a Filio esse. Nam (ratiocinatur Nilus) omnino sequeretur, quemadmodum Latini volunt, Spiritum Sanctum ex Filio procedere, si secundus ab illo dignitate et ordine esset, *sicut* ipse Filius, qui ex Patre exsistentiam habet, a Patre revera dignitate et ordine secundus habetur. Verumtamen ex Patribus nequaquam id colligitur; ergo Spiritus Sanctus non est a Filio; ergo clausulam illam, quae id evincit, Magnus Basilius apponere non potuit. Itaque « additio haec *Latinorum* multum improbitatis, multum blasphemiae continet, sed magnam insimul imperitiam: etenim vel non legerunt, vel si legerunt, nequaquam assequuti sunt quid tandem secundum [Eunomii] obiectionem intenderit Doctor ».[2] Quin imo ipse sanctus Cappadox « audaciam existimat — pergit Nilus —, et novitatem appellat secundum esse Spiritum a Filio ordine et dignitate »;[3] ac proinde, iuxta ipsum Nilum, particulae illae dubitativae, quae in codicibus Latinorum non adsunt, omnino ad Basilium pertinere dicendae sunt: quippe qui oratione, ut fertur, concessiva et hypothetica maiori quodam argumenti robore contra adversarium arguit.

115. Re quidem vera placet, ut superius dixi, criticam hanc textus expositionem apud veterem saeculi XIV auctorem invenire, quae valde sincera primo adspectu apparet, eoque amplius, quod non solum ad contextum ipsum obiecti loci quaestio revocatur, sed etiam ad ea, quae immediate ante ipsum a divo Basilio dicta erant. Ibi enim haec leguntur, quae specie tenus pro Cabasila faciunt: « Deinde dicit [Eunomius] a Sanctis quidem se didicisse tertium esse ordine ac dignitate Spiritum; a se autem ipso credere natura quoque tertium esse. Qui vero sint Sancti illi et in quibus scriptis hanc doctrinam tradiderint, dicere non potest. Fuitne unquam homo sic audax, qui divinorum dogmatum innovationes induceret? ».[4] Si

---

[1] Fol. 203v.

[2] Fol. 205r: « Ἀλλὰ προσθήκη [τῶν] Λατίνων πολὺ μὲν τὸ κακοῦργον καὶ βλάσφημον, πολὺ δὲ καὶ τὸ ἀμαθὲς ἔχουσα· ἢ γὰρ οὐκ ἀνέγνωσαν, ἢ ἀναγνόντες οὐκ ἔγνωσαν τί ποτε κατὰ τὴν ἔνστασιν ὁ διδάσκαλος βούλεται».

[3] Fol. 205v.

[4] S. Basilius, *Lib. III contra Eunomium*; MG 29, 653 B. Hanc etiam obiectionem a Cabasila desumptam Marcus Ephesius protulit in Flor. Conc. sess. XX (Mansi 31 A, 776 AB), quam pulchre a Ioanne de Monte Nigro solutam

autem opus Constantinopolitani Patriarchae, Ioannis Becci, De processione Spiritus Sancti perlustramus, quod quidem ignotum Cabasilae minime esse potuit (cum e contrario opera huius magna ex parte argumenta Latinorum, ut videtur, Cabasiliano tractatui subministraverint), inveniemus profecto quaestionem hanc ipsam de genuinitate testimonii Sancti Basilii duobus primis capitibus abunde, et multo profundius quam in Thessalonicensi, et diverso prorsus modo enodatam esse.[1] Factum variarum lectionum in codicibus admittit; sed, postquam verisimilibus rationibus authenticitatem testimonii pro lectione Latinorum stare probavit, ad internas rationes accedit ut criticam textus, sicut Nilus, instituat. Attamen diversum omnino iter ad illum examinandum arripit, illud, inquam, quod consulto devitasse Cabasilas mihi videtur.

116. En igitur paucis pulchra Ioannis Becci argumentatio. Textus a Latinis tanquam divi Basilii propugnatus (id est, cum clausula, quam Graeci additam esse dicunt, et restrictivis particulis carens, quas ipsimet sublatas subdole fuisse contendunt), et apprime cum doctrina aliorum Patrum ipsiusque Basilii in aliis operibus consonantiam servat, et, potissimum, nullam rectam intelligentiam praebet, nisi sic legatur; quandoquidem, Graecorum placitis admissis, verba Magni Doctoris eius operis scopo contradicere viderentur.

Ad primum quod attinet, testimonia affert Gregorii Nysseni[2] et Cyrilli Alexandrini,[3] qui aperte eandem doctrinam tradiderunt exsistentiae Spiritus ex Filio; quo fit ut textus Basilii traditione destitutus minime censeri debeat. Decurrente vero sermone duos adhuc textus eiusdem Nysseni Beccus affert, quibus revera secundus ordine a Filio Spiritus Sanctus datur intelligi, quamvis id ibi conceptis verbis non dicatur. Brevitatis causa, primum solummodo ex allatis lo-

---

videas in eiusdem Conc. sessione XXII (ibid., 838 D-844 D). Optima hic adest totius loci Sancti Basilli Caesariensis interpretatio.

[1] Cfr. IOANNES BECCUS, *De processione Spiritus S.*; MG 141, 157-186.

[2] NYSSENUS, *Homil. in Orat. Dominicam*: «... At Spiritus Sanctus et ex Patre dicitur, et ex Filio esse perhibetur... »; MG 46, 1109 B.

[3] Ex Sancto CYRILLO determinata testimonia hoc loco BECCUS non affert; sed de eo affirmat saepe in theologicis suis tractatibus edixisse Spiritum ex Filio exsistentiam habere. - (Ad exemplum venire poterant tria illa testimonia, ex quibus argumentum decimum nonum Latinorum conficitur, quorum primum ex commentario ad prophetiam Ioelis desumitur (MG 71, 377 D), alterum adest in Oratione ad Theodosium Imperatorem (MG 76, 1188 AB), tertium denique in Libro Thesaurorum de Trinitate, Assertione XXXIV, reperitur (MG 75, 600 D). Cfr. fol. 211r in opere Nili Cabasilae.

cum hic commemorabo, eum nempe, qui ex libro I contra Eunomium [1] desumitur. Exinde Beccus arguit: « Quemadmodum enim ibi — ait — praeintelligi dicitur Pater Filio causae ratione, nec ulla alia assignari potest ratio quare Filio praeintelligatur Pater, nisi quod Filius ex Patre est: et praeintelligi Filius Spiritui ratione causae, nec ulla alia assignatur ratio quare praeintelligatur Spiritui Filius, nisi quod Spiritus per Filium est; pariter et in hoc loco secundus est Filius a Patre, quod ex Patre est; secundus est Spiritus a Filio, quod per Filium est ». Et concludit acute rationem suam, pro qua testimonia Nysseni afferre voluit. « Qui itaque — sic Beccus — a veris genuinisque voluminibus *dictum indicans Spiritum a Filio habere quod sit* eraserunt, si, ut antea fassi sumus, ex universa oratione delevissent dictum alterum insinuans *Spiritum dignitate esse secundum a Filio*, forte aliquem ex propria improbitate fructum cepissent ».[2]

117. Cum autem scopum verborum divi Basilii examinat Beccus (quod erat secundo loco propositum), optime probat sensu vacuam futuram fore loquutionem illam: « dignitate et ordine tertius est Spiritus », si existentia Spiritus Sancti a Filio reicitur. Quae quidem verba non solum hypothetice (ut apud Cabasilam), sed absolute admittenda sunt, utpote traditione Patrum innixa. Nulla enim alia ratione, nisi originis, secundas partes respectu Filii Spiritum habere recta mente conciperetur. Statuamus proportionem illam ex mente et ex verbis Magni Basilii, pergit Beccus ratiocinari: sicut Filius secundus a Patre est ordine quidem, quia ex ipso originem ducit, dignitate vero, quia per ipsum accessus ad Deum Patrem obtinetur, ita quoque Spiritus ordine ac dignitate secundus a Filio nominari debet. Age vero: deme clausulam illam, qua exsistentiam Spiritus ex Filio discimus, quamque additam existimant Graeci, et insimul restrictivas duas alias appone, et illico sensus totius loquutionis et argumenti robur evanescit.

---

[1] NYSSENUS, *Contra Eunomium*, lib. I; MG 45, 464 BC: « *Ὡs γὰρ συνάπτεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱός, καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι ἔχων, οὐχ ὑστερίζει κατὰ τὴν ὕπαρξιν· οὕτω πάλιν καὶ τοῦ Μονογενοῦς ἔχεται τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, ἐπινοίᾳ μόνῃ κατὰ τὸν τῆς αἰτίας λόγον προθεωρουμένου τῆς τοῦ Πνεύματος ὑποστάσεως* ».

[2] IOANNES BECCUS, *De Processione Spiritus Sancti*, num. 8; MG 141, 172 A. Ceterum hic textus S. GREG. NYSSENI, de quo agit Beccus, ut omnes fere similes, a Cabasila intelligitur de consubstantialitate Filii et Spiritus Sancti in solutione ad argumentum vigesimum quintum Latinorum (cfr. fol. 243^r). Alter NYSSENI textus a Becco prolatus ex *Oratione ad Ablabium* sumitur (cfr. MG 45, 133 AC), et pariter a Cabasila reicitur in argumenti vigesimi tertii refutatione (cfr. fol. 232^r-238^v).

Opportunum igitur erit Ioannis Becci verba ipsa, etsi forsan longiora, nunc transcribere. « Sed quis scit, inquiunt adversarii — ipse ait —, an Sanctus [Basilius] opinetur secundas partes Spiritus respectu Filii proportione quidem respondere secundis Filii partibus respectu Patris? - Quis scit? qui theologica dicta diligenter percurrit, quibus similis proportio plane innotescit. Quae licet pleraque sint, pauca nihilominus hic apponemus, contenti tantummodo dictis Magni Athanasii, quae Magnus ille in epistula ad Serapionem de Spiritu Sancto usurpavit ».

« Sanctus enim in ea ita loquitur: ' Etenim si propter Verbi unionem ad Patrem abnuunt creaturam esse ipsum Filium, qua de causa Spiritum Sanctum eiusdem unitatis ad Filium, quam Filius habet ad Patrem, creaturam esse asserunt? ' [1] Et pluribus interiectis: ' Profecto Filius quidem a Patre mittitur: Sic enim — inquit — Deus mundum dilexit, ut Filium suum Unigenitum daret. [2] Filius vero Spiritum mittit: Si enim — ait — Ego abiero, mittam Paraclitum. [3] Et Filius quidem Patrem glorificat dicens: Pater, Ego Te glorificavi, [4] Spiritus vero glorificat Filium: Ille enim — dicit — me glorificabit. [5] Et Filius quidem dicit: Quae audivi a Patre, haec et loquor in mundum, [6] Spiritus vero ex Filio accipit: Ex meo enim accipiet — ait —, et annuntiabit vobis. [7] Et Filius quidem in nomine Patris venit; ita etiam, Spiritus Sanctus — inquit Filius —, quem mittet Pater in nomine meo. [8] Hunc itaque ordinem et naturam erga Filium possidente Spiritu, quam et Filius possidet erga Patrem, qua ratione qui hunc creaturam asserit non idem et de Filio excogitabit? ' ».[9]

« Qui haec theologica dicta — pergit adhuc Beccus — accurate perpendat, aequo animo prorsus assensum praebebit concordabitque cum affirmantibus illa solummodo ratione Spiritum dici secundum a Filio, qua et Filius a Patre esse secundus adstruitur. Quodsi id non esset, nunquam Magnus Basilius decimo septimo ad Amphilochium capite scripsisset: [10] ' itaque quemadmodum se habet Filius ad Pa-

---

[1] ATHANASIUS, *Epist. I ad Serapionem*, num. 2; MG 26, 533 A.

[2] IOAN. III, 16.

[3] IOAN. XVI, 17.

[4] IOAN. XVII, 4.

[5] IOAN. XVI, 14.

[6] IOAN. XV, 15.

[7] IOAN. XVI, 14.

[8] IOAN. XIV, 26.

[9] ATHANASIUS, *Epist. I ad Serapionem*; MG 26, 580 AB.

[10] BASILIUS, *Liber de Spiritu Sancto*, c. XVII; MG 32, 148 A. Versionem huius loci praebeo, quam editio Migne in hoc loco affert, reiecta illa quam in-

trem, ita ad Filium sese habet Spiritus, secundum traditum in baptismo verborum ordinem. Quodsi Spiritus Filio iunctus est, Filius autem Patri, liquet ipsum etiam Spiritum Patri adiungi ' ». [1]

Sic Beccus Sanctorum Patrum vestigia premens et mentem ipsorum scrutans; verumtamen Nilus Cabasilas in hac refutatione argumenti S. Thomae ex ordine in divinis non solum despicere visus est allatam explicationem Patriarchae Constantinopolitani, quam absque dubio noverat, sed etiam proportionem quamlibet intercedere ratione ordinis, inter Spiritum et Filium, ut adest in testimonio S. Basilii, prorsus negat. Ad finem enim refutationis suae concedit, ut superius diximus, ordinem originis adesse inter Filium vel Spiritum respectu Patris; at Spiritus respectu Filii, nullo modo. *Ordine enim aequalitatis* inter ipsos omnia, quae in divinis salvanda sunt, apprime componuntur, ut putat. [2]

118. Longiorem fortasse de hac quaestione disputationem instituimus, sed quae momento non caret, ut arbitror. Attamen antequam argumentum hoc de ordine iuxta textum S. Basilii relinquamus, aliud adhuc punctum agitare debemus. Etenim Nilus Cabasilas ad finem tractationis decimi quarti capitis, quod simul cum septimo syllogismo Sancti Thomae nunc examinamus, celebrem quendam virum inducit, Nicetam dico Maronensem, qui etsi pro Latinis fuerat, tamen testimonium reddit, iuxta ipsum, rectae lectionis, qua documentum Magni Basilii accipiatur necesse est. Qua quidem ratione existimat Cabasilas argumentum Latinorum valde infirmari, licet ex eo Nicetas conclusionem illorum educere conatus sit.

Huius igitur viri magna est pro Nilo auctoritas, eundemque hoc allicienti modo introducit: « Praeterea vel ipsi Latini testimonium fortasse redderent dictionem Magni Basilii cum nostra convenire. Quis enim Nicetam nostrum ignorare invenietur? nostrum, inquam, quia Thessalonicae Episcopus fuit; quamquam in doctrina de Spiritu Sancto valde ad Latinos accedere, nostrisque adversari visus est. Igitur is in secundo eius de Spiritu dialogo, cum sententiam hanc Magni Basilii recordatus esset, ipsam exponit; at exponit recte, eoque modo, quo nos ea adduximus, et sicut in omnibus apographis iacere

---

terpres Becci nobis dedit, quae cum veritate sermonis graeci originalis non conformatur.

[1] IOANNES BECCUS, *De Processione Spiritus Sancti*, num. 6; MG 141, 165 C-168 B.

[2] Cfr. fol. 331v (n. 182).

ipsam adinvenit. Sed concludi ex ipsa existimat, secundum ordinem qui in Trinitate servatur, Spiritum ex Filio procedere ».

« Iam vero, si explicite positum in sententia invenisset Spiritum ex Filio exsistentiam habere, cur (siquidem praesto aderat id, quod quaerebatur, et illud ibi habebat), cur, inquam, insudavit ut id ipsum argumentando educere conaretur? Quodsi ab illo tempus annorum quinquaginta supra ducentos, et plurium adhuc, decurrit, vixit enim cum quartus Comnenorum Imperium obtineret, [1] omnino horum annorum summam multum excedunt apographa, quae apud nos inveniuntur, quaeque illo modo loquutionem ferunt. Si vero tempus in transcriptis codicibus magnum quoddam subsidium ad defensionem veritatis praestare videtur, etiam illud una cum hostibus genuinitatem nostrorum testificatur, quippe quod antiquissimos codices nostros esse declaret ».[2]

119. Sic profecto Cabasilas; attamen difficultas, si quae est, directa Maronensis lectione evanescit. Nam in Bibliotheca Apostolica Vaticana codicem quendam continentem Dialogos huius auctoris de Spiritu Sancto inspicere potuimus (Vat. gr. 1115), in quo testimonium divi Basilii eo modo, quo a Latinis in Concilio Florentino legebatur, adest. Numquid codex a Cabasila adhibitus aliam lectionem corruptam exhibebat? Secus enim ipse dolosae fidei in his, quae scripsit, iure incusaretur. Verum enim vero corrupta illa lectio, si daretur, cum toto Nicetae contextu nequaquam aptari potest. Sic enim locus, ad quem alluditur, sese habet: « Idem iterum [Basilius] et in tertio eiusdem operis libro optime refutans Eunomium (qui Spiritum tertium esse dicebat, tanquam tertiam a Patre naturam habentem, quippe qui et ordine et dignitate tertius sit), non negat hunc tertium esse ordine et dignitate, imo potius concedere apparet; sed minime, inquit, necesse est ut, quod ordine et dignitate tertium est, illud natura quoque tertium sit. Audi et ipsa eius verba, dicit enim

---

[1] Comnenorum quartus, Manuel, Imperator fuit annis 1143-1180. Placet notasse Cabasilam nostrum accuratum esse in chronologiis stabiliendis tam Imperatorum quam Thessalonicensis Ecclesiae Praesulum. Imo documentum, ut videtur, *definitivum* hoc loco Nilus praebet, ut aetas huius Thessalonicensis Metropolitae, quoad eius fieri potest, exacte definiatur. Et sic contradictio solvitur, in quam Mgr L. PETIT incurrit cum iterum anno 1918 retractavit notas illas de *Synodico Thessalonicensi*, quas anno 1901 in periodico *Echos d'Orient* proponere coepit. Vide, sis, quae ab ipso dicuntur in t. V (1901) p. 28, et deinde in t. XVIII (1918) p. 253. Plenam de his tractationem invenies apud M. JUGIE, art. *Nicétas de Maronée*; DTC XI 474-475.

[2] Fol. 206r-206v.

ita ». (Hic exscribit Nicetas textum Basilii cum loquutione illa: *cum ab eo habeat esse, et cum ab eo accipiat et nuntiet nobis, et omnino ab illa causa dependeat*; et sine restrictionibus illis duabus: *fortasse* et *ut etiam illud concedamus*. Tum argumentum pro Latinis educit, et tandem ad quodvis dubium tollendum et ad Doctoris Caesariensis mentem plene exponendam, ita sequitur): « Idem Magnus Basilius in epistula ad Gregorium fratrem, cuius epistulae initium est: ' Quoniam multi naturae communionem in religiosis dogmatibus non discernentes ', ita dicit: ' Quoniam igitur Spiritus Sanctus, ex quo omnis bonorum fons in creaturas manat, ex Filio pendet, quocum inseparabiliter comprehenditur, connexum a Patris substantia suum habet esse, unde et procedit; hoc [autem] habet signum distinctivum suae secundum Personam proprietatis, *quod post Filium et cum ipso noscitur* et ex Patre exsistit ' ». [1]

« Ibi igitur — pergit argumentari Maronensis — [id est, in libro III contra Eunomium, Basilius] dicit Patrem ante Filium esse positum secundum relationem, quam ad eum habet tanquam auctor; et Filium a Patre secundum esse et ordine et dignitate, quoniam ab illo est; concedit autem et Spiritum esse tertium, scilicet, et illum ordine et dignitate, non autem natura. Hic vero [id est, in epistula ad Gregorium fratrem] iterum Spiritui indicium proprietatis secundum Personam [esse dicit], quod post Filium et cum ipso noscatur atque ex Patre exsistat. Et iterum verbis illis ' *et cum ipso* ' adiectis, ostendit verba ' *post Filium* ' ordinis et dignitatis, minime vero naturae differentis habere significationem. Propter enim identitatem naturae et divinae gloriae et inseparabilitatem, et propterea quod tempore minime distinguatur a Filio Spiritus, hunc *una cum Filio* nosci dicit; propter ordinem vero et dignitatem, *post Filium* ». [2]

---

[1] Cfr. *Epistulam XXXVIII Sancti* Basilii *ad Gregorium fratrem*, num. 4; (MG 32, 329 C), ubi fortasse clarior adhuc latina interpretatio redditur. Textus autem originalis hic est: « *'Επειδὴ τοίνυν τὸ Ἅγιον Πνεῦμα, ἀφ' οὗ πᾶσα ἐπὶ τὴν κτίσιν ἡ τῶν ἀγαθῶν χορηγία πηγάζει, τοῦ Υἱοῦ μὲν ἤρτηται, ᾧ ἀδιαστάτως συγκαταλαμβάνεται· τῆς δὲ τοῦ Πατρὸς αἰτίας ἐξημμένον ἔχει τὸ εἶναι, ὅθεν καὶ ἐκπορεύεται· τοῦτο γνωριστικὸν τῆς κατὰ τὴν ὑπόστασιν ἰδιότητος σημεῖον ἔχει, τὸ μετὰ τὸν Υἱὸν καὶ σὺν αὐτῷ γνωρίζεσθαι, καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὑφεστάναι* ».

[2] Cfr. cod. Vat. gr. 1115, fol. 14r-14v. Editionem habes textus graeci in *Bessarione*, ser. III, vol. IX (1912), pp. 104-106; versionem autem latinam, quam adduxi, Professoris N. Festa, in eodem volumine pp. 284-285. - In editione *dialogorum* Nicetae Thessalonicensis a Hergenröther facta, et in Collectione Migne graeca t. 139 posita, locus noster non adest, quoniam ibi huius operis editio fragmentaria solum est.

Quid autem vel clarius vel accuratius dictum quaeri posset ad Sanctorum Patrum mentem exprimendam, sive Basilium dicas sive ceteros, qui cum Basilio ordinem esse, et quidem originis, in divinis inde hauriunt, quod Filius a Patre secundus sit, secundus autem eadem proportione Spiritus Sanctus a Filio? Qua vero de causa Cabasilas noster, qui ad Nicetam Maronensem appellaverat, totam huius argumentationem (quam optime norat), afferre nullatenus curavit?

Sed de argumento ordinis satis dictum est; duo adhuc restant *Summae contra Gentiles* syllogismi, qui perinde ac praecedentes a Thessalonicensi Metropolita reiciuntur.

CAPUT VII

Syllogismus octavus: Esse principium Spiritus Sancti est praeter rationem paternitatis et filiationis, ac proinde Patri Filioque commune

120. Syllogismus hic S. Thomae, qui in ordine a Nilo praestituto octavus est, breviter ab ipso tractatur, ac, ut mihi videtur, non solvitur nisi petitione principii, quandoquidem ea, quae praecipue in quaestionem veniunt, tanquam multis iam probata supponuntur. Concedit enim Cabasilas Patrem et Filium, quantum ad unitatem essentiae non differre; concedit etiam principium esse Spiritus Sancti praeter paternitatis et filiationis rationem haberi. Cetera autem, quae in syllogismo Aquinatis adsunt, falsa esse autumat.

Duo igitur reiciuntur, scilicet: Patrem et Filium non differre nisi, quemadmodum Angelicus loquitur, in hoc quod hic est Pater et hic est Filius, seu quod idem est, eos solis relativis proprietatibus discriminari; et secundo, consequentia huius praecedentis propositionis, id est, commune esse Patri et Filio quidquid in ipsis inveniatur, quod rationem illarum relativarum proprietatum excedat.

121. Iam illud primum, ut par est, totius refutationis Cabasilianae cardo esse videtur; sed in hoc tractando petitio principii, de qua dicebam, occurrit. Re quidem vera inter proprietates Personam Patris constituentes collocat causam et fontem et principium esse divinitatis, item solum Patrem talem esse fontem, sine principio esse, et simul aliarum Personarum principium dici. Quae quidem omnia, si postremum excipias, nisi prius ut probatum supponatur Filium fontem et principium vere etiam nominari et esse non posse, profecto rem a Nilo statutam minime evincunt. Neque vero obstat quod so-

lus Pater fons divinitatis a Dionysio et ab aliis praedicetur; id enim, ut saepe saepius Latini dixerunt et Cabasilas nullatenus hucusque destruere potuit, verum quoque est, etiamsi Filius fons divinitatis Spiritus Sancti censeatur, dum simpliciter non originarius fons, sed fons de fonte nominetur et sit.

Postremum vero illud, quod Cabasilas (tacito nomine Nazianzenum adhibens) proprium Patris esse dicit, id est, quod principii expers et principium sit, reapse excipiendum est, ut asserui; non autem ita ut placitum Graeci hominis habeatur, qui exinde verum esse non putat Patrem et Filium solummodo in hoc distingui quod hic est Pater et hic est Filius. Proprietas enim illa, etsi formaliter Patrem non constituit, at certe reductive, ut sic loquar, cum de distinctione Patris a Filio quaestio fit. Id ipsum fortasse clarius videbitur in his, quae sequuntur. Etenim Nilus statim post haec quaecumque ad Patrem pertinent (sive dicas principii expertem esse, sive Ingenitum nominari, sive origine carere, quae omnia unam eandemque rem exprimere censentur), in unum congerit; illudque «et diversum esse — ait — a paternitatis ratione, et efficere proprietatem Patris, et characteristicum esse modi, quo Pater exsistit». [1]

122. Tum, ad hoc ut plane demonstret non solum Patrem Filiumque, ut Thomas vult, in hoc discerni quod hic est Pater, hic vero Filius, sed praeterea vel innascibilitate vel Ingeniti proprietate vel quod principio careat vel ceteris, quibus res eadem efferri posset, Nazianzenum iterum (reticito etiam nomine) adducit, qui omnia Patris Filium habere dicit, excepta innascibilitate; et Iustinum (pseudo-Iustinum), qui modum exsistendi Patris per «Ingeniti» vocem declarari ait, eoque ab aliis Personis discriminari. Quin imo, quasi victoria parta, ad testimonium omni exceptione maius ipsius Sancti Thomae appellat, «qui in vigesimo sexto capite quarti libri contra Gentiles» (ait Cabasilas, exactissimam ut nunquam alias citationem Angelici ferens) «Pater a Filio — inquit — distinguitur paternitatis relatione *et innascibilitate*». Ergo etiam quadam re praeter paternitatem, concludit acerrimus adversarius; «ergo veritati non innititur sermo ille, qui Patrem Filiumque non discernit, nisi quatenus alius quidem Pater est, alius vero Filius». [2] Nihil autem amplius post haec Cabasilas impugnationem suam extendit, quasi hac

---

[1] Fol. 332r-332v (n. 185): «Καὶ χωρὶς δὲ τούτου, τὸ ἄναρχον καὶ τὸ ἀγέννητον ἢ τὸ ἀναίτιον ἢ ὅπως ἄν τις ἐθέλοι καλεῖν, καὶ ἄλλο παρὰ τὸν τῆς πατρότητος λόγον ἐστί, καὶ ἴδιόν ἐστι τοῦ Πατρός, καὶ τρόπον ὑπάρξεως χαρακτηρίζει τοῦ πῶς ἐστιν ὁ Πατήρ».

[2] Fol. 232v (n. 186).

sua exceptione de innascibilitate res omnino contra Aquinatem conclusa esse videretur.

Verum enim vero qui tali studio verbis S. Thomae utitur, cum in proprium commodum illa facere videntur, attendere quoque debuisset et scopum dicentis et alia, quibus aliis in locis (ipsi Cabasilae etiam cognitis), citatio illa declaratur. Etenim illinc potissimum difficultatis solutionem haurimus, quam paulo superius innuebam, videlicet: illas omnes proprietates *reductive* ad relationem paternitatis, quando de Filio sermo est, intelligi debere.

123. At Aquinatem ipsum audire placet, cum quaerit an « Ingenitum » sit Patris proprium: « Ad tertium dicendum quod, secundum Damascenum,[1] ' Ingenitum ' uno modo significat idem quod *increatum*, et sic secundum substantiam dicitur; per hoc enim differt substantia creata ab increata. Alio modo significat id *quod non est genitum*. Et sic relative dicitur, eo modo quo negatio reducitur ad genus affirmationis, sicut *non homo* ad genus substantiae, et *non album* ad genus qualitatis. Unde cum *genitum* in divinis relationem importet, *Ingenitum* etiam ad relationem pertinet. Et sic non sequitur quod Pater ingenitus distinguatur a Filio genito secundum substantiam, sed solum secundum relationem, inquantum, scilicet, relatio Filii negatur de Patre ».[2]

Quid ad haec Nilus? Equidem exspectabam instantiam illam, quam scotistae, quibus nonnunquam affinis Thessalonicensis ostenditur, contra argumentum Sancti Thomae movere solent. Arguunt sane ex eo, quod posset dici differre Patrem Filiumque activa quoque spiratione, hoc modo: quod generatio et spiratio sunt simultaneae productiones, et ideo repugnat spirato quod generet, et genito quod spiret. Quoniam autem a Nilo saltem directe id non tangitur, supervacaneum esset in ipsis immorari; cum ceterum in systemate Angelici Doctoris operosae solutionis ea non sint, quamadmodum optime Ferrariensis[3] et Capreoli[4] commentaria demonstrant. Notanda tamen haec videbantur, quoniam eorum disquisitio et solutio intimo nexu, id quod facile intelligitur, uniuntur cum his, quae in superioribus de psychologico processionum Trinitatis systemate, necnon de ordine divinarum Personarum tractata manent.

---

[1] Damascenus, *De Fide Orthodoxa*, lib. I, c. VIII; MG 94, 817 AC.

[2] S. Thomas, *Summa Theol.*, I, q. XXIII, art. IV, ad 3um.

[3] In editione *Operum Sancti Thomae* Leonina, t. XV, p. 98.

[4] I. Capreolus, *Defensiones Theologiae divi Thomae Aquinatis* (1900) t. II; I Sent., Dist. XI, q. I, p. 25.

124. Iam igitur de altera propositione a Nilo Cabasila reprehensa pauca dicenda suppetunt. Falsitate quoque laborat, iuxta ipsum, quod ab Angelico subiungitur: commune esse Patri Filioque totum illud, quod praeter paternitatis et filiationis rationem statuatur. Sed notandum erit huiusmodi propositionem tam a Cabasila quam a Sancto Thoma ut consequentiam prioris nunc examinatae logice considerari, ideoque ad ipsam enucleandam non multum eos attendere. Et merito quidem; nam a Cabasila, qui antecedens negabat, consequens negandum pariter erat; et e contrario veritas consequentiae pro Aquinate perspicue elucebat, quippe qui antecedens, quantum opus fuit, probatum dederit. Ergo ad aliud transeundum statim esset, nisi prius notatu dignam existimarem quandam affirmationem, quam ad finem refutationis praesentis syllogismi Nilus introducit.[1]

Mitto enim hominem nostrum infirmare illud voluisse, scilicet: quidquam commune fore Patri Filioque, quod non pariter Spiritui Sancto conveniat. Suum autem intentum traditione Apostolorum et Patrum obtinere putat, Patres enim saepe asserunt communia esse quoque Spiritus Sancti quaecumque communiter Patri et Filio sunt; attamen non attendit id quidem de attributis essentialibus divinitatis ab ipsis affirmari. Illud igitur mitto; sed miraberis profecto cum ita dicentem Cabasilam audias: « Sed etiamsi concederemus id ita esse, tamen adhuc falsum esset, quidquid praeter paternitatis et filiationis rationem adduci possit, commune Patri Filioque fore necessario. Cum enim ea, quibus distinguitur a Filio Pater, multa esse demonstrata sint, impossibile fit ut eadem Filio vel quomodocumque tribuantur ».[2] Verumtamen quaero: nonne parum superius ipse Nilus ad innascibilitatem illa omnia reducenda esse affirmabat? nonne hac potissimum ratione Thomam Aquinatem, etiam ex ipsius Aquinatis verbis, confutatum iri dicebat? Sed haec iam pridem, adducta responsione Sancti Thomae, soluta sunt.

His igitur animadversis, ad alia, quae restant, gressum facere licet.

---

[1] Fol. 332v (n. 187).

[2] Fol. 333r (n. 187): *«Πολλῶν γὰρ δειχθέντων, οἷς ὁ Πατὴρ διακρίνεται τοῦ Υἱοῦ, ἀδύνατον ἐκεῖνα τῷ Υἱῷ νέμειν καὶ ὁπωσοῦν»*.

CAPUT VIII

Syllogismus nonus: Non est repugnans id, quod est a principio secundum unam processionem, esse principium processionis alterius

125. Pervenimus nunc ad postremam e ratione argumentationem Sancti Thomae, quae de hac re in capite XXIV Summae contra Gentiles habetur, quae quidem perinde ac reliquae prius examinatae pro Nilo Cabasila quovis valore destituta est. Quodsi in superiore refutatione recursus ad scotistica argumenta contra rationem Angelici saltem apertus non apparebat, is certe in praesenti quaestione plene elucet, tum quoad modum, quo refutatio Aquinatis ducitur, tum etiam quoad rationes ipsas, et, paene dicam, quoad ipsa verba, quibus huiusmodi rationes explicantur. Sub lingua enim attica Cabasilae et sub eius nitidissimo stilo voces cuiusvis asseclae scotisticae scholae, Aureolum supponamus verbi gratia, resonare videntur. Modus autem refutationis ille est, ut omnia, quae a Thoma dicuntur, proportione servata pro se ipso Nilus convertat, contrariam conclusionem educendo. Iam, rationes quibus haec fulcitur, duae praesertim exponuntur.

Prima quidem principalem propositionem Sancti Thomae, illam nempe, qua Filio tribuitur quidquid non est contra rationem filiationis, indirecte impetit. Propositionem enim illam argumentum ad conclusionem Latinorum validum nequaquam constituere, dilemmate quodam Nilus ostendere conatur. Quid de paternitate dicendum erit? — ipse quaerit; paternitas enim vel contra rationem Filii non est, et tunc illud accidit, ut etiam ipsa ei tribuenda sit (et hoc patet, quoniam secundum modum arguendi Angelici Doctoris, impossibile non est eam Filio convenire, ergo potest esse, ac proinde est, cum in divinis esse et posse non differant), vel filiationis rationi repugnare creditur. Sed id postremum non obtinet, nam evenire posset ut de facto Filius pater fieret. Fulcimentum huius rei, quae agendo de divinis Personis stuporem ingerit, in naturalibus quotidie observatur, arguit Graecus Cabasilas cum scotistis; et licet quae exinde desumerentur nihil valoris pro ipso sint, sicut saepius edixit, tamen ad convincendum erroris Aquinatem, qui ex naturalibus rationes suae theologiae adinvenit, plurimam vim habere ipse arbitratur. [1] Quodsi hoc datur, pergit Nilus, insufficiens quoque ad distinctionem censeri debet quod alter generet, alter vero generetur,

---

[1] Fol. 333v (n. 189).

quia utrumque in uno eodemque adesse poterit, « nam quilibet fere hominum et pater et filius est ».

Verumtamen iterum nunc illa omnia loca adducere posset Angelicus, quorum ignarus Thessalonicensis esse non poterat, illa, inquam, loca, ex quibus neque plures Patres, neque plures Filii in Trinitate concipere fas esse opportune demonstravit.[1] Quam ob rem cum in syllogismo suo Thomas scribit: « Quidquid non est contra rationem alicuius non est impossibile ei convenire, *nisi forte per accidens* », haec hypothesis, ex qua altera pars dilemmatis Cabasiliani et adiuncta ratio vim accipere videntur, quando de divinis agitur, locum non habere supponitur ab Angelico, qui probe sciebat nihil per accidens divinis Personis evenire posse.

126. Alia igitur ratio ad Thomam refellendum Cabasilae est excogitanda, si certamen vincere intendit. Quare etiam argumentum retorsionis ab ipso subiungitur: ex eisdem, scilicet, praemissis Aquinatis educere liceret Graecis Spiritum Sanctum tanquam Filii principium exsistere.

« Quidquid non est contra rationem alicuius — inquit Nilus verbis Angelici inhaerendo —, non est impossibile ei convenire; esse autem principium Filii non est contra rationem Spiritus Sancti. Neque inquantum est Deus: utpote Pater et Deus est et Filii principium. Neque inquantum est Spiritus: eo quod alia est progressio Filii et Spiritus Sancti; non est autem repugnans id quod est a principio secundum unam progressionem, esse principium progressionis alterius. Relinquitur igitur quod non sit impossibile Spiritum Sanctum esse principium Filii. Quod autem non est impossibile, potest esse. In divinis autem non differt esse et posse ».[2] Profecto cum haec audiuntur, etsi graece scripta, scotistam Aureolum sic quoque contra Thomam scribentem audire videmur: « ... dicetur pari ratione quod Pater communicat Spiritui Sancto quod generet Filium, ita ut Pater solus spiret Spiritum Sanctum, Pater autem et Spiritus Sanctus simul generent Filium. Non enim repugnat Spiritui Sancto generare ratione divinitatis, quia tunc Patri non [id] competeret. Nec quia productus est, quia productum generare potest, sicut videmus in creatis. Nec ratione spirationis, quia nullam habitudinem habet ad generationem ».[3]

---

[1] Cfr. ex. gr. *Summa Theol.* I, q. XXVII, a. III, V; q. XXX, a. II; et *Summa contra Gent.*, lib. IV, cc. XIII et XXVI.

[2] Fol. 334ʳ (n. 192).

[3] Cfr. I. CAPREOLUS, op. cit., t. II, p. 25. Haec ex AUREOLO desumuntur in I Sent., dist. XI, q. I, art. 1.

Solutio Latinorum, quam illos huic difficultati oppposituros esse Cabasilas putat, ex eo petitur quod in argumento Thomae praesupponitur Filium ex solo Patre generari posse. Cuius quidem rationis vim probe videbat acutus polemista, nulloque alio modo ipsam effugere potuit, nisi iterata retorsione difficultatis. At frustra; ratio enim, quam attulit, obviae solutionis esse, tot argumenta Latinorum abunde demonstrabant. « Verumtamen si dicerent praesupponi in illis Filium ex solo Patre generari posse, respondebimus non minus etiam a nobis illud praesupponi, quod explicite a theologis proclamatur, cum vel ' Spiritum ex Filio esse non dicimus ' aiunt, vel Spiritus Sancti causam Filium non habere, vel solum fontem Deitatis esse Patrem ». [1] Haec, inquam, nullius negotii sunt, sed pro ipso, qui nunquam admisit explicationem harum sententiarum a Latinis oblatam, inconcussa manere videbantur.

127. Attamen in frequentissimis illis Latinorum cum Graecis disputationibus, ex quibus moraliter certum est argumenta scotistarum illum didicisse (cum directa Aureoli aliorumque lectione uti non posset, neque aliunde horum opera graecis translationibus circumferrentur), aliquid amplius tanquam scotistarum audire debuit, quod ipse in hunc locum, et quidem non inconsulto (quantum conicere possumus), nequaquam retulit. Scotistae namque (qui non dogma catholicum, sed vim probativam rationum Sancti Thomae, aliis innixi principiis, impugnabant), responsione adversariorum, quam praevidebant, minime persuadebantur; ut apparet ex Aureolo, qui immediate post verba supra relata ita loquitur: « Et si dicatur quod immo [id est quod Spiritui Sancto generare repugnat], quia spiratio est a genito, petitur illud, quod quaeritur, et ratio remanet inefficax ». [2]

Sed, videlicet, huc adducere rem, periculosum Cabasilae evaderet; siquidem ad illa Angelicus Doctor facilius respondere potuisset processionem Spiritus, quae per modum voluntatis habetur, processionem Filii praesupponere, quae per modum intellectus, ut Verbum, fit; qua responsione tum scotistae tum Cabasilas ipsemet reicerentur. Aquinas enim in Summa Theologica ait: « Licet enim in Deo non sit aliud intellectus et voluntas, tamen de ratione intellectus et

---

[1] Fol. 334v (n. 193). – Allusio fit in hoc loco primum ad DAMASCENUM, *De Fide Orthodoxa*, c. VIII (MG 94, 832 B); deinde ad NAZIANZENUM, *Orat. in Aegyptiorum adventum* (MG 36, 252 A); denique ad Ps.-DIONYSIUM, *De div. Nominibus*, c. II, § 5 (MG 3, 641 D).

[2] Apud I. CAPREOLUM, op. cit., p. 25.

voluntatis est quod processiones, quae sunt secundum actiones utriusque, se habeant secundum quemdam ordinem. Non enim est processio amoris, nisi in ordine ad processionem Verbi, nihil enim potest amari, nisi sit intellectu praeconceptum ». [1] Pariter in libro IV Summae contra Gentiles (ne alii afferantur loci praeter quam illi, quos Nilus bene norat) sic scribit: « Quod autem aliquid sit in voluntate, ut amatum in amante, ordinem quendam habet ad conceptionem, qua ab intellectu concipitur, et ad ipsam rem cuius intellectualis conceptio dicitur verbum; non enim amaretur aliquid, nisi aliquo modo cognosceretur; nec solum amati cognitio amatur, sed secundum quod in se bonum est. Necesse est igitur quod amor, quo Deus est in voluntate divina ut amatum in amante, et a Verbo Dei, et a Deo, cuius est Verbum, procedat ». [2]

Ceterum haec omnia, quae iam antea agitata erant ab ipso Thoma in sexto syllogismo, quo psychologica ratione processiones divinae illustrabantur, licet optima sint et, ut videtur, huiusmodi quae, petitione principii vitata, quam obiciebant scotistae, potissimum fundamentum veritatis in praesenti syllogismo Aquinati praebeant; non ita facile Thessalonicensem nostrum poterant persuadere, qui illa omnia de ordine in divinis, necnon de generatione Filii, ut Verbi, et de processione Spiritus Sancti, quasi Amoris, totis viribus superius admittere recusavit.

At vero nonne Nilus contra splendidissimum lumen sponte sua caecus fit?

CAPUT IX

De quattuor aliis syllogismis (10-13), qui a Nilo Cabasila Angelico Doctori tribuuntur

128. Igitur expositae manent refutationes rationum divi Thomae, prout a Cabasila dantur. Cum autem in capite XXIV libri IV Summae contra Gentiles, quod prae oculis Cabasilas habet, nullae aliae ab Angelico Doctore allatae sint ad Spiritus Sancti processionem ex Filio declarandam, hic etiam sistere debebat recensio nostra. Quin imo oportebat quoque ut in opere Cabasiliano quaestio de syllogismis finem hic obtinuisset. Et re quidem vera ipsa verba, qui-

---

[1] S. Thomas, *Summa Theol.*, I, q. XXVII, art. III ad 3um.

[2] S. Thomas, *Summa contra Gentiles*, lib. IV, c. XIX, ubi explicantur quomodo intelligenda sint quae de Spiritu Sancto dicuntur. Hic igitur locus legitimam Cabasilae curiositatem fugisse, verisimile non videtur.

bus superior refutatio nona clauditur, idem indicare viderentur; illa enim velut perfectae rei coronam scripta esse dixeris. «Igitur quod a nobis initio certaminis de syllogismis dictum est, idem et hic et ad unumquemque fere syllogismorum dici potest, nempe: eosdem, nedum aliud quidquam, dedecus profecto continere; sed consequenter ipsis omnia fluere. Et revera quod syllogismis his nihil minus demonstrari possit quam Spiritum Sanctum ex Filio esse, sufficiens ratio erit ut quivis eisdem locus in christiana theologia denegetur. Quapropter fugiendum ab huiusmodi ratiociniis nobis est, ne tandem aliquando inscii in profundum malorum demergamur, et in extremo periculo collocemur ». [1]

Tamen subsequuntur adhuc quattuor Latinorum capita ad totidem syllogismos explanandos, qui e sententia Cabasilae ad ipsum divum Thomam referendi essent. Quod autem haec fuerit Nili mens, vix ambigere licet, postquam videmus Demetrium Cydonium in defensione sua Sancti Thomae, totiens a me adhibita, syllogismos hos pari ratione ac ceteros praecedentes examinare perrexisse. Quod tamen brevissime fecit, quoniam aequo animo ferre non poterat propter illos Angelicum Magistrum reprehendi, cum nusquam loci in operibus huius, ut iacent, inveniantur.

129. Equidem mecum saepius cogitaveram num forsitan hos syllogismos Cabasilas invenerit apud quendam ex Graecis auctoribus, qui ante ipsum pro Latinis dimicarunt. At spes me fefellit, neque post assiduam et continuatam quorumdam illorum lectionem quidquam repperi, quod reapse illos repraesentare diceretur. Multa enim in Niceta Maronensi, ut quaedam nomina proferam, vel in operibus Ioannis Becci, vel apud Meliteniotam aut Georgium Metochitam adsunt, quae doctrinam tradunt horum syllogismorum; syllogismi tamen nostri non sunt, qui, ut fit semper apud Cabasilam, probabiliter ad verbum ex fonte translati dici possunt. Eorum igitur immediatum auctorem adhuc ignoramus.

At ex alia parte cum ipsi, si bene intelliguntur, sententiam divi Thomae, sin minus formalibus verbis, re tamen ipsa generatim exprimant, satis prudenter, ut opinor, ad hanc circa ipsos conclusionem devenire possumus. Videlicet, ut bonam admittentes explicationem, quam superius Demetrius Cydonius attulit, cum de secundo syllogismo proportionalitatis terminorum agebatur, [2] dicere debemus hos a Nilo collectos esse e disputationibus ore tenus habitis inter Lati-

---

[1] Fol. 334v (n. 193).
[2] Vide, sis, superius pp. 108-110.

nos vel sic dictos Latinophrones et Graecos; in quibus Latini ad ratiocinia sua firmanda auctoritatem Sancti Thomae, etiam nullo particulari loco adducto, in medium proferebant. Profecto hac ratione utrumque, ut videtur, sat clare componi poterit: et quod Cabasilas forte putaverit syllogismos, quos a disceptantibus audiebat, esse reapse divi Thomae (cuius non cuncta opera noverat), et quod Angelici Doctoris defensor, Cydonius, ipsos huic abiudicandos diceret, quippe qui in operibus Latini Magistri non exstarent, neque in singulis verbis consuetum modum loquendi Sancti Thomae statim proderent. Haec, inquam, verisimilia sunt, quandoquidem in orali disputatione facile accidit, ut accurata illa terminorum expressio in scriptis libris adhiberi solita quodammodo deficiat.

Quibus ita notatis, horum qui sequuntur syllogismorum non plenam analysim instituimus, sed quaedam de ipsis solummodo indicamus, quae ad mentem et positionem Cabasilae dignoscendam sufficere possunt.

§ 1. *Syllogismus decimus*

Activa spiratio constitutivum
Personae Patris non est.

130. Huius argumenti ratio, ut apparet, exinde petitur quod constitutivum Personae Patris solum paternitas sit, non autem activa spiratio. Igitur cum haec Personae Patris *characteristica* non sit (quemadmodum in hoc loco auctor syllogismi loquitur, characteristicum pro constitutivo adhibens), minime unius Patris propria est, ac proinde communis est Filio; adeo, ut communis quoque esset Spiritui Sancto, nisi id repugnantiam includeret.

Fundamentum huius ratiocinii praebere videntur illa, quae Angelicus diversis in locis in quaestionibus de Potentia explanavit. Ad solvendam enim septimam difficultatem articuli IV in quaestione decima, ita *de proprio et communi* in divinis scribit: « Ad septimum dicendum, quod omne quod est in divinis est commune vel proprium. Sed proprium dupliciter dicitur: uno modo simpliciter et absolute, quod uni soli convenit, sicut risibile homini; alio modo dicitur aliquid proprium, non simpliciter, sed ad aliquid; ut si dicatur quod rationale est proprium homini in comparatione ad equum, licet et alii conveniat, scilicet angelo. Est ergo in divinis aliquid *commune*, quod convenit *tribus Personis*, ut esse Deum et huiusmodi; aliquid quod est *proprium simpliciter*, quod convenit *uni Personae* tantum; et aliquid quod est *proprium quoad aliquid*, sicut spirare Spiritum Sanctum est proprium Patri et Filio per respectum ad Spiritum

Sanctum; tale enim proprium oportet in divinis poni, etiamsi Spiritus Sanctus non sit a Filio; quia esse ab alio adhuc remanet proprium Filio et Spiritui Sancto in comparatione ad Patrem ». [1]

Postea vero in articulo V definit quaenam ex variis his proprietatibus, quae in una Persona divina inveniri possunt, constitutiva dicenda sit: « ... cum in Patre sint duae relationes, scilicet, paternitas et activa spiratio, *sola paternitas* constituit Personam Patris: unde dicitur *proprietas sive relatio personalis*; spiratio vero activa est relatio Personae *non personalis*, quasi Personae iam constitutae superveniens ». [2] Ac tandem sic in responsione difficultatum eiusdem articuli V totam rem claudit: « Ad duodecimum dicendum, quod eaedem secundum rem in divinis sunt proprietates et relationes et notiones; nisi quod *proprietates* sunt solum *tres*, scilicet paternitas, filiatio et processio; *relationes* autem sunt *quattuor*, addita praedictis proprietatibus tribus communi spiratione, quae relatio quidem est, non tamen proprietas, quia non uni Personae convenit, sed duabus. *Notiones* vero sunt *quinque*, addita innascibilitate; quae non est relatio, sed notio, quia per eam Pater innotescit; est etiam proprietas, quia convenit soli Patri; non tamen proprietas personalis, quia non constituit personam Patris... Sciendum tamen est, quod neque proprietas neque relatio, in quantum huiusmodi, habent rationem constituendi Personam. Nam cum Persona sit rationalis naturae individua substantia, id quod est extra substantiam Personam constituere non potest; unde *in rebus creatis* proprietates et relationes non sunt constituentes, sed magis advenientes constitutis personis. *In divinis autem* ipsa relatio, quae est etiam proprietas, est divina essentia; et ex hoc habet quod id, quod per eam constitutum est, sit Persona: nisi enim paternitas esset divina essentia, nullatenus hoc nomen ' Pater ' significaret Personam, sed solum accidens relativum Personae, sicut patet in personis humanis ». [3]

131. Haec quidem adducenda erant, quia si defensionem Sancti Thomae a Cydonio factam percurrimus, confusio quaedam oriri posset ex permutata, nescio quare, terminorum intelligentia. Sic enim ipse syllogismum, ut a Cabasila positum, intellexit: « Quod autem gignere proprietas constitutiva Patris sit, spirare autem characteristicum ipsius, nescio quo loco operum Thomae legatur; sed neque, sicut ipse affirmat, proprium Patris unquam dixerit Thomas

---

[1] S. THOMAS, *Quaest. disputatae de Potentia*, q. X, art. IV ad 7um.

[2] Ibid., art. V in corpore circa medium.

[3] Ibid., art. V ad 12um.

spirare, sic enim vicissim ex solo Patre exsistentiam habere Spiritum [Sanctum] dixisset »,[1] ubi videtur ipse Cydonius syllogismo, qui in opere Nili habetur, non omnino concordare. Attamen in decursu expositionis opinionem Sancti Thomae de hac re hanc esse ait: « In divinis Personis alia sunt propria, alia vero communia; ex propriis vero alia propriissima et ceteris incommunicabilia, quae personalia et « *ὑποστατικά* » appellat, et haec sunt Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus. Ex communibus autem, alia Personis omnibus communia, quae essentialia vocat, sicut sapiens, et bonus, et vita, et alia similia; alia « *ἀφωρισμένα* » (determinata, attributa) uni Personae vel Personis, ut dictum est, quae appellat « *γνωρίσματα* » (notiones), vel si vis, characteristica, sicut hic [syllogismus] ait. Quibus positis, non facile intelligo quid [Nilus] intendat cum improbat verbum illud ' constitutivum ' a Thoma prolatum, siquidem illud etiam a contradictoribus Latinorum saepe adhibetur ... ».[2] Hic igitur, ut vides, omnino locis supra adductis Sancti Thomae concors Cydonius apparet, ex quibus fundamentum syllogismi erutum fuisse videtur.

His autem animadversis, breviter ad Cabasilam nostrum accedimus, ut perpendamus qua eum ratione praesentem syllogismum solvere sategerit, quem sophismatum cumulum appellavit. Duobus autem modis potissimum refutatio fit, cum ipse reicere debeat affirmationes duas, quae sibi magnopere displicere videntur. « Ait enim [syllogismus] — inquit Cabasilas — Patrem non insigniri nomine hoc [Patris] ex eo, quod Productor sit, et etiam Personam Patris inde characterem sumere (intelligas, *constitui*, Nilus enim, sicut syllogismus, pro eodem sumit et characteristicum et constitutivum), unde nomen obtinet. Attamen ut ostendamus utrumque falsum esse, non multa quidem verba nobis opus erunt ».[3]

Primum igitur rem miram ostendere vult, denominationem nempe « Patris » accipi non solum ex eo, quod hic generet, sed etiam ex eo, quod spiret. Scripturam et Patrum interpretationes pro argumentis affert, et lectorem revocat ad ea, quae ad obiectionem Latinorum trigesimam secundam fuse tractavit.[4] Argumentatio maxime ex illo textu ducitur: « Omne donum perfectum desursum est, descendens

---

[1] Demetrius Cydonius, *Apologia S. Thomae*, cod. Vat. gr. 614 fol. 125ʳ.

[2] Ibid.

[3] Fol. 335ʳ (n. 195): « *Ἀλλὰ τίς ἂν ἐνέγκαι ῥᾳδίως τοσούτων σοφισμάτων φοράν; Φησὶ μὲν γάρ·* μὴ ἀπὸ τοῦ προβάλλειν τὸν Πατέρα καλεῖσθαι, *καὶ μὴν καὶ χαρακτηρίζειν τὴν ὑπόστασιν τὴν τοῦ Πατρὸς ἐκεῖνο, ἐξ οὗ δὴ καὶ καλεῖται. Ὅτι δὲ καὶ τοῦτο κἀκεῖνο ψεῦδος, οὐ πολλῶν δεήσει λόγων ἡμῖν* ».

[4] Cfr. fol. 254ᵛ-257ʳ, maxime vero fol. 256ʳ circa medium.

a Patre luminum ».[1] Iam vero, lumina haec iuxta Cabasilam (qui pro se adducit testimonia Cyrilli Alexandrini,[2] Dionysii,[3] et Maximi Confessoris),[4] Filius et Spiritus Sanctus intelligi debent. Ergo nomen Patris ad utrumque, non solum ad Filium refertur.

Sic profecto Cabasilas; rectam autem Sancti Iacobi textus interpretationem doctoribus exegeseos relinquemus, qui sine dubio exegesim Nili minime probabunt. Nos autem quaedam notabimus circa patristicas illas citationes. In testimonio enim Sancti Cyrilli nomen Spiritus Sancti non invenitur, sed a Cabasila *interpolatum* est; et certe neque illud contextus requirebat: « Aut enim superne quiddam est — ait sanctus Doctor —, hoc est, a Patre luminum, ac propter hoc Deus: solus autem unus superne est Filius (Cabasilas addit: *et Spiritus Sanctus*); aut aliquid infra ac inferne censetur, hoc est, creatura ». Cuivis etiam testimonium Areopagitae percurrenti, statim apparet non de textus S. Iacobi interpretatione ibi agi, sed de comparatione quadam. Audias ipsum: « Filium vero et Spiritum Sanctum quasi Dei prolem, vel, *si dictu fas sit*, quasi germina divina floresve *ac lumina* supernaturalia exsistere ». Denique tertium Sancti Maximi documentum eundem valorem habet ac illud ps.-Dionysii, cuius est commentarium, ita ut perspicuum sit quod sumitur ibi *Pater* (id est, prima Trinitatis Persona), non qua Pater est, sed qua fontalis origo totius divinitatis, ex qua profecto Filius et Spiritus Sanctus germina, floresve ac lumina, comparationibus adhibitis, dici possunt.

133. Altera quoque ratio, quae Nilo fundamento est ad Latinorum syllogismum reiciendum, gratis omnino asseritur; ac proinde ad aliud transire iure merito possumus. Gratis enim Nilus affirmat theologorum usum non ferre ea, quae personalia sunt, constitutiva nominare. Sed re quidem vera, quamquam Sancti Patres terminos scholasticos non adhibuerunt, attamen rem per ipsos significatam aequivalenter tradiderunt. Neque difficultas exinde moveatur ex eo, quod, cum ostendere volunt Patres proprietates divinarum Personarum (quae vere proprietates sint, et repraesentent simul modum, quo unaquaeque exsistit), non ad nomen Patris, sed ad Ingenitum, Genitum et Procedens accurrunt. Nam praeter quam quod non omni-

---

[1] Iac. I, 17.

[2] S. Cyrillus, *De sancta Trinitate, Dialogus I ad Hermiam*; MG 75, 704 C.

[3] Ps.-Dionysius, *De divinis Nominibus*, c. II, § 7; MG 3, 645 B.

[4] S. Maximus Confessor, *Scholia in opus De div. Nominibus*, ad cap. II, § 7; MG 4, 225 A.

bus Patribus in more illud est, sed aliquorum tantum, Ingeniti appellatio nisi reductive, ut loquitur Thomas, ad relationem paternitatis diceretur, id est, si acciperetur solum privative, nequaquam primam Trinitatis Personam a tertia distinguere valeret; utpote quae etiam haec ingenita sit, seu non per generationem exsistat; ac praeterea modus ille exsistendi primae Personae, id est, Ingeniti ratio, ipsam per se in esse Patris formaliter non constituit.

Quae cum ita sint, si Cabasilas bene perpendisset ea, quae Thomas habet de proprietate nominis « Ingeniti » respectu Patris, [1] et insuper postrema eiusdem verba, quae superius attulimus, ex quaestionibus de Potentia (qui liber bene etiam ipsi familiaris erat), aliter fortasse refutationem huius syllogismi instituisset. Nunc autem ad alium transeundum erit.

§ 2. *Syllogismus undecimus*

Spiritus Sanctus ex essentia Filii est; ergo ex eius hypostasi.

134. Syllogismum hunc, saltem ut formaliter ponitur, Latinorum revera non esse dicendum, iure merito cum Demetrio Cydonio affirmaverim, quandoquidem nihil latinum refert, nisi quod ex eo Latinorum conclusio fluat. « Hoc autem — ait Cydonius — neque Thomas dixit [ita formaliter] neque alius Latinorum, quantum scio. Et hoc, fortasse, quia non adeo callebant litteras graecas, ut Doctorum Graecorum scriptis tanquam testimoniis uterentur ». [2] Forsitan haec ratio curiosa videri posset, minusque cum veritate consonare, cum non solum Angelicus ipse Graecorum quoque testimonia proferat, sed multi alii ex Latinis ante Thomam id fecerint, sicut Aeneas Parisiensis [3] et Ratramnus Monachus, [4] qui appositam argumentationem ex Patribus Graecis adversus Graecorum errores agressi sunt, ut etiam hac ratione doctrinam fidei confirmarent. Attamen non est in praesentiarum cum Demetrio Cydonio, adeo bene de Sancto Thoma merito, disputandum; solum autem haec idcirco commemoravi, quia inde ipse arripit ansam ut dicat se in hoc capite ad defensionem Angelici Doctoris non teneri. « Quocirca — inquit —

---

[1] S. Thomas, *Summa Theol.*, I, q. XXXIII, art. IV.

[2] Demetrius Cydonius, *Apologia S. Thomae*, cod. Vat. gr. 614 fol. 125v.

[3] Aeneas Parisiensis, *Liber adversus Graecos*, c. I-XVIII, XXIV-XXV; ML 121, 689 ss.

[4] Ratramnus, *Lib. II contra Graecorum opposita*, c. III; Lib. III, c. VI; ML 121, 247 ss.

melius puto necessitatem mihi non incumbere illa defendendi, quae Thomae non sunt ».[1]

Verum enim vero Cabasilas noster non solum contra Thomam, sed etiam contra doctrinam ipsam catholicorum, a quocumque ea proponatur, bellum movet; ideoque quinam saltem sit eius arguendi modus in hoc syllogismo, nobis aperiendus est. Praeter quam quod optimo iure Latini ad rem in hoc argumento contentam roborandam, auctoritate etiam Sancti Thomae uti poterant, qui, sin minus expressis verbis, sicut habetur in syllogismo, at reapse eiusdem quaestionis fundamenta praebuit, ubi magna, qua semper pollet, perspicuitate, de Personis (vel hypostasibus) ad essentiam relatis ita scripsit:[2] « Respondeo dicendum quod, considerantibus divinam simplicitatem, quaestio ista in manifesto habet veritatem. Ostensum est enim supra (q. III, a. 3) quod divina simplicitas hoc requirit, quod in Deo sit idem essentia et suppositum; quod in substantiis intellectualibus nihil est aliud, quam persona ». At statim exsurgit difficultas, nam multiplicatis Personis divinis, essentia retinet unitatem. Et responsio datur: « Sed sicut supra ostensum est (q. XXVIII, a. 2), sicut relationes in rebus creatis accidentaliter insunt, ita in Deo sunt ipsa essentia divina. Ex quo sequitur quod in Deo non sit aliud essentia quam persona secundum rem; et tamen quod Personae realiter ab invicem distinguantur. Persona enim, ut dictum est supra (q. XIX, a. 4), significat relationem, prout est subsistens in natura divina. Relatio autem, ad essentiam comparata, non differt re, sed ratione tantum: comparata autem ad oppositam relationem, habet virtute oppositionis realem distinctionem. Et sic remanet una essentia et tres Personae ».

135. Porro ratio evertendi syllogismum hunc undecimum apud Cabasilam illa est ut, licet concedat a Patribus saepe dici Spiritum ex essentia Filii esse et ex eo fluere, contendat nihilominus id non de origine exsistentiae, sed de unius participatione essentiae et naturali Personarum coniunctione esse intelligendum. Nunc autem tandem positionem suam, quam multis iam probatam supponit in capitibus illis, in quibus similia Patrum documenta perpendebantur,[3] hac simplici ratione aliquo modo confirmat. Paritatem, scilicet, invocare non possunt Latini, cum ita arguunt: Filius, cum ex

---

[1] Demetrius Cydonius, loc. cit., fol. 125v.

[2] S. Thomas, *Summa Theol.*, I, q. XXXIX, art. I in corpore.

[3] Cfr. v. gr. testimonia SS. Cyrilli Alexandrini et Gregorii Nysseni, quae capita Latinorum 20 et 21 in opere Cabasilae constituunt; fol. 218v-226v.

essentia Patris sit, ex eius profluit hypostasi; ita quoque ex hypostasi Filii Spiritus Sanctus erit, quippe qui ex eius essentia esse conceditur. At id non obtinet, inquit Cabasilas. Quare? quia per Scripturas scimus tam Filium quam Spiritum Sanctum revera de Patre procedere; « attamen necessarium non est ut, etiamsi quis eiusdem cum alio essentiae sit, ab eodem causam exsistentiae suae repetat... Non enim quidquid ex essentia est, ex hypostasi quoque promanare statim diceretur ».[1] Quod quidem exemplo consubstantialitatis duorum fratrum explicare intendit. Subinde quaerit utrum essentia et hypostasis idem sint, quod aperte negat, imo absurdum esse ait; ergo nihil mirum (concludendo asserit), si Spiritus Sanctus ex essentia Filii dicatur, ex hypostasi autem eiusdem non dicatur.

Paululum, quaeso, ad conclusionem hanc attendere velis. In ea enim latet, ni fallor, funestus error palamiticus, qui in consectariis suis etiam doctrinam Trinitariam apud orthodoxos deturpavit. Nempe idem valet Nili Cabasilae affirmatio ac si diceret aliis verbis: nisi ex Scripturis sciremus Spiritum Sanctum (et eodem modo Filium) a Patre procedere, argumentum ab essentia ad hypostasim non concluderet, idcirco quia essentia et hypostasis realiter etiam in Deo distinguuntur. Si autem palamitas interroges quare ad id devenerint, quod durius quidem sonat Deo applicatum, cuius summam simplicitatem omnino tueri debemus; sine haesitatione respondebunt necessarium plane illud esse ad salvandam distinctionem inter essentiam divinam et eius operationem, quae irrefutabilibus argumentis, secundum ipsos, realis esse demonstratur. Attamen in his diutius immorari, non huius loci est.[2]

Haec igitur Nilus Cabasilas; plenam autem huiusce rei tractationem melius fortasse institueremus, si copia daretur capita illa non pauca enucleandi, in quibus testimonia clarissima Patrum de hac re exponuntur, illa videlicet, quae *ex Filio effundi Spiritum* affirmant, vel eum *ex essentia Filii* esse, vel *ex ipso esse, sicut ex Patre.*[3] Quae quidem singula ubi percurrerimus, et plenam Cabasilae mentem attigisse (qui Patrum textus palamiticis distinctionibus interpretatus est), et illum infirmis rationibus esse innixum facile de-

---

[1] Fol. 337ᵛ (n. 201).

[2] Conferas, si lubet, quae sapienter de his scripsit cl. M. Jugie, *Theol. Dogm. Christ. Orient.*, t. II, pp. 74 ss. et 225 ss., ubi etiam invenies quomodo Manuel Calecas absurditates detegerit, quae in propositionibus Cabasilianae similibus includuntur.

[3] Id est, ea maxime, quae constituunt Latinorum capita 19, 20 et 21 (fol. 211ʳ-226ᵛ).

prehenderimus. Verum haec limites huius operis evidenter excedunt.

Cum autem de syllogismo hoc nihil aliud a Nilo proferatur, reliqui, qui sequuntur, examinandi sunt.

§ 3. *Syllogismus duodecimus*

Pater et Filius unum principium sunt Spiritus Sancti ob communem spirationem.

136. Equidem vel solum ex materiali modo proponendi syllogismum hunc ex parte Latinorum et refutationem eiusdem instituendi ex parte Nili, confirmationem accipio illius hypothesis, quam feceram, vi cuius haec quattuor capita, quae nunc tractantur, oralibus disputationibus deberentur. Prima enim verba syllogismi « Cum nos dicimus... non id accidere arbitramur... » disputantium morem bene reddunt; sed quoniam ipsi disputantes sine dubio doctrinam divi Thomae pro se invocabant, quin tamen (quod mirum non est) concretum locum, quo haec dicebantur, adducerent, Cabasilas intellexit syllogismum ad Aquinatem pertinere. Ideoque responsionem instituit suam velut si revera adversus Thomam solummodo dimicaret: id quod etiam ex eius primis verbis haberi videtur: « Si nobis non oportet, o vir candidissime!, admirationem pati... ». [1]

Quibus praenotatis, addendum est doctrinam syllogismi huius (ex eo petitam, quod Filius unum sit cum Patre principium Spiritus Sancti, quippe qui virtutem spirativam acceptam a Patre habeat, haec autem eadem numero a duabus Personis possideatur), iure merito Angelico Doctori tribui potuisse, qui sapienter illam enucleavit in articulo IV quaestionis XXXVI, ubi in Summa Theologica, I Parte, de Trinitate agit.

Quodsi attente legitur syllogismus, ut a Latinis proponitur, praeter rationes afferri solitas ad ostendendum unam eandemque virtutem duabus Personis convenire posse, in hoc vel maxime argumentationem Aquinatis redolet, quod vocabulum « *unum principium* » ut nomen substantivum accipit, quemadmodum apparet ex eo, quod in eodem censu hoc nomen ponitur ac nomina « *Deus* » vel « *Rex* » vel « *Sapiens* » (substantive sumptum), quae singulariter de Patre et Filio praedicantur. Illud, inquam, maxime Angelicum sapit, qui sic loquitur: « Dicendum est ergo quod, licet hoc nomen *principium* significet proprietatem, tamen significat eam per modum substantivi... Sicut igitur Pater et Filius sunt *unus Deus* propter unita-

---

[1] Fol. 338^v-339^r (nn. 205-206).

tem formae significatae per hoc nomen *Deus*, ita sunt *unum principium* Spiritus Sancti propter unitatem proprietatis significatae in hoc nomine *principium* ».[1]

137. Ita quidem Latini; quomodo vero id refutavit Cabasilas? Uno verbo quaestioni huic responderi posse: rem autumat, scilicet, inter maxime absurdas computandam esse. Si enim communis est Patri Filioque spirativa virtus, quoniam eadem natura ipsis est, id sequeretur, quod etiam illa Spiritui Sancto communicanda foret, «sed quidquid in hoc absurditatis est — inquit Nilus —, ex praemissis tuis pullulavit »; nam « cum ex aliqua re absurdum quid sequitur, absurdum et illud sit plane necesse est ».[2]

Duabus igitur de causis spirativa virtus, secundum Cabasilam, commune quid esse non potest: primum, quia spiratio proprietas personalis est; secundo, quia Pater et Filius communem Personam constituere non possunt. Et quidem haec postrema ratio reapse vera est, at Nilo non valet, nam ex priori fluit; iam vero, cum haec prima falsitate laboret, tota argumentatio Cabasilae, quae ceterum valde logice procedit, penitus corruit. Verumtamen pro ipso adeo firma et inconcussa est, ut non solum in hoc loco, sed etiam ab initio in dissertatione prima secundae partis, ad quam lectorem revocat, [3] tanquam fundamentum praesupponat spirativam virtutem personale quid esse, ac proinde haudquaquam communem dici debere. Frustra vero conatur Nilus id ostendere. Nam cuncta sua ratiocinia iam in antecessum ab ipso Thoma refutata erant, cum in argumentis superioribus (nondum efficaciter a Nilo solutis) invicte ostenderat processionem Spiritus Sancti duabus Personis communem esse; ex quo sequitur spirativam virtutem non inter proprietates personam constituentes, sed inter *notiones*, quas vocat, esse reponendam. Quae quidem notiones, ut legenti S. Thomam patet, pluribus convenire possunt, seu quod idem est, inter proprietates, quae *Personarum* sunt, non vero *personales*, considerantur.[4]

Sed iam ad aliud accedamus, quod postremum in his rationis argumentationibus locum occupat, et intimum nexum cum praecedenti servat.

---

[1] S. THOMAS, *Summa Theol.*, I, q. XXXVI, art. I in corpore.

[2] Fol. 339^r (n. 206).

[3] Cfr. fol. 52^r, cum sequentibus: ubi clare apparet etiam ipsum Nilum, qui Thomam expressis verbis citat, non ignorasse locum Angelici Doctoris, in quo omnia haec profunde exponuntur.

[4] S. THOMAS, *Summa Theol.*, I, q. XXXII, a. II in corpore, sed praecipue a. III in corpore, et q. XL, a. I ad 1um.

§ 4. *Syllogismus decimus tertius*

Pater communicat Filio virtutem spirativam, cum ipse Productor illius non sit.

138. Est quidem syllogismus hic continuatio disputationis inter Graecum et Latinum de uno principio Spiritus Sancti, in eoque revera nihil novum additur, sicut Cabasilas in eius refutatione animadvertit, nisi forte quod magis argumentum roboratur, paritate expressis verbis reiecta, quam Nilus in praecedenti capite statuerat, ubi dixit: «Perinde enim accidit ac si quis affirmasset Spiritum Sanctum patrem esse Filii; et postmodum interrogatus qua ratione ductus adeo se audacem praebuerit, ipse unum solummodo genitorem Filii esse responderet, Patrem scilicet et Spiritum, eo quod generativa virtus Spiritui [Sancto] a prima causa derivaretur». [1]

Haec igitur difficultas a Latino cum Sancto Thoma solvitur in postremo hoc syllogismo, «quandoquidem necessitas omnimoda praevalet inconfusas servandi Personarum differentias. Iam vero, differentia, quae Patrem inter et Spiritum intercedit, est personalis, quippe qui Spiritum Pater producat. At econtra prorsus licet Filium ut spirantem cogitare, cum Pater Productor eius non sit». [2] Hinc patet in eadem materia novus, ut ita dicam, concertationis campus. Ad hanc ergo rationem refutandam totis viribus Cabasilas incumbit: quod quidem hoc modo persolvere putavit. Supponit iterum ut ineluctabile fundamentum virtutem spirativam proprietatem personalem esse; ac proinde concludit non esse timendum Filium, quamvis hac non fruatur, communis naturae divinae alienum fore, quemadmodum accideret, si ipse divinitate vel sapientia ceterisve essentialibus proprietatibus careret. Audias ipsum: «Quocirca sicut essentia periclitatur, si essentialia attributa singulis Personis non tribuuntur, ita quoque cum de personalibus agitur, ubi huiusmodi proprietates de omnibus non dicuntur, salvatur Personarum differentia». [3]

139. Ad id ostendendum reliqua, quae subiciuntur, acute admodum faciunt. Nam intelligere nequit Cabasilas cur una eademque res, spirativa virtus, respectu Patris et Filii coniunctio naturae dicatur, respectu vero Spiritus Sancti differentia eius personalis cum Patre sit; et cur proinde Filio activa spiratio communicari possit et

---

[1] Fol. 339v (n. 208).
[2] Fol. 340r (n. 210).
[3] Fol. 341r (n. 212).

debeat, non autem Spiritui. Si hoc admittitur — pergit evolvere in ratiocinio suo —, admittendum quoque erit (quamquam absurdum est), « generativam virtutem, erga Spiritum quidem, naturalem eius cum Patre coniunctionem dici, et ob id ipsum Spiritum patrem censere; erga Filium vero, personalem differentiam eandem appellari, ac proinde eiusdem participem Filium esse non posse ». [1] Quodsi respondetur id postremum repugnantiam continere, « nam in confesso est generare *proprium esse Patris* », pari etiam modo — arguit Nilus — demonstratum saepissime est spirativam virtutem proprietatem Patris constituere, perinde ac fontem esse divinitatis, eandemque personalem et incommunicabilem dici debere.

Quae quidem omnia bene ordinata sunt et logice procedunt; fundamentum autem eorum ruit, dum positio Latinorum et Angelici Doctoris non efficacius destruatur. Pro ipsis enim et spiratio activa notionalis solummodo proprietas est, et differentia vel inconfusio Personarum ex oppositione solum relativa secundum originem, non autem ex oppositione disparata, adesse creditur. Quod quidem non futilibus rationibus demonstratur. Sed ultra hoc punctum argumentatio Cabasilae non procedit.

Hic igitur syllogismorum discussio, quibus ostenditur Spiritum Sanctum ex Filio esse, sistit; opus autem Nili nondum est exhaustum, sed Latinos, quacumque potest glandine, persequitur. Age iam, duo adhuc sunt capita obiectionum: primum, ex eo quod Romanus Pontifex primatum per haeresim amiserit (et sic responsio datur ad rationem decimam quartam ipsorum, quae ex infallibilitate Sedis Romanae petitur, et adhuc sub syllogismi forma proditur); alterum, idcirco quia per additionem « Filioque » ad Symbolum factam, etsi concederetur pro Latinis veritatem militare, ipsi tamen anathematis rei facti sunt (et hac ratione syllogismus decimus quintus exploditur et totius magni operis evolutio clauditur). Nos autem postremum solummodo horum capitum hic subicimus, cuius analysim etiam instituere cogimur; directe enim quaestionem Trinitariam tangit, eamque complet. Illa vero, quae de Primatu Romani Pontificis in opere Nili adsunt (cum parum inserviant theologiae, conviciorum autem et falsitatis plenissima sint), per modum appendicis ad finem brevius videbuntur.

---

[1] Fol. 341v (n. 213).

CAPUT X

Syllogismus decimus quintus: Vox « Filioque » declaratio Symboli est; ad illius additionem auctoritas Romani Pontificis sufficiebat

140. Qua potuit vi, Latinorum acerrimus impugnator, Nilus Cabasilas omni argumentorum genere catholicum dogma labefactare conatus est. Et postquam nihil intentatum reliquit ut orthodoxos Graecos tanquam integros apostolicarum traditionum custodes alta in luce collocaret, et e contrario ostenderet Latinos velut earumdem traditionum deturpatores, et absurditatum multiplicium et impietatis reos; totius perampli sui operis finem impositurus, quaestionem etiam de « Filioque » longe lateque tractandam suscepit. De illa enim adhuc per totum opus verba non fecerat, sed ipsam praeterire non poterat, quia adeo gravis est, ut, quemadmodum ipse ratiocinabatur, Latini, qui particulam illam Symbolo Fidei addiderunt, contra canones omnium Conciliorum, imo contra sententiam Romani Pontificis id fecisse reperiantur, ideoque ipsimet sub hoc respectu, etiamsi vera dicerent, nullatenus anathematis nota liberari possint.[1]

Methodus igitur, quam in his demonstrandis adhibuit, legentibus textum Cabasilae facile apparet, scilicet: primo loco in medium protulit omnium Synodorum prohibitionem quidquam addendi vel auferendi e Symbolo Fidei; deinde vero differentiam ostendit, quae inter factum additionis quarumdam clausularum, formulae Nicaenae a Patribus Constantinopolitanis iure appositarum, et fraudulentam illam Latinorum intercedit. Tum examini subiecit quoque an sola potestas Romani Episcopi ad hanc additionem faciendam sufficere potuerit; quo quidem reiecto, fortissimum pro se argumentum agitavit triumphans, apertam dico damnationem additionis Latinorum in Synodo anni 879/80, praesentibus Legatis Pontificiis eisdemque subscribentibus decretam, et, quod maximum est, documentum protulit, ab ipso Ioanne Papa VIII emanatum, in quo vox « Filioque » tanquam ingratus perturbationum fons, et nova, et impietatis plena reprobatur.

141. Primum igitur argumentationis locum occupat congeries documentorum omnium ex Conciliis, quibus subesse prohibitio ad-

[1] Fol. 349r (n. 233): « *Νυνὶ δὲ ἡ τοῦ λόγου πρόθεσις· εἰ ὅλως ἔξεστι Λατίνοις, καὶ ἀληθῆ λέγουσι, τῷ συμβόλῳ προσθεῖναι τῆς πίστεως, καὶ εἰ καθαρέουσιν ἀναθέματος μετὰ προσθήκης ἐπιόντες αὐτό* ».

ditionis cuiusvis ad Symbolum Nilus Cabasilas autumat. Illud autem prae oculis haberi vellem, ne quasi de transmutato ordine in eorum dispositione Cabasilas accusetur. In enumerandis enim decretis Synodorum duplicem modum sequutus est: primum quidem ea affert Concilia, quae Symbolum Nicaeae editum simul cum additionibus Constantinopolitanis pro formula christianae fidei adhibendum esse declararunt; deinde illa omnia, quae huic eidem formulae quidquam addere vel detrahere prohibuerunt. Nihil ergo mirandum erit si hac ratione Concilia tertium, quartum et sextum bis relata reperiantur.

Quod autem attinet ad primam divisionem, adducitur definitio Nicaenae Synodi, quae in integrum citatur, [1] et huius primi Oecumenici Concilii eiusdemque definitionis historica ratio simul aperitur. Duo vero de hac re in analysi nostra praetermittenda non sunt, aliud quidem errori potius in determinandis chronologiis factorum adscribendum, aliud vero doctrinalibus praeiudiciis. « Insanivit contra veritatem Arius — Cabasilas ait —; Iulius autem Papa iudicium sibi non assumit, nec ipse solus ad proferendam sententiam assidet, sed congregans ceteros fratres (apostolicis legibus inhaerens), illum quidem damnavit, Filium autem Dei, exspoliatum nobilitate, quae ei ex Patre proveniebat, quantum ipsi fuit, et Deum verum esse proclamavit, et unum cum Patre quoad essentiam ... ». [2]

Iam vero, erratum esse vel tempus Nicaeni I Concilii vel Romani Pontificis nomen, manifestum est. Prima enim Oecumenica Synodus, anno 325 coadunata, sub auctoritate Sancti Silvestri definitionem dedit, antequam Apostolicam Petri Sedem Iulius Papa possideret. Verum hoc, inquam, errori adscribendum est; praeiudicio autem reliquum. Etenim illud, quod aperte postea Cabasilas dicturus est, iam nunc subauditur, scilicet: solam Romani Pontificis potestatem insufficientem esse ad negotium fidei decernendum. Id vero inde provenire ipse iudicat, quod sic ab Apostolorum auctoritate legibus explicitis promulgatum fuerit. Quas sane leges *Constitutiones*, sic dictas, *Apostolorum* ipse intelligit.

142. Pergit itaque in sua enumeratione Cabasilas, et secundam Synodum Oecumenicam affert, Constantinopolitanam nempe primam anno 381 sub Damaso I celebratam. Nunc vero, ut ipse recte fatetur, de consubstantialitate Spiritus Sancti agebatur, quam quidem definitione ecclesiastica roboratam voluere omnes illi Patres, qui ab ipso Spiritu Sancto adiuti, iubente Theodosio Imperatore,

---

[1] Mansi 2, 665 C-668 AB.

[2] Fol. 344v (n. 222).

contra Macedonium surrexerunt. Iidemque « cum definitionem de investigatis exponere opus esset, non aliud Symbolum confecere; sed ratum habentes illud Nicaenorum Patrum, cum simul viderent clausulam veterem de Spiritu Sancto inexplanatam esse, ac proinde non lucidam, claritatis ergo haec definientes adiunxerunt: 'Dominum et vivificantem, ex Patre procedentem, et cum Patre et Filio adorandum et conglorificandum' ».[1] Ut autem additio Symboli, quae hic invenitur, non possit a Latinis tamquam exemplum adhiberi ad suam ipsorum de « Filioque » vocem legitimam esse demonstrandam, aperte declarat illam non additionem proprie, sed explanationem quandam, claritatis causa, necessariam fuisse; in quo certe catholicis occidentalibus omnino consentit.

Consentit quoque ubi pro assertione sua et Concilii mentis explicatione testimonium Sancti Gregorii Theologi (Nazianzenum intelligas) citatum vult; ipse enim, qui illorum Patrum coryphaeus exstitit, conciliaris intentionis apprime gnarus erat. En eius verba a Nilo transcripta: « Nos Fidei Nicaenae, quae a sanctis Patribus, qui illuc ad evertendam arianam haeresim convenerunt, edita est, nec quidquam unquam praetulisse nec praeferre posse (ad te scripsimus); verum eius Fidei, Dei munere, nos esse ac fore: illud insuper explicantes, quod ab illis minus plene de Spiritu Sancto dictum est ».[2]

143. Ad eundem scopum (id est, ad ostendendum additiones Constantinopoli factas ut explanationes solummodo habendas esse Symboli Nicaeni), et Concilium Chalcedonense anni 451, Oecumenicum IV, et Constantinopolitanum III anni 680, VI Generale, profe-

---

[1] Mansi 3, 565 B. (Fol. 345v, n. 224).

[2] Cfr. fol. 345v-346r (n. 225). Citatur Nazianzenus in *epist. III, ad Cledonium* (MG 37, 193 C); sed notare velis Nilum pro citatione sua contentum fuisse praedictis verbis, quae quidem ad eius praesentem scopum satis sunt sine dubio. At notatu dignum existimo ipsum hic restitisse neque sequentia notasse: « *διὰ τὸ μηδὲ κεκινῆσθαι τηνικαῦτα τοῦτο τὸ ζήτημα* », nempe: unam eandemque Patris et Filii et Spiritus Sancti divinitatem agnoscendam esse. Ergo ex testimonio Nazianzeni ante tempora secundi Concilii Universalis divinitas Spiritus Sancti impugnata nondum fuerat. Ratio autem omissionis horum verborum in Nilo fortasse quaerenda sit in hoc, quod saltem practice, id est, suo modo argumentandi contrarium in solutione argumenti 2 Latinorum ipse tenere videbatur, cum iam in prima generali Nicaena Synodo quaestionem de Spiritus Sancti processione agitatam et solutam fuisse supponeret. Adhibet enim ad hoc ostendendum Acta (supposititia) Gelasii Cyziceni, saeculo cum dimidio et amplius post Concilium scripta, in quibus quaestio haec tractata reperitur. At videatur, quaeso, de his Actis admonitio, quae praefigitur in edit. Mansi 3, 753-754.

runtur. Et hoc postremum quidem « ita dixit in definitione sua: Quod est a trecentis decem et octo Patribus editum et dehinc a centum quinquaginta, Deo instituente, confirmatum est; quod etiam ceterae sanctae Synodi ad exstinguendam omnem pestiferam haeresim alacriter susceperunt ⟨et confirmaverunt Symbolum; et hoc nostrum sanctum et Universale a Deo inspiratum consignavit Concilium⟩ ».[1] De Chalcedonensi vero Synodo adducitur una ex propositionibus Episcopi Cyziceni Diogenis, qui in Actione prima dolosam Eutychis intentionem revelavit. Nam cum secunda Synodus clausulam illam Nicaenam « Incarnatus est » contra errores Apollinaris, Valentini et Macedonii explicasset per additionem hanc « de Spiritu Sancto ex Maria Virgine », haereticus ille solum primigeniam formulam retinebat. Ratio vero cur a nostro Cabasila haec nunc colligantur, nulla alia est sine dubio, nisi ut aperte doceat unum idemque semper in Ecclesia Symbolum Fidei exstitisse, nimirum Nicaenum illud, sed post secundum Concilium cum eiusdem explanationibus in posterum adhibendum.[2]

144. His igitur praesuppositis, Cabasilas gressum facit ad aliud genus documentorum adducendum, quibus facile existimat prohibitionem quidquam addendi Symbolo hoc modo constituto absolutam factam esse. Documenta autem sunt decreta Conciliorum post secundum, in quibus omnibus proferendis fusiori quidem calamo utitur Nilus, at, speciminis instar, unum illud Ephesinum prae oculis habeatur oportet. Quod quidem, chronologico ordine servato, a Cabasila primo loco producitur; ad quandam etiam emphasim sermone composito, qui hucusque, tanquam historici proprius, rectus et simplex ferebatur. Res videlicet pro Nilo summi momenti e verbis Concilii defluebat! « His ita se habentibus — scribit —, quandoquidem Spiritus Sanctus convocavit contra Nestorium eos, qui pro tuenda veritate a se ipso afflabantur, et tertia Synodus coadunata est, Ephesique tribunal est constitutum, undique convenerunt Sacerdotes Domini; convenerat etiam divus Cyrillus, qui apostolicum virum sese in omnibus praebuit. Igitur huiuscemodi homines, vi verborum suorum et Spiritus Sancti, adversus impietatem Nestorii tulerunt sententiam, propriorumque Actorum definitionem quidem confecerunt; definitionem, inquam, qualemcumque velis,

---

[1] Fol. 346ʳ (n. 225). - MANSI 11, 633 A: Concilium hoc loco integras refert formulas Nicaeae et Constantinopoleos (col. 633 DE); Cabasilas autem solum Constant/pnam transcribit. (Vid. etiam notam ad textum graecum, in fine n. 225).

[2] Fol. 346ʳ (n. 225). - MANSI 6, 532 CD.

Symbolum autem Fidei nihilo putarunt disturbandum fore; sed in hunc modum haec, minarum et indignationis redundantia, in definitione sua posuerunt: ' Statuit Sancta Synodus aliam fidem nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, praeter definitam a Sanctis Patribus, qui in Nicaea cum Spiritu Sancto congregati fuerunt. Qui vero ausi fuerint aut componere fidem alteram, aut proferre vel offerre converti volentibus ad agnitionem veritatis, sive ex Gentilitate, sive ex Iudaismo, sive ex qualicumque haeresi; hos quidem, si sunt episcopi aut clerici, alienos esse episcopos ab episcopatu, et clericos a clericatu decrevit: si vero laici fuerint, anathemati subici ' ».[1]

145. Hoc quidem est Ephesinum decretum; reliquorum autem Conciliorum statuta, quae in opere Nili de hac re mentionem obtinent, cum singula vel repetitio allatae definitionis sint, vel eiusdem sensum fideliter referant, eademque, procedentibus saeculis, continuo retineatur, in extensum adducere vacat. Hoc solummodo dicam, commemorata ad rem inveniri sequentia Concilia: Chalcedonense anni 451 (IV Universale), et Constantinopolitanum III (Oecumenicum VI) anni 680/81.[2] Nullis autem adiectis documentis invocantur quoque Constantinopolitanum II (V Universale) anni 553,[3] et Nicaenum II (Oecumenicum VII) anno 787 sub Hadriano I celebratum.[4]

Notandum tamen est testimonium Concilii Chalcedonensis a Cabasila prolatum non quidem ad Concilium, sed ad Sanctum Cyrillum Alexandrinum pertinere, qui in epistula ad Ioannem Antiochenum ita dixit: « Nullo autem modo patimur, ut ab aliquo fides illa sive Fidei Symbolum concutiatur, quod a sanctis quondam Patribus Nicaenis editum est. Neque enim aut nobis, aut ulli omnino alteri, vel unam voculam ibi positam immutare, aut unam etiam syllabam praeterire permittimus, memores eius qui dixit: ' Ne transferas terminos antiquos, quos posuerunt Patres tui '. Non enim ipsi loquuti sunt, sed ipse Spiritus Dei ac Patris, qui procedit quidem ex ipso; est autem non alienus a Filio, exigente hoc essentiae ratione ».[5]

---

[1] Cfr. fol. 347r (n. 227). – MANSI 4, 1361 D-1364 A.

[2] MANSI 11, 640 BC. (Fol. 347v-348r, nn. 228-229).

[3] Cfr. MANSI 9, Collatione III, 200 D-202 B. (Item in Collat. VI transcribitur definitio Chalcedonensis: 338 A-341 A).

[4] MANSI 13, Actione VI, 373 D-380 B: post subscriptiones Episcoporum adest in col. 397 D anathematismus quidam contra eos qui addunt vel adimunt quidquam de documentis Ecclesiae. – Haec duo Concilia citantur a Nilo in fol. 348r (n. 230).

[5] S. CYRILLUS ALEXANDRINUS, MG 75, 180 D-181 A (cum citat. PROV. XXII, 28). – Cfr. fol. 347r-347v, n. 228.

146. In eodem censu ac Concilia citati veniunt Sancti Patres, qui, cum ad depositum fidei integre sartum tectum servandum divina Providentia sint destinati, « de quibus semper libera quaestio esse poterat, propriam suam quisque sententiam exposuere; de Symbolo autem Fidei semper id, quod superius scriptum manet, ratum habuerunt; imo etiam minas adiunxerunt illas, de quibus antea dictum est ».[1]

Ad exemplum unus inducitur Sanctus Cyrillus, qui, ad Acacium scribens, ita dicit: « Non enim est adicere super illud (Symbolum), nec est auferre ab eo ».[2] Sed neque pro hac prohibitione Romani Throni Pontifices defuerunt, secundum Nilum Cabasilam, quippe qui iis, quae in Conciliis agebantur, sese per Legatos conformarent. Testimonio autem inservire potest Sanctus Agatho (678-681), qui in epistula ad Augustos Imperatores Constantinum, Heraclium et Tiberium ipsos urget « ut nihil de iis, quae canonice statuta sunt, minuatur, nihil mutetur vel augeatur, sed eadem et verbis et sensibus illibata custodiantur ».[3]

147. Hucusque documentorum prolatio; qualis autem est apud Nilum interpretatio eorum? Profecto post illa, quae dicta sunt, supervacanea huiusmodi quaestio videri posset, siquidem sat perspicue mens eius exinde colligitur, quod totis viribus demonstrare satagat Latinos, ob additionem suam, anathemate Patrum Conciliorumque esse subiectos. Quaedam tamen subiungenda sunt.

Neque enim dicere possumus sic eum ideo censuisse, quia sub vocabulo novo Latinorum non enucleatio doctrinae in Symbolo iam contentae, sed magnus error latere videbat. Hoc, inquam, non obtinet: nam praeter quam quod documentum illud Cyrilli Alexandrini, quod Nilus velut definitionem Chalcedonensis Synodi citat, hanc interpretationem non patitur; Nilus ipse manifeste affirmat Latinos, etiamsi vera per « Filioque » dicerent, tamen eo solo quod Symbolo recepto Fidei quidquam addere ausi sint, clarissime statutis poenis fore subiciendos. Ergo prohibitionem Ephesinam aliorumque Conciliorum subsequentium absolutam ex omni parte esse existimavit, adeoque strictam, ut ne minimum quidem vocabulum absque periculo damnationis e Symbolo expungi vel eidem adici liceret. Idem

---

[1] Fol. 348r (n. 230).

[2] S. CYRILLUS, *Epist. ad Acacium Beroeensem*, MG 77, 151 D. (Fol. 347v, n. 228).

[3] S. AGATHO, ML 87, 1163 D. Haec epistula lecta est in Actione IV sextae generalis Synodi (Cfr. MANSI 11, 232 D ss.). - Fol. 348r (n. 230).

adhuc ostendi arbitror ex brevi quadam responsione, quam ipse obiectioni Latinorum submittit, et quam paucis nos videamus oportet, ut adversarii mens plene undequaque cognoscatur.

148. Igitur refutatio Occidentalium obiectionum ab illa initium sumit, secundum quam Latini (nescio qua ratione id Nilus asserat), ut obiectum prohibitionis Conciliorum solum Nicaenum Symbolum, non autem Constantinopolitanum, habuisse viderentur. [1] Cui irreali difficultati bene Cabasilas respondet non duobus Symbolis, sed uno Nicaeno per additiones Constantinopolitanas explicato Ecclesiam insignitam esse. [2] Aliam deinde eamque veram obiectionem solvendam sibi proponit. « Quibus ita definitis — inquit —, non recte loqueretur Thomas [3] (vel quilibet alius, qui Latinorum causam defendendam susceperit), si diceret additionem ab ipsis Symbolo introductam in idem recidere ac quod in secundo Concilio peractum est respectu Symboli in Nicaea constituti ». [4] Solutio, quam breviter praebet Cabasilas, immediate subiungitur: sed ipsa pleniore luce illustrari videbitur, si proponatur post aliqua, quae de Papae potestate ipse agitat, ubi quandam antithesim inter Orientalium et Occidentalium agendi modum statuit. Integrum ergo locum nunc afferimus, post quem sententiam Nili Cabasilae de toto hoc negotio plane perspicuam esse non dubitabitur.

« Age vero — sic ille ait —, cum Patres Constantinopolitani additionem introducerent, iuxta apostolicas traditiones id fecisse ostenduntur. Illud enim omnes simul fecerunt, et quidem non absque Papae cognitione, cum Oecumenica Synodus celebraretur. At Romani, absentibus ceteris neque sententiis eorum exploratis, apostolicas traditiones omnino praetergressi, ad additionem suam devenerunt. Insuper Patres illi, cum adhuc nullae exstarent minae, adiunctionem induxerunt; sed Latini, minitante anathematis poena, semel atque iterum illata, innumerisque reclamantibus, in eam audaciam prolapsi sunt. Denique addiderunt illi, cum hoc et ipsis licebat et aliis, qui similiter ac ipsi essent constituti; Latini vero, cum id

---

[1] Fol. 348v (n. 233): « Sed leges Patrum, inquiunt, non simpliciter additionem Symbolo vetant, sed *Symbolo Nicaeno*. Illud autem de Spiritu ex Filio procedente, quod rectissimum quidem nobis videtur, non Nicaeno Symbolo, sed *Constantinopolitano* additum est ».

[2] Fol. 349r (n. 234).

[3] Recordari debemus syllogismum hunc ultimum in Cabasiliano opere, ex capite XXV lib. IV *Summae contra Gentiles* ad litteram desumptum esse.

[4] Fol. 349v (n. 236).

nedum uni solummodo, verum ne Universali quidem Concilio concedebatur. Quanam igitur ratione paritatem invocare possunt? »[1]

Neque etiam paritas in veritate doctrinae ad Symbolum adiectae inveniri licet, nam subiungit Nilus: « Et revera ea, quae Patribus Nicaeno Symbolo adicere contigit (ut de his etiam loquamur), clarissime erat illorum sanctorum Patrum in Nicaea congregatorum explicatio, quemadmodum ipse Thomas confitetur, qui circa hoc eadem ac quarta Synodus profert; quam vero Latini additionem suam inferunt, omnino contrariam esse definitionibus Conciliorum Universalium, longe lateque in superioribus dissertationibus declaratum est. Non igitur eadem pro Latinis et Patribus (Ephesinis) ratio militat ».[2] Iam si uno verbo ab ipso quaeratur undenam tandem haec disparitas proveniat, non cunctabitur respondere ex eo praesertim, quod per solum Romanum Pontificem additionem suam Latini perpetrarint.

149. Ut autem hoc punctum magis quadamtenus illustremus, scire oportet Nilum Cabasilam continuo pro se auctoritatem apostolicarum legum invocare. Profecto recurrit semper ad sic dictos « *Canones Apostolorum* », e quibus trigesimus quartus argumento ipsi est: « Episcopos singularum gentium — dicitur ibi — scire oportet quis inter eos primus sit, eumque existimare velut caput, et nihil magnum sine eius sententia facere; unumquemque autem ea sola agere, quae ad suam parochiam et villas ipsi subiectas pertinent; sed nec praeter omnium conscientiam ille aliquid faciat; sic enim concordia erit, ac glorificabitur Deus per Christum in Sancto Spiritu: Pater et Filius et Spiritus Sanctus ».[3]

Iam vero, sub hoc canone, de quo (sicut mos erat tunc temporis) minime dubitat Nilus quin ab Apostolis ipsis emanaverit, ostendere ipse vult Praesulem Romae non solum comprehendi, sed etiam, si quem ei primatum agnoscere debemus, ex Constitutione hac ipsum accepisse; ideoque sicut oboediendum ipsi est, et attendendum, ne quid-

---

[1] Fol. 349v-350r (n. 238).

[2] Fol. 350r (n. 239). Alludit Cabasilas ad dissertationes illas quinque initio operis praepositas. Paulo superius haec ore rotundo de doctrina Occidentalium Nilus scripserat (fol. 349r-349v, n. 235): « Unde si Latini, tametsi veritate additio sua fulciretur, anathematis noxam effugere nequaquam possent; cuius, quaeso, poenae digni putabuntur, cum ostenderimus illam absurditatibus blasphemiisque onustam esse, maximeque esse divinis Scripturis repugnantem, apostolicas traditiones evertentem et Oecumenicarum Synodorum inimicam? ».

[3] Fol. 349v (n. 237). - Vid. FUNK, *Constitutiones Apostolorum*, lib. VIII, 47, can. 34; t. 1, pp. 572-574.

quam sine eius consilio fiat, ita quoque sese ipse subicere debet huic Apostolorum ordinationi, ut nihil maioris momenti contra reliquos episcopos *solus* statuere praesumat. Verba autem ipsius Cabasilae sic sonant: « Illud autem quod asserebatur, ad hanc additionem sufficientem fuisse Romani Pontificis potestatem, per quam etiam antiquae Synodi confirmatae esse inveniuntur, quomodo non intolerabile erit, cum id et apostolicis traditionibus repugnet, et communi Ecclesiae paci bellum inferat? Roborari enim antiquas Synodos etiam suffragio Praesulis Romae, iustum plane fuit, siquidem nihil unquam eorum, quae communia sunt, sine Primatis sententia fieri licet; sed pari modo nulla Papae haberetur auctoritas, nisi aliorum simul communicatio exciperetur. Utrumque enim apostolica lege cautum est. At vero si is, qui Primas est, legem despicit, quae ipsi principatum obtulit, suamque sententiam pro lege esse arbitratur, non amplius iustum esset Primatum ex decreto Apostolorum exigere; sed quaevis potius quam hoc pro excusatione adducere oportebit. Verumtamen ut argumentum ex legibus petitum relinquamus, contra quos Praesuli Romano Primatus datus est? vel quomodo iure merito dici poterit ad additionem illam sufficientem fuisse Romani Episcopi potestatem? potius enim recte diceretur sufficiens ad solvendam Ecclesiarum pacem fuisse additionem ponere ob solam Primatis autonomiam, cum verus sit apostolicus sermo, qui ait: 'sic enim concordia erit', videlicet, si nec ille neque nos canonis praeceptum praeterierimus ». [1]

150. Haec quidem Nilus. Ex quibus tandem aliquando haec proponere nobis licet, quae, velut in schemate, totidem punctis principaliora Cabasilianae sententiae capita complectuntur:

1) Ecclesia sancta unum tantum Symbolum Fidei semper accepit: Nicaeno-Constantinopolitanum.

2) Prohibitio nihil ipsi addendi vel auferendi, Ephesi primum sub anathemate lata, in sequentibus Conciliis maxima quoque poena renovata fuit.

---

[1] Fol. 350v-351r (nn. 241-242). Dubium fortasse erit an ex hoc loco plene Cabasilae mens pateat de doctrina Primatus Romani Pontificis. Compleas haec, quae hic dicuntur, cum opere eius de hac quaestione. Illud habes in MG 149, 700-729. – Cfr. M. Jugie, *Theol. Dogm. Christ. Orient.*, t. IV, pp. 394 ss. - Nullum dubium est quin Cabasilas ut impugnator Primatus Rom. Pontificis considerari debeat; at attendas, quaeso, etiam ad ea, quae in hac ipsa refutatione ponuntur. Numquid, vel qualem, hic Primatum concedere videtur? Tandem aliquando Primatus huiusmodi *de facto* solum et cuiusdam prioritatis inter pares, non *de iure divino* et omnimodae in universalem Ecclesiam iurisdictionis agnosci dicendus est.

3) Quae quidem prohibitio ita esse stricta dici debet, ut ne minimam vocem, vel etiam syllabam, immutare liceat nisi in Synodo Generali, etiamsi additio vera Symboli explicatio censeri posset. Ac proinde

4) Ut hoc fiat, sola Romani Pontificis potestas, etiamsi Primatis sit, nequaquam sufficit.

5) Quod denique ad concretam de « Filioque » additionem attinet, non solum generales rationes hucusque expositae valent; sed insuper adest Concilii cuiusdam, imo et cuiusdam Papae, condemnatio.

En fideliter, nisi fallor, exposita Nili mens in quaestione de Symbolo contra Latinos. Ex antea vero dictis singula puncta, praeter quintum, patescunt. Igitur de hoc postremo adhuc dicendum nobis est. Re quidem vera Nilus Cabasilas specialem de hac re tractationem instituit, omniumque fere validissimum argumentum contra sententiam Latinorum exinde haberi arbitratur. Igitur opere pretium esset appositam de hac quaestione lucubrationem exarare; brevitatis tamen causa quaedam solummodo pro analysi nunc innuisse sufficiat. Agendum est ergo de Concilio Constantinopolitano annis 879/80 sub Patriarca Photio celebrato, quod apud historicos pseudo-Synodi Photianae nomine notatum venit. Sed pariter de modo procedendi Ioannis Papae VIII circa praesens negotium quaedam etiam dicenda sunt.

151. Itaque antequam Cabasilas huius Synodi definitiones et Ioannis ad Photium epistulam contra « Filioque » adducat, sic rem totam, historicum agens, commemoratur: « Verum enim vero quid hanc illamve Synodum dicimus, quali nempe ratione de Symbolo disseruerint, vel quales poenas minitatae fuerint contra eos, qui novi aliquid, vel unam syllabam, introducere conantur, cum ea, quae peracta sunt circa additionem ipsam, de qua loquimur, relinquere videamur? Nam Oecumenica quaedam exstat Synodus, ea, scilicet quae post septimam habita est, cuius integer Patrum numerus (ut Latini ipsi in propriis canonibus aiunt) ad octoginta supra trecentos elevatus est. Haec igitur, cuius scopus in tentandis mediis ad Ecclesiarum pacem restituendam consistebat, additionem hanc, nempe quod ex Filio Spiritus sit, velut scandalorum causam, extorrem e divino Symbolo quam longissime fecit. Qui vero locum Papae in hac Oecumenica Synodo obtinebant, id est, Episcopi Paulus et Eugenius et Petrus Presbyter Cardinalis, totius negotii praesides habebantur. Quin imo Ioannes ipse Papa, sub quo haec accidebant, litteris et edictis missis cum apologia quadam, ea quae facta sunt,

auctoritate sua roboravit. Age iam, horum omnium (intelligas, Legatorum et Papae) segnitiem, nescio quare, Latini quidem improbarunt; sententiam autem nunquam mutaverunt ». [1]

152. Quae quidem omnia ita esse vera, sicuti ab ipso exposita sunt, ad Acta Conciliaria provocans, Nilus asserit. Attamen multa sunt, quae, si Acta ipsa perspicimus, inniti veritati minime possunt. [2] Missum enim faciam quod Acta sextae et septimae Actionis, [3] quibus Nilus maxime confidit, omni ex parte a Leone Allatio conficta esse dicuntur, [4] et quod idem de hac materia iudicium tulit cl. Martinus Jugie, licet dubitatione quadam temperatum. [5]

Omittam praeterea quaestionem agitare de huius Synodi oecumenicitate. Vult enim Allatius Latinos impudenter a Nilo esse calumnia affectos, quasi titulum « Universale » huic Concilio ipsi imposuerint. Multis id indignatus refellit, suamque diatribam his inconditis verbis concludit: «Qua ergo fronte Nilus hanc photianam [Synodum] Universalem indigitat, et id inter Latinorum Canones dici blaterat? ». [6] Tamen Nilus Cabasilas, quantum ipse in opere eius video, nequaquam talia affirmavit. Universalem enim et octavam hanc Synodum clare profecto appellat, appellationem vero hanc suam quidem facit, non autem Latinis adiudicat. Vocare eam porro universalem exinde poterat, quod, etsi communiter a Graecis septem tantum generalia Concilia recipiuntur, non desunt tamen aliqui, qui hanc photianam Synodum pro octava Oecumenica ha-

---

[1] Fol. 351^{v} (n. 244).

[2] Conferas, sis, ea quae in pp. 56-58 de alio opere Nili Cabasilae, sc. de Synodo photiana, tractavi.

[3] Vide apud Mansi 17, 365-370 notas Severini Binii huic Synodo praepositas, ubi ostenduntur Actorum fontes, multaque habentur e quibus constat quid de Actionibus sexta et septima sentiendum sit. Conferas quoque notam marginalem manuscripti Vaticani, qui a Mansi reproducitur, ex qua discimus a Graeco quodam additam esse sextam Actionem, «ut priores saltem (sic animadvertitur ab ipso Mansi) sincere credantur » (col. 512).

[4] Leo Allatius, *De octava Synodo Photiana*. Ad rem maxime pertinent capita IX et X, pp. 162 ss.

[5] M. Jugie, *Theol. Dogmat. Christ. Orient.*, t. I, pp. 188 ss. - E contrario Hefele hanc quaestionem ut plene decisam non considerat, cum pro authenticitate duos auctores adducat: Assemani (*Biblioth. iuris Orient.*, t. I, p. 232) et Neandrum (*Kirchengesch.*, t. IV, pp. 430-432). Tamen etiam hi auctores, ut ipse Hefele indicat, non omnia in his Actis contenta pro veris accipiunt, sed quaedam conficta esse arbitrantur (Hefele-Leclercq, *Histoire des Conciles*, t. IV, p. 586). - Ut vides, digna haec essent quae enucleatius pertractarentur; sed ad hoc specialis investigatio instituenda foret.

[6] L. Allatius, op. cit., p. 178.

buisse videntur; eo vel magis quod non semel in ipsis Actis, quas Nilus (bona fide?) legebat, huiusmodi «Universalis» appellatio locum habet.

153. Ceterum haec minora sunt; alia autem concedi aequo modo non possunt. Nam primo: *ex ipsis Actis*, a Cabasila ut veris adhibitis, manifestum est non Legatos Romae, sicut ipse asserit, sed Photium ipsum praesidentiam omnium sessionum Synodi obtinuisse; [1] illos vero secundarium locum, etiam in negotiorum directione, occupasse.

Gravius deinde veritati detrimentum infligitur affirmatione illa ipsius Nili, qua scopus Synodi fuisse crederetur pacem Ecclesiae, ob additionem «Filioque» scandalis perturbatam, restituere. Neque enim, ut abunde constat, Conventum hunc propter quaestionem quandam dogmaticam fuisse coactum, neque Legatos Papae ob hanc rationem Constantinopolim adventasse asserere licet. Finis autem eius erat quaedam solummodo ad disciplinam pertinentia pertractare; inter quae praecipuum obtinebat locum id, quod maximopere ecclesiasticae pacis erat obstaculum, id est, quaestio personalis Photii, videlicet: an tandem aliquando, mutatis nunc adiunctis, in Patriarchalem dignitatem restituendus foret, a qua, velut eiusdem usurpator, depulsus erat. [2] Quod si Nilus, Actis semper innixus, sessiones sextam et septimam, [3] quas pro se contra Latinos adduxit, attente considerasset, peritus Conciliorum vir multa sine dubio eaque gravia indicia in ipsis invenisset, quibus praeposteras illas esse etiam sibimet ipsi videretur.[4]

154. Approbationem autem rerum in Concilio gestarum, tam ex parte Legatorum quam Ioannis VIII Papae Nilus Cabasilas indubiam habet. Nullatenus vero crederes Nilum latere potuisse Ioan-

---

[1] Videas apud MANSI (t. 17) initium cuiuscumque sessionis Synodi photianae; et HEFELE-LECLERCQ, op. cit., p. 587.

[2] Id clare apparet ex «Commonitorio» Papae Petro Cardinali dato, et ex Litteris ipsius ad Episcopos Legatos (ML 127, 867 AB). Commonitorium hoc *falsatum a Photio* reperitur in Actione secunda pseudo-Synodi (cfr. annotat. Severini BINII apud MANSI 17, 365 AC).

[3] Unam tantum ex utraque Actione Nilus facere videtur: solam sextam nominat, sed in transcribendis documentis unum quasi decretum componit partim ex sexta, partim ex septima depromptum.

[4] De hac re L. ALLATIUS, *De octava Synodo Photiana*, cap. X, pp. 194 ss. Compendiosam de ambabus sessionibus tractationem videas in HEFELE-LECLERCQ, op. cit., t. IV, pp. 601-603.

nem VIII, nedum epistulam ad Photium famosam illam scripserit, qua « Filioque » reiectum apparet, [1] aliam authenticam ad Augustos Imperatores misisse. Ex ipsa autem edocebatur solummodo Acta Synodi de rebus disciplinaribus, non dogmaticis, agentia *conditionate* approbari, nempe: si Legati fideles praescriptionibus Papae inveniantur. Verba ipsa Ioannis placet apponere: « ... ea, quae *pro causa restitutionis Reverendissimi Photii Patriarchae* Synodali decreto Constantinopoli *misericorditer* acta sunt, recipimus. Et *si fortasse* Nostri Legati in eadem Synodo contra Apostolicam praeceptionem egerint, *nec Nos recipimus, nec iudicamus alicuius exsistere firmitatis* ».[2]

Iam vero, quae sub his lineis intelligebatur, Legatorum infidelitas clara apparuit Romae, cum Actorum graeca exemplaria in latinam linguam conversa sunt. Tum Marinus Episcopus (qui postea Romanum Pontificatum obtinuit), novus Legatus Constantinopolim mittitur, ubi per triginta dies ab Imperatore in carcere detinetur, [3] ex quo tandem dimissus Romam rediit. Ioannes vero VIII, recte de toto negotio edoctus, sollemniter in Basilica Sancti Petri Photium anathematizavit. [4] Denique ipse Marinus Legatus, ad Sedem Apostolicam assumptus (882-884), totam hanc photianam Synodum sine restrictione damnatam voluit. Num igitur haec omnia Nilo Cabasilae impervia esse potuerunt?

Et tamen ipsum audias loca quaedam sessionum pseudo-Synodi sic transcribentem in opere suo (*Ex actione sexta sanctae huius et Universalis Synodi*, ut fert titulus ab ipso Nilo praefixus): « Sanctissimi Legati (et locum tenentes) antiquae Romae dixerunt: ... expedit ut non alia formula de novo cudatur, sed ipsa vetus et toto terrarum orbe recepta et glorificata, legatur et confirmetur ».

« Et rursus in hac eadem Actione pronuntiatum ab ipsis est — pergit Nilus — communi definitione Sacrosanctum Fidei Symbolum, quod quidem eodem modo sonabat ac illud, quod nunc habetur, in quo praesentibus Romanis illis ceterisque magnorum thro-

---

[1] Nilus Cabasilas hanc epistulam pro authentico documento habet, cuius praecipuam partem in suo opere, statim post damnationem additionis in hoc conciliabulo factam, transcribit. Notare vellem Cabasilam primum e Graecis fuisse cum homonimo Nilo, Rhodiensi Episcopo, qui post quinque fere saecula huiusmodi documentum contra Ecclesiam Occidentalem adhibuerit. Optimum compendium de hac re invenies apud M. Jugie, *Theol. Dogmat. Christ. Orient.*, t. I, pp. 247-256.

[2] Mansi 17, 187 A.

[3] Ita eruitur ex epistula Stephani VI (vel V) 885-891 ad Imperatorem Basilium pro defensione praedecessoris sui Marini Papae. Cfr. Mansi 16, 423 DE.

[4] Hefele-Leclercq, *Histoire des Conciles*, t. IV, pp. 607-608.

norum, nullatenus inculpatum est illud '⟨Credo et in Spiritum Sanctum⟩ ex Patre procedentem' ».

« Deinde: Quam ob rem — ait (Synodus) — Fidei definitionem, quae fuit ab initio, divino affectu et rectitudine mentis, sancta et Oecumenica haec Synodus complectens et celebrans, et salutis soliditatem super eam fundans et aedificans, sic sentire et praedicare omnibus clamat: 'Credo in unum Deum, (Patrem Omnipotentem)', et reliqua usque ad finem ».

« Et post quaedam: Post lectionem (divini Symboli), qui praesens aderat sacer coetus exclamavit: Omnes ita sentimus, ita credimus, in hac confessione baptizati sumus et sacerdotali gradu digni habiti sumus. Qui praeter haec aliter sentiunt, velut inimicos Dei et veritatis reputamus. Si quis praeter hoc sacrum Symbolum ausus fuerit alterum conscribere, vel proponere vel detrahere, et definitionem appellare praesumpserit, sit condemnatus, et ab omni christiana confessione eiectus. Detrahere enim vel adicere, imperfectam erga sanctam et consubstantialem Trinitatem, quae usque in hanc diem a maioribus descendit, confessionem nostram ostendit: et Apostolorum traditionem et Patrum doctrinam condemnat. Si quis igitur eo amentiae provehatur, ut ausus fuerit, quemadmodum superius dictum est, alterum exponere Symbolum, et definitionem appellare, aut adicere vel demere in tradito nobis a Sancta et Oecumenica (Nicaeae primum) magna Synodo, anathema sit ». [1]

Ita quidem documenta citata sonant; supervacaneum autem est animadvertere Nilum Cabasilam omnimodam in illis prohibitionem cuiuscumque additionis ad Symbolum haberi intellexisse. At notare liceat cum Martino Jugie [2] hoc photiano canone, si rigorem verborum attendimus, non absolute quamlibet additionem vetari, sed tunc solummodo, cum « *nulla adest haeresis, Maligni insidiis excitata* »; quae verba, tametsi in eadem Actione sexta reperiantur, [3] alto Nilus silentio praeterivit.

155. Denique scire iuvat in restitutione Actorum huius pseudo-Synodi, de qua saepe in parte prima diximus, et quam Nilus ipse compilavit, legi quoque ad verbum transcriptam ex codice quodam Monasterii Vatopedi, ubi inveniebatur, spuriam illam Ioannis VIII

---

[1] Fol. 352^{r}-352^{v} (n. 245). Cfr. Mansi 17, 513 E-516 A; 516 CD; 520 E-521 A. (Vid. quae superius diximus ad p. 171, nota 3).

[2] M. Jugie, *Theol. Dogmat. Christ. Orient.*, t. I, p. 189.

[3] Cfr. Mansi 17, 516 C: «*Μηδεμιᾶς ὑπὸ τῶν τοῦ πονηροῦ τεχνασμάτων ἀνακινουμένης αἱρέσεως*».

ad Photium epistulam,[1] quae nunc postremo loco praecipuum argumentum adversus dogma catholicum ovanti Cabasilae praebuit. In ipsa enim non iam nuda addendi quidquam ad Symbolum Fidei prohibitio, at, quod maximum est, tum vocis « Filioque » tum doctrinae per huiusmodi particulam expressae gravis, etiam ab ipso Romano Pontifice, condemnatio adest. « ... Illaesum (Symbolum) — ibi dicitur — quemadmodum a principio traditum est nobis, servasse nos (Romanos). ... Iterum igitur tuae Reverentiae significamus ut de hoc articulo, ob quem suborta sunt scandala inter Ecclesias Dei, certam persuasionem de nobis habeas quod non solum illum non dicimus, sed etiam eos, qui primum ausi sunt sua insipientia hoc facere, praevaricatores esse censemus divinorum oraculorum: qui pervertunt sacram doctrinam Domini Christi et Apostolorum ac ceterorum Patrum, qui synodice convenientes tradiderunt sanctum Symbolum ... ».[2]

Conclusio ergo ex his omnibus contra Latinos evidens pro Nilo Cabasila fluebat, quam quidem gravissimis hisce verbis ad finem operis tulit: « Deleant ergo additionem illam; vel secus cogitandum est quaenam ipsis excusatio digna erit in communi iudicii die, cum Iudex eis autonomiam suam suumque dilaceratum corpus (Ecclesiam dico Dei) proferet. Apostolorum leges proferet quoque, et separationem a Se indicet, quam contra semetipsos ipsi ominati sunt ».[3]

Et hac sollemni reprobatione reiutatio syllogismorum clauditur.

APPENDIX

Quaedam de syllogismo decimo quarto, qui ex infallibilitate Romani Pontificis educitur

156. Multa quoque hi, qui cum Graecis de processione Spiritus Sancti contendebant, de puritate fidei et de inerrantia Ecclesiae Romanae eiusque Capitis in medium proferebant, quemadmodum, ut exemplum aliquod afferamus, in responsione Barlaami iam catholici ad illam Demetrii Cydonii celeberrimam epistulam videri potest.[4] Quam ob rem ad veritatem doctrinae suae ostendendam huiuscemodi argumento iure uti Latini poterant.

---

[1] Videas cod. Vat. gr. 1757 fol. 345r-346v. Notitia Monasterii, ubi asservabatur, characteribus rubris ad marginem dextrum folii 345r indicata adest.

[2] Fol. 352v-353r (n. 246).

[3] Fol. 353v (n. 247).

[4] BARLAAMUS, *Epistula ad Demetrium Thessalonicensem*; MG 151, 1307 ss.

Nilus Cabasilas autem inde occasionem sumpsit ut acerbissimo modo adversus Pontificem Romanum tela coniceret, cuius infallibilitatem, quam (sicut fere omnium schismaticorum est) cum impeccabilitate confundit, factis illis notissimis redarguit, quae prius ipse quoque in opere *De Primatu Papae* consignaverat. Itaque Honorii et Liberii nomina denuo anathematizata hic decurrunt. Nunc vero aliud novum factum introducitur, cuius fons e turbulentissimis contra Sedem Romanam Iobi Iassitae scriptis fortasse repetendus sit.[1] « Et Caelestinum quendam — inquit Nilus — ita inusitato modo episcopatum Romanum desiderasse Latini ipsi ferunt, ut pro nihilo haberet quidquid, machinando, ad scopum conferre posset; aiunt praeterea fidem, contempto Deo, abiurasse, quippe qui magicis hominibus eorumque artibus usus sit: ac tandem postquam voti compos est factus, se ipsum daemoniis ad interitum tradidisse ».[2]

Enormitas ipsa facti (quod ceterum apud alios auctores agitari solitum fuisse non invenio) criterium aequanimitatis et historicarum rerum inquisitionis in Archiepiscopo Thessalonicensi Cabasila parum profecto commendat. Factum sine dubio refertur ad illas familiarum *Frangipane* et *Pierleoni* politicas scissiones, quae post mortem Callisti II (1119-1124) electionem novi Pontificis adeo difficilem reddiderunt, ut, novo etiam Antipapa Caelestino II, Ecclesiae unitas periclitaretur. Rem tamen ipse illegitimus Caelestinus (non Papa Caelestinus, ut Nilus scripsit) feliciter composuit, qui post quinque elapsos dies triregno ob bonum pacis renuntiavit; atque inde factum est, ut eius adversarius Lambertus, Ostiensis Cardinalis, cuius electio quoque turbida processerat, canonice, mutatis adiunctis, in Antistitem Romanum sub Honorii II nomine proclamatus fuerit.[3]

157. Omnia autem, quae sequuntur, in eadem huius syllogismi refutatione indirecte solummodo ad quaestionem Trinitariam faciunt; et hac de causa extensam eiusdem et accuratam expositionem instituere otiosum existimo. Illud notare velis: sapientiam quidem Ecclesiae Romanae et actualem illius temporis litterarum florentissimam renovationem apud Latinos, quemadmodum in prima parte iam monui, nequaquam (ut multi ipsi coaevi) Nilus non recognoscit;

---

[1] Quaedam exempla acrimoniae huius scriptoris videas, sis, apud DEMETRAKOPULUM, *Graecia Orthodoxa*, pp. 58 ss., quae ex codicibus Monacensi gr. 28 et Vindobonensi theologico 281 depromuntur.

[2] Fol. 342v (n. 216).

[3] Cfr. F. MOURRET, *Histoire générale de l'Eglise*, t. IV, III part., c. I, pp. 336-337.

sed tamen acutus vir ex hoc etiam ansam arripit, ut positionem Latinorum in dogmaticis rebus infirmare quaquaversus satagat. « Iam vero — inquit, postquam testimonium Agathonis adduxerat, qui Latinos sui pontificatus (678-681) parum scientiis deditos, at puram fidem retinentes in epistula quadam descripsit [1] —, si propter sapientiae copiam prorsus necesse est Latinos veritatem possidere, nos vero ex adversa parte constitui, quare tunc cum adeo scientiarum ignari, Latini esse inveniebantur, ut simplicem Scripturarum intelligentiam attingere non possent, nequaquam perperam (de rebus fidei) sentiebant?... Ergo nequaquam necessario fit ut Latini, qui multa sapientia superabundant, in fide etiam roborati esse credantur, cum adeo adversus eos facta ipsa vocem attollant ». [2]

Haec quidem Nilus; sed, ut opinor, ultra argumenti Latinorum intentum gressum fecisse dicendus est.

---

[1] S. AGATHO, *Epistula ad Imperatores Romanorum*; MANSI 11, 236 BD. Vide quoque ibid., col. 185 s. - Fol. 343r (n. 218).

[2] Fol. 343r-343v (nn. 218-219).

CONCLUSIO

158. En tibi, studiose lector, quaecumque pro tenuitate mea de hoc Trinitario Nili Thessalonicensis tractatu dicenda mihi videbantur. Non tamen omnia, quae in ipso sunt, commentarius meus amplexus est, sed postremam solummodo eius sectionem, quae plus novitatis in tam amplo similium operum numero forsitan praebere poterat.

Quapropter in opere meo inquisivi de modo, quo Nilus refutationem instituit argumentorum e ratione desumptorum Sancti Thomae Aquinatis, quae syllogismorum nomine a Thessalonicensi donata sunt. Quae quidem capita, etsi praecipua non sint in doctrinae catholicae probatione, neque eorum refutatio occasionem Nilo Cabasilae praebere possint, ut ipse plene et undequaque suam de controversia Trinitaria mentem aperiret, tamen novum adspectum (quemadmodum in Praefatione dixeram) in byzantinae theologiae historiam introducunt, praeter quam quod ex natura sua semina saltem continere censenda sunt earum omnium rationum, a Cabasila in reliquis capitibus sui tractatus expositarum, quae photianum hunc et palamitam auctorem distinguunt.

Itaque post exposita in prima operis parte facta quaedam, quae ad meliorem Nili Cabasilae cognitionem tum scientificam tum moralem inserviunt, propius ad thema meum in altera accessi. Nempe in ea descriptionem feci optimi codicis Vaticani graeci 1117, unde opus Cabasilianum eruo, eodemque sub diversis adspectibus considerato, divisionem eius rectam adumbravi, fontiumque (quantum per documenta licuit) assignationem statuere aggressus sum. Hac ratione tandem via aperta erat, ut textum ipsum Nili Cabasilae, hucusque ineditum, quem hic cum versione latina legere poteris, in tertia parte commentario illustrarem, in quo generatim modus a Nilo adhibitus in argumentorum suorum dispositione contra Sanctum Thomam Aquinatem ostenditur, et quid singula valeant declaratur.

159. Quodsi nunc velut in compendio iudicium de Nilo Cabasila ferendum est, non procul fortasse a vero erimus, si haec, quae sequuntur, asseramus:

1) Perspicuae quidem mentis ingeniique promptioris et acuti ipse fuit, qui tum adversariorum sententiam et fundamenta ipsius

bene calluit, tum etiam eandem multiplicibus rationibus, quae fere semper in eius positione logice procedunt, amplissime impugnavit.

2) Tamen praeiudicatam, ut videtur, tanquam unice veram, causam suam defendendam suscepit; quod quidem exinde oriri putaveris, quod Nilus momentum maximum singulorum testimoniorum Patrum, quae a Latinis afferebantur, necnon et Conciliorum definitionum insufficienti modo neque imperturbata animi serenitate perpenderat.

3) Hinc factum est, ut ratio ipsa disponendi peramplum suum Trinitarium opus labilis fuerit: quandoquidem Latinorum doctrinam (quam ipse consideravit velut conclusionem ex pluribus praemissis, quae singula quadraginta et novem argumenta sunt), iisdem nondum discussis, *a priori* ut falsam in quinque dissertationibus primis reiecit. Qua quidem ratione facillimus deinde, sed infirmus, modus singillatim praemissas refutandi ipsi fuit: conatus est, scilicet, ostendere illas veras esse non posse, e quibus, si admitterentur (ut ipse fatetur nonnunquam), dogma Romanae Ecclesiae, *iam in antecessum refutatum*, admittendum foret.

4) Quod autem specialiter ad argumenta rationis Sancti Thomae attinet, ipse etiam praeiudicio ferri passus est; qui, cum multas proferat Angelici Doctoris citationes, e quibus huius mens de valore humani ratiocinii ad res divinas demonstrandas evidentissima luce collocatur, tamen syllogismos illos a Thoma adhibitos, non ad elucidandam solummodo (uti revera sunt), sed ad proprie *demonstrandam* Spiritus ex Filio processionem, Nilus intellexit eosdemque funditus evertere voluit.

5) Itaque praecipuum Nili Cabasilae de re theologica meritum in eo haberi censeo, quod argumentum saepius iam ante ipsum discussum, plene tractaverit, aptam uberemque Latinorum argumentorum copiam adduxerit, eademque ordine perfecto disposuerit, ita ut ipsa cum adiunctis responsionibus *systematicum quoddam doctrinae corpus* vere constituant.

6) Novo etiam quodam refutationis genere usus est: illo, nempe, quod in adaptandis ad Graecorum separatorum thesim argumentis scotisticae scholae consistebat. At etiam in hoc, quod novitatem quandam continet, errorem commisit, dum non solum ita valorem rationum Aquinatis (id quod ad summum deducebatur), sed ipsam quoque catholicam doctrinam impugnari posse credidit.

160. Denique si nunc quaerimus quo Nilus Cabasilas animo fuerit in impugnandis adeo acerrime Latinis, et an revera bonam fidem sincerumque veritatis a se possessae tuendae desiderium

habuerit, valde difficilis res in medium adducitur, ut uno verbo responsio dari queat.

Nam cum sciamus ipsum Nilum ab avita Patrum fide recesisse ob humanos honores,[1] novitatique doctrinarum Palamae adeo adhaesisse ut, quas antea reiecerat, earumdem in posterum propugnator ex praecipuis fuerit; cum ipsum videamus ex omnimoda admiratione Sancti Thomae, quam aperte ostendebat, in eiusdem implacabilem aversionem transiisse; denique si ad rationem attendimus, qua potissimum testimonia Patrum adducere solitus est, ut, videlicet, non solum illas semper eorum lectiones elegerit (ubi hae in controversiam veniebant) quae, etsi minus aptae contextui, melius tamen schismaticorum positioni congruerent, sed etiam quaedam silentio praeterierit, quaedam vero, idque systematice, quandoque mutaverit; si haec, inquam, prae oculis habemus, ratio fortasse nobis erit ut saltem bonae ipsum fidei fuisse dubitemus.

Verumtamen, ut omnia dicamus, sponte quoque ad iudicium temperandum movebimur, cum audierimus eundem Nilum Cabasilam redditum ad statum Ecclesiae pristinum desiderare, et ita quidem ut ipsos Graecos paratos esse dicat etiam Primatui Romanae Sedis sese iterum submittere, dummodo Romanus Pontifex Apostolicas traditiones servet.[2] Lenius quoque ipsum iudicabimus cum non sine quadam commotione pulcherrimam eius ad Spiritum Paraclitum orationem legerimus, qua totum opus Trinitarium clauditur, quaeque, mutatis paucissimis verbis, ab hominibus catholicis pro Ecclesiae unitate recitari posset. In ea enim ferventes effunduntur preces pro animorum concordia, pro Unione Ecclesiarum in vinculo pacis, pro tam diuturnae membrorum Christi separationis fine, et tandem pro adimpletione desiderii Christi Domini, qui, cum ad Passionem suam voluntariam properabat, « *Ut omnes unum sint* » pro hominibus Patrem deprecabatur.[3]

161. Res igitur haec unitatis et amoris inter Ecclesias benignitati Iudicis et ipsius Paracliti caritati commendanda est. Ita sane fiet ut neque nos, Catholicae Fidei divino munere filii addictissimi, separatis fratribus laudes, quae tribui ipsis possunt, systematice

---

[1] Sic eruitur ex narrationibus NICEPHORI GREGORAE (*Historiae byzantinae*, lib. XXI c. VI-VII; lib. XXII c. III; lib. XXIV c. 11; MG 148, 1300 AC, 1332 BD, 1436 BC) et DEMETRII CYDONII (*Apologia propriae fidei*, Vat. gr. 1102 fol. 70ᵛ; apud MERCATI, *Notizie ed Appunti*, pp. 391 s.).

[2] Fol. 351ʳ (n. 243).

[3] Fol. 353ᵛ-354ʳ, n. 248.

denegemus, neque vicissim ipsi florentissima ingenia, quae sapientia summa pro veritate in Ecclesia Catholica scriptis decertarunt, incognita despiciant.

Quapropter utinam ipsi ad tam splendida lumina christianae veritatis libenter oculos vertant, inter quae proprio splendore pereenniter fulgere videbunt Angelicum Doctorem, Thomam Aquinatem, qui, sicut ope clarissimorum operum suorum Demetrium Cydonium aliosque plures praecipuos viros saeculi XIV ad Catholicam Ecclesiam aggregari fecit, sic etiam ad eandem, quasi ad salutis portum, praesentis aetatis studiosos alliciet. « Opera enim eius — Cydonius ipse dixerat — permanent eademque in omnem aetatem permanebunt: quae futuris quibuscumque generationibus et sapientiae et sanctitatis illius documentum erunt, utpote quae vera theologiae et philosophiae laude undique roborantur ». [1]

---

[1] Demetrius Cydonius, *Apologia S. Thomae*, Vat. gr. 614 fol. 126^{v}: « *Τὰ μὲν γὰρ ἐκείνου [τοῦ Θωμᾶ] καὶ μένειν, καὶ μενεῖν γε μέχρι παντός, δεῖγμα τῆς ἐκείνου σοφίας καὶ ἀρετῆς ἐσόμενα καὶ τοῖς μετέπειτα, ὡς ἂν θεολογίᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ πάντοθεν κατωχυρωμένα* ».

NILUS CABASILAS
DE SPIRITUS SANCTI PROCESSIONE
TEXTUS

Praebetur sectio altera III partis
Vat. gr. 1117 ff. 273^{v}-254^{r}.

NOTANDA DE TEXTU ET VERSIONE

A) DE TEXTU GRAECO.

Quod ad textum attinet, animadvertendum est imprimis non dari hic proprie eius editionem criticam. Nam ut id fieret, praeter quam quod nunc solum fragmentum totius operis exhibetur, necessarium esset ut cum manuscripto Vaticano (ceterum perantiquo et optimo), quo usus sum, duorum saltem fortasse antiquissimorum codicum Athoniensium (Iberonensis 277 an. 1367, et Dionysiani 147 an. 1369) collatio institueretur. Attamen ex hodiernis adiunctis impossibilis hic labor redditur, ut facile cuivis patet. Itaque totus in eo fui ut, quae ex Nilo Cabasila legenda studiosis darem, ex cod. Vaticano graeco 1117 fideliter exscriberem.

Ratio autem transcriptionis haec fuit.

1. Servatur omnino lectio Vaticana. Quodsi quandoque accidit ut, vel omissiones nonnullae suppleri, vel errata quaedam corrigi debeant, id in parvo apparatu ad calcem posito notatur, et in textu introducuntur verba vel syllabae, de quibus agitur, appositis convenientibus signis, quae inferius dabuntur.

2. De orthographia autem haec notare oportet:

a) clausularum interpunctio, et pariter maiuscularum litterarum ratio, tota mea est. In his enim, ut moris erat inter antiquos, nedum uniformitas retineatur, potius anarchia in manuscripto apparet; imo quaedam signa nunquam scribuntur (ut *ι subscriptum* et *virgula τῆς κράσεως* ad verba *ταὐτόν, κἀκεῖνος, κἄν,* etc.), quaedam vero (ut *punctum interrogationis*) nonnisi rarissime notantur.

b) Accentus disponendi modus, quoad encliticas attinet, modernus est, eo quod hic notior sit et maiorem uniformitatem prae se ferat. Eadem quoque de causa modernus usus servatur cum accentus *gravis* scribendus est, etsi scriba codicis acutum usurpavit, v. gr., fere semper in fine linearum, etiamsi nullum signum interpunctionis, saltem in sensu, requireretur.

c) Paragraphorum divisio, quae hic datur, eadem ipsa est, quae in cod. Vaticano ope maiorum et ornatiorum litterarum distinguitur. Unicuique autem ex his paragraphis, pro citationum commoditate, numerum ordinis ad marginem praefixi.

d) Tandem scias me reliquisse, sicut in manuscripto iacent, sequentia verba, quae semper *uniformiter* scripta inveniuntur, quae-

que apud byzantinos usitatissima erant, etiamsi nunc diverso fortasse modo scriberentur. Talia sunt: *διατοῦτο, διαταῦτα, διατί, διότι, διό, διαπαντός, διαχρόνου; ἐξανάγκης, ἐξαρχῆς, ἐφόσον; καθόλου, καθόσον; μεταταῦτα; τουτέστι.* Quae vero *aliter alias* scripta in codice sunt, si notiora, ut *ἤγουν* (*ἢ γοῦν*), *καθό* (*καθ' ὅ*), *τηναρχήν* (*τὴν ἀρχήν*), *τοπρόσω* (*τὸ πρόσω*), prout loco iacent relinquuntur; sin autem vel minus cognita vel rariora, quemadmodum *ἐπιτοπλεῖστον* (*ἐπὶ τὸ πλεῖστον*), *καθέκαστα* (*καθ' ἕκαστα*), *κατουδέν* (*κατ' οὐδέν*) iuxta morem hodiernum transcribere malui. Semper etiam disiunctivam particulam *μηδέ* sic scripsi, non autem separatim (*μή δέ*), ut codex exhibet; neque formam ionicam, vel moderniorem, verbi *γιγνώσκειν* (*γινώσκω* etc.) retinui, sed atticam adhibui, qualis est lingua, qua Nilus castigatius utebatur.

3. Dispositio materialis titulorum et paragraphorum omnium eadem manet, quae in manuscripto habetur.

4. Abbreviationes omnes, non frequentes de cetero, solvuntur.

5. Denique ex his, quae in margine notantur in codice, signa citationes indicantia ad ipsum textum transferuntur, ut fieri solet; alia autem, ut numeri ordinis argumentorum et similia, utpote ad lectionem non necessaria, omissa sunt.

B) De versione latina.

1. Quantum fieri potuit, curavi ut et indoles latinitatis servaretur, et litteralis versionis ratio persisteret. Quae vero in ipso textu adducuntur citationes S. Thomae, earum, ut patet, textum originalem retinui; interpretationem autem aliarum citationum SS. Patrum (Graecorum, scilicet, quos solum Cabasilas attulit) et Conciliorum eam dedi, quae in eorum editionibus apud Migne et Mansi exstant. Verumtamen id non fit, nisi collatione earumdem semper instituta tum cum textu a Cabasila adducto, tum etiam cum originali, ex quo aliquando versiones in illis Collectionibus contentas paululum corrigere debui. Textus autem Sacrae Scripturae iuxta versionem Vulgatam referuntur; notatis, ubi opus est, mutationibus quibusdam, quae in manuscripto quandoque apparent.

2. Cum vero nonnulla sint, quae (propter diversam conceptionem et terminologiam theologiae byzantinae et Occidentalium) si latine ad verbum reddantur, «fortassis bene non sonant», ut S. Thomas ait; multum anceps fui, an esset potius «modum loquendi» mutare «iuxta proprietatem linguae, in quam transferebam». [1] Cabasilas

---

[1] Cfr. S. Thomas in *Prooemio* Opusculi *Contra errores Graecorum* (edit. Parmensis, vol. XV, pag. 239).

enim, sicut ceteri Graeci auctores (etiam SS. Patres), voces « causam » et « causatum » usurpat pro *origine, originato* et similibus, agendo de divinis. Pariter « progressiones », « exitus » etc. dicit quod nos per loquutionem *processionum divinarum* significamus. Iam vero, illa verba conceptum cuiusdam materialitatis nobis repraesentant, quod, ubi de Trinitate agitur, minus decere videtur. Nihilo tamen minus consiliis parens et exempla sequutus multorum interpretum Patrum Graecorum, ac potissimum ne Graecum Nilum Cabasilam Latinum facerem, omnia illa fideliter interpretatus sum, quemadmodum in textu byzantino sonant. Manifestum tamen est exceptionem fieri debuisse cum verba ipsa S. Thomae vel Latinorum in enuntiatione syllogismorum a Nilo citata adducenda erant.

3. Denique animadvertere iuvat versionem meam annotationibus quibusdam, sed paucissimis, pro rerum rationibus illustrari. Ceteras autem notas, praesertim pro citationibus verificandis compositas, ad textum graecum amandandas censui. Quae quidem tamen, ne huius lectio frequentius abrumpatur, nullo adhibito signo solumque linearum numero praeposito, ad calcem paginae continuo legi poterunt.

Haec autem adhibentur

SIGNA

⟨ ⟩ = includunt tam in textu quam in versione ea, quae vere deesse putantur.

[ ] = indicant *in textu* correctionem inductam fuisse; *in versione* autem aliqua verba explicativa (non necessaria) claudunt.

[ ] = separant verba, quae e textu expungenda videntur.

] = in apparatu critico, ubi opus est, verba textus seiungit.

Vat. gr. 1117

Τοῦ αὐτοῦ ⟨Νείλου τοῦ Καβάσιλα⟩.
Ὅτι οὐκ ἔστι Λατίνοις, συλλογισμοῖς χρωμένοις, ἀποδεῖξαι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον

1. Λοιπὰ δὲ οἱ συλλογισμοί, οἷς τοσοῦτον ἰσχύος μέτεστιν εἰς τὸ δεικνύναι τὰ θεῖα, ὅσηπερ ἂν γένοιτο καὶ τυφλοῖς κρίνειν ἐπιχειροῦσι χρώματα· ἀλλὰ πρὸ τοῦ κατὰ μέρος ἕκαστον τῶν συλλογισμῶν δοκιμάσαι, ζητητέον ἐστὶν εἰ καθόλου τὸ προκείμενον πρόβλημα ἀποδεικτόν ἐστι.

2. Πρῶτον μὲν οὖν παράδοσίς ἐστιν ἀρχαία καὶ ἀποστολικὴ φεύγειν τὴν ἐκ τῶν συλλογισμῶν συμμαχίαν ἐν τοῖς περὶ πίστεως λόγοις, ἀσθενῆ τι fol. 274r οὖσαν καὶ εἰς ψεῦδος | φέρουσαν καὶ μηδὲν ἕτερον ἢ λύειν ἐπιχειροῦσαν τὴν ἰσχὺν τοῦ σταυροῦ. Φησὶ γὰρ ὁ μακάριος Παῦλος Κορινθίοις γράφων· «Οὐ γὰρ ἀπέστειλέ με Χριστὸς βαπτίζειν, ἀλλ' εὐαγγελίζεσθαι, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ». Καὶ μὴν καὶ ζητήματος θεολογικοῦ προτεθέντος, διὰ τῶν τοῦ πνεύματος λογίων λύεσθαι ταῦτα ἡ ἀποστολικὴ διάταξις βούλεται, οὐ διὰ τῆς ἀνθρωπίνης σοφίας. Φησὶ γὰρ ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος· «Λαλοῖμεν οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς Πνεύματος Ἁγίου, πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρινοντες».

3. Ἔπειτα εἰ συλλογισμοῖς τὰ τῆς πίστεως ἐπιτρέψομεν, οἴχεται μὲν ἡ πιστις ἡμῶν, οἴχονται δὲ οἱ ἐπὶ τῇ πίστει στέφανοι, καὶ οὐκέτι Θεῷ ἀλλὰ ἀνθρώποις πιστεύσομεν. Φησὶ γὰρ ὁ αὐτός· «Καὶ ὁ λόγος μου καὶ τὸ κήρυγμά μου οὐκ ἐν πειθοῖ σοφιας ἀνθρωπίνης ⌈λόγοις⌉, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει πνεύματος καὶ δυνάμεως, ἵνα ἡ πίστις ἡμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφιᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ». Καὶ ὁ μέγας δὲ Βασίλειος ἐν τοῖς πρὸς Εὐνόμιον· «Εἰ μέλλοιμεν ἅπαντα τῇ καταλήψει μετρεῖν, καὶ τὸ τοῖς λογισμοῖς ἀπερίληπτον μηδὲ εἶναι τὸ παράπαν ὑπολαμβάνειν, οἰχήσεται μὲν ὁ τῆς πίστεως, οἰχήσεται δὲ ὁ τῆς ἐλπίδος μισθός».

---

2 *Λατίνοις*] sine articulo et sic deinceps fere semper, si unum alterumve locum excipias. 5 *ὅσηπερ*] suppl. quoad sensum *δύναμις*. 22 *οὐκ ἐν πειθοῖ σοφίας ἀνθρωπίνης*] = non in persuasione humanae sapientiae. In Ms additur *λόγοις*, quae lectio non Cabasilae, sed amanuensis esse videtur (cfr. notam num. 61, de hac re). 26 *τοπαράπαν* Ms cum parva linea litterae o subducta, quod nunquam alias.

---

11 I Cor. *I, 17*. 16 I Cor. *II, 13*. 21 I Cor. *II, 4-5*. 25 Basilius, *II contra Eunomium, 24: MG 29, 628 A.*

Eiusdem.

Latinos non posse ope syllogismorum processionem Spiritus Sancti ex Filio demonstrare

1. Restant modo syllogisticae rationes, quibus tantum roboris ad res divinas ostendendas inest, quantum esset caecis, si de coloribus iudicare vellent. Sed priusquam singillatim unamquamque rationem examini subiciamus, quaerendum in genere est utrum praesens nostrum problema demonstrationem patiatur.

2. Primum igitur antiqua et apostolica traditio fert in rebus fidei humanarum rationum auxilium esse fugiendum, cum id infirmum sit et in falsitatem [*fol. 274*ʳ] ferat, nihilque aliud quam conatus crucis efficaciam dissolvendi praestet. Ait enim divus Paulus ad Corinthios scribens: « Non enim misit me Christus baptizare, sed evangelizare non in sapientia verbi, ut non evacuetur crux Christi ». Quin etiam cum theologica proponitur quaestio, apostolicum praeceptum est eam Spiritus oraculis, non vero per sapientiam humanam solvendam esse. Dicit enim idem Apostolus: « Loquimur non in doctis humanae sapientiae verbis, sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes ».

3. Deinde, si res fidei syllogismis involvimus, fides nostra ruit, coronae pro merito fidei amittuntur, neque amplius Deo, sed hominibus credemus. Ipse enim dicit: « Et sermo meus et praedicatio mea non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis; ut fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei ». Magnus etiam Basilius in libris contra Eunomium: « Nam si intelligentia nostra — ⟨ait⟩ — voluerimus metiri omnia, et quod mente capi non potest, id arbitrari omnino non esse, peribit fidei, peribit spei merces ».

4. Ἔτι τὸ πρὸς συλλογισμοὺς ὁρᾶν ἐν τοῖς περὶ πίστεως λόγοις μάτην ἐστὶν νομίζειν δοθῆναι χριστιανοῖς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον. Φησὶ γὰρ ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος· « Ἡμεῖς δὲ οὐ τὸ πεῦμα τοῦ κόσμου ἐλάβομεν, ἀλλὰ
fol. 274ᵛ τὸ Πνεῦμα τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ, | ἵνα εἰδῶμεν τὰ ὑπὸ Θεοῦ χαρισθέντα ἡμῖν, ἃ καὶ λαλοῦμεν οὐκ ἐν διδακτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς Πνεύματος Ἁγίου ».

5. Ἔτι ἐν τῷ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίῳ φησὶν ὁ Κύριος· « Ἔστι γεγραμμένον ἐν τοῖς προφήταις· καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ Θεοῦ », τὴν διδασκαλίαν αἰνιττόμενος τὴν ἑαυτοῦ. Εἰ δὲ τὴν μὲν θείαν ὑπόσχεσιν εἰς πάντας διαβαίνειν πιστεύομεν, πάντας δὲ πρὸς ἀποδείξεις βλέπειν ἀδύνατον, τί ποτε χρὴ τὸ κατὰ τὴν ἀπόδειξιν νομίσαι; οὐ πολεμίαν τῆς θείας ἐπαγγελίας; οὐ τῆς τῶν χριστιανῶν θεολογίας ἀντίπαλον; οὐκ ἄρα συμβούλῳ χρησόμεθα τῷ ἐχθρῷ, οὐδὲ περὶ ὧν ἀμφισβητοῦμεν, αὕτη καθιεῖται κριτής, ἀλλ' ἐρίῳ ταύτην στέψαντες καὶ μύρῳ χρίσαντες, τῶν θείων ἀπελάσομεν περιβόλων.

6. Ἔτι συλλογισμὸς μὲν ἀνθρωπίνης σοφίας ὄργανον, ταύτην δὲ μωρὰν ὁ Κύριος ἔδειξεν· μωρῷ δὲ καὶ ἀνοήτῳ πῶς ἄν τις ῥᾳδίως πιστεύσειεν, ἑαυτῷ γε ὤν; φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Παῦλος· « Οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου τούτου; » Οὕτω μὲν οὖν περὶ τῶν συλλογισμῶν δόξης ἔχουσιν οἱ τοῦ κυρίου ἀπόστολοι· τοῖς δὲ τὰ ἐκείνων προσεχῶς διαδεξαμένοις ἴδωμεν τί ποτε δοκεῖ. Αὐτίκα μακάριος Διονύσιος, τῆς θεολογικῆς αὐτοῦ συγγραφῆς ἀρχόμενος, ἀντ' ἀξιωμάτων τινῶν καὶ ἀρχῶν ἀπάγει τοὺς ἐντευξομένους αὐτῇ τῆς ἐκ τῶν συλλογισμῶν ὀχλήσεως, τοῖς τοῦ
fol. 275ʳ διδασκάλου | καὶ αὐτὸς χρησάμενος λόγοις, καὶ διὰ πάντων τὸν μαθητὴν δεικνύς. Φησὶ γάρ· « Ἔστω δὲ καὶ νῦν ἡμῖν ὁ τῶν λογίων θεσμὸς προδιωρισμένος οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει τῆς πνευματοκινήτου τῶν θεολόγων δυνάμεως ». Καὶ πάλιν· « Καθόλου τοιγαροῦν οὐ τολμητέον εἰπεῖν οὔτε μὴν ἐννοῆσαι περὶ τῆς ὑπερουσίου καὶ κρυφίας θεότητος παρὰ τὰ θειωδῶς ἡμῖν ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων ἐκπεφασμένα ».

7. Ἔτι φησὶν ὁ ἱερὸς Διονύσιος· « Ἀλλὰ καὶ τὸ πάσης θεολογίας ἐκ-

---

3 1 Cor. *II, 12-13.* 7 Io. *VI, 45 (cum allus. ad* Is. *LIV, 13).* 14 Plato, *cf. Resp. III, 398 A.* 18 I Cor. *I, 20.* 25 Ps.-Dionysius, *De div. Nomin. I, § 1 (2 citat.): MG 3, 585 B; 588 A.* 31 Ps.-Dionysius, *De div. Nomin. II § 9: MG 3, 648 A.*

4. Praeterea ad syllogismos in rebus fidei attendere, idem est ac iudicare frustra christianis datum esse Spiritum Sanctum. Ait namque idem Apostolus: «Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est, [*fol. 274v*] ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis: quae et loquimur non in doctis humanae sapientiae verbis, sed in doctrina Spiritus [Sancti]».

5. Adhuc, in Evangelio secundum Ioannem Dominus dicit: «Est scriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles Dei», ad doctrinam sui ipsius allusionem faciens. Iam, si divinam promissionem ad omnes pertransire credimus, impossibile autem est ut omnes in demonstrationem respiciant, quid tandem de demonstrationibus fas est cogitare? Nonne contrariae illae sunt divinis promissionibus? Nonne christianae theologiae inimicae esse deprehenduntur? Igitur hostem consiliarium non adhibebimus, nec ipse sedebit ut iudex ad decernendum de his, de quibus dubitare contingat; sed potius eum fotum unguentis lanaque coronatum [1] ab ambitu divinarum rerum procu amandabimus.

6. Insuper cum syllogismus humanae sapientiae organum sit, hanc autem Dominus stultam esse ostenderit, quo pacto fiet ut sui compos vir stulto et amenti temere credat? Etenim divinus Paulus ait: «Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?». Talem igitur Apostoli Domini de syllogismis opinionem habent; inspiciamus autem quid tandem de eisdem iis, qui illis immediate suffecti sunt, videatur. Exempli gratia, beatus Dionysius iam in exordio theologici operis sui illos, qui obviam sibi occurrunt, a syllogismorum vulgari emolumento, veluti ex axiomatico principio, avocat, etiam ipse [*fol. 275r*] verba Magistri adhibens, et in hunc modum scribens: «Sit autem etiam nunc nobis oraculorum sacra lex proposita, ut veritatem ostendamus eorum, quae de Deo dicuntur, non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis, sed in ostensione virtutis, quam Spiritus theologis inspiravit». Et rursus: «Universe igitur audendum non est, vel dicere vel cogitare quidquam de supersubstantiali et addita Deitate, praeter ea, quae nobis in sacris oraculis sunt indicata divinitus».

7. Addit adhuc divus Dionysius: «Quin etiam (id, quod est om-

---

[1] Loquutiones proverbiales, quibus ironice res aliqua tanquam inutilis celebratur. (Vid. apud PLATONEM, loco in textu graeco relato).

φανεύστατον, ἡ καθ' ἡμᾶς Ἰησοῦ θεοπλαστία, καὶ ἄρρητός ἐστι λόγῳ παντί, καὶ ἄγνωστος νῷ παντι, καὶ αὐτῷ τῷ πρωτίστῳ τῶν πρεσβυτάτων ἀγγέλων». Εἰ δὲ τὸ ἐκφανέστατον τῆς θεολογιας οὐ μόνον ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ἀνθρώπινον, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν νοῦν ὑπεραίρει τοῦ πρωτίστου τῶν πρεσβυτάτων ἀγγέλων, αὐτὸ τὸ κρύφιον καὶ ἀπορρητότατον, ἡ τοῦ πνεύματος προβολή, πῶς ἂν δικαιως ὑπάγοιτο ταῖς ἀνάγκαις τῆς ἀποδείξεως, περὶ τὴν διάνοιαν στρεφομένης τὴν ἀνθρωπίνην, ἣ καὶ τοῦ ἡμετέρου νοῦ κατωτέρα γνωριζεται;

8· *Ὁ δὲ μέγας Βασίλειος τὴν πίστιν καὶ τὴν ἀπόδειξιν οὐκ οἴεται δεῖν συνιέναι κατὰ ταὐτόν, ἀλλὰ τὴν ἑτέραν τὴν ἑτέραν ἐκβάλλειν. Φησὶ γάρ· «Πίστις ἡγείσθω τῶν περὶ Θεοῦ λόγων, πιστις καὶ μὴ ἀπόδειξις». Οὐ-*
fol. 275v *κοῦν ἵνα μὴ τὸ τῆς ἀπιστίας περιφέρωμεν αἶσχος, φεύγειν τοὺς | συλλογισμοὺς ὥσπερ ἀπὸ πυρὸς προσήκει τὸν πρὸς Χριστὸν βλέποντα.*

9. *Ὁ δὲ θεῖος Χρυσόστομος καὶ μὴν καὶ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος, ὁ μὲν «Οὐ ζητήσομεν, φησί, τὰ ζῶντα ἐν τοῖς νεκροῖς» (τοῦτο δὴ τὸ τῆς γραφῆς)· ὁ δὲ μακάριος Ἰωάννης οὐδὲ ἀληθεύουσι τοίς συλλογισμοῖς ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις προσέχειν βούλεται. Ἐν γὰρ τοῖς Περὶ Ἀκαταλήπτου περὶ συλλογισμῶν τοιαδε φησίν· «Ὑπεσχόμεθα ὑμῖν μηδὲν ἀπὸ λογισμῶν ἐρεῖν· τὰ γὰρ ὅπλα ἡμῶν οὐ σαρκικά, ἀλλὰ πνευματικά, λογισμοὺς καθαιροῦντα καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. Καθαιρεῖν τοίνυν αὐτούς, οὐκ ἐπαίρειν κελευόμεθα, καταλύειν, οὐχ ὁπλίζεσθαι τούτοις προσετάγημεν. Λογισμοὶ γὰρ θνητῶν δειλοί, φησί. Τί ἐστι δειλοί; ὁ δειλός, κἂν ἐπ' ἀσφαλοῦς βαίνῃ χωρίου, οὐδέπω θαρρεῖ, ἀλλὰ δέδοικε καὶ τρέμει· οὕτω καὶ τὸ λογισμοῖς ἀποδειχθέν, κἂν ἀληθὲς ᾖ, πληροφορίαν οὐδέπω παρέχει τῇ ψυχῇ καὶ πίστιν ἱκανήν. Ἐπεὶ οὖν τοσαύτη τῶν λογισμῶν ἡ ἀσθένεια, φέρε, ἀπὸ τῶν γραφῶν τῆς πρὸς τοὺς ἐναντίους ἀψώμεθα μάχης».*

10. *Ἔτι φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος ἐν ταῖς ἐξηγήσεσι τῶν Ψαλμῶν· «Ἀνάγκη ἑκάστης μαθήσεως ἀνεξετάστους εἶναι τὰς ἀρχὰς τοῖς μανθά-*

---

11 Basilius, *In Ps. CXV: MG 30, 104 B.* 15 Nazianzenus, *De Spiritu Sancto, 10 (Orat. theol. V): MG 36, 144 B (et cf.* Is. *VIII, 19).* 18 Chrysostomus, *Hom. XI contra Anomoeos, 1 (VI De incomprehensibili Dei natura): MG 48, 797 (cum citat. implicitis* II Cor. *X, 4-5;* Sap. *IX, 14).* 29 Basilius, *In Ps. CXV: MG 30, 104 D-105 A (3 citat.).*

nium, quae de Deo dicuntur, clarissimum) divina ipsius Iesu e natura nostra formatio, et ineffabilis est sermoni omni, nullique nota intelligentiae, etiam ipsi antiquissimorum angelorum primati ». Iam vero, si id, quod in theologia clarissimum est, non solum hominum mentem rationemque superat, sed etiam supra captum antiquissimorum angelorum primatis extollitur, illud quod est abditum maximeque ineffabile, Spiritus, inquam, processio, quo iure, dicas mihi, argumentis subicietur ex demonstratione petitis, cum haec circa humanam intelligentiam circumvolvatur, et inferior esse cognoscatur mente nostra?

8. At Magnus Basilius non existimat oportere ut fides et demonstratio in idipsum coeant, sed alia ab alia excludatur. «Fides enim — ait — sermonibus, qui de Deo fiunt, praeeat; fides, non demonstratio ». Itaque ne infidelitatis probro succumbamus, opus est ut, [*fol. 275v*] qui Christum intuetur, a syllogismis tanquam ab igne fugiat.

9. Divus quoque Chrysostomus exemplo venit, imo etiam Gregorius Theologus, qui illud Scripturae profert: « Non quaeramus vivos inter mortuos ». Beatus autem Ioannes ne attendere quidem illis vult, qui syllogismis in rebus spectantibus Deum fidem adhibent. Hoc enim pacto de syllogismis loquitur in libris *De Incomprehensibili*: « Pollicebamur vobis nihil ex ratiociniis dicturos. ' Nostra enim arma non carnalia, sed spiritualia, destruentia rationes et omnem sublimitatem, quae super terram se extollit contra scientiam Dei '. Praeceptum nobis est ut eas demoliamur, non exstruamus; imperatum nobis est ut eas dissolvamus, non armemus. ' Ratiocinia enim mortalium timida sunt '. Quid illud est ' timida '? Timidus etiam si securo loco ambulet, non audet, sed formidat ac trepidat; ita quod ratiociniis demonstratum est, etiamsi verum sit, nondum tamen certa argumenta dignamque fidem animae affert. Proinde quia tanta rationum infirmitas est, age, Scripturis contra adversarios pugnemus ».

10. Basilius quoque Magnus in expositionibus Psalmorum: « Necesse est — inquit — disciplinae cuiusvis principia citra ullam pro-

νουσι». *Καὶ πάλιν* · «Ἀμήχανον τοὺς περὶ τὰ πρῶτα ζυγομαχοῦντας δυνη-
fol. 276r θῆναι ὁδῷ καὶ τάξει προελθεῖν εἰς τὸ τέλος. | *Καὶ* τοῦτ' ἂν μάθοις παρ' αὐτῶν ἔξωθεν· εἰ γὰρ μὴ συγχωρήσειας τὰς πρώτας ἀρχὰς τῷ γεωμέτρῃ, ἀμήχανον αὐτὸν τὰ ἐφεξῆς συμπεράνασθαι· καὶ τῆς ἀριθμητικῆς ὁ τοῖς πρώτοις καὶ στοιχειώδεσιν ἐνιστάμενος, τὴν εἰς τὸ πρόσω ὁδὸν διακόπτει· ὁμοίως δὲ καὶ ἰατρικαὶ ἀρχαὶ ἰατροῖς ἀναπόδεικτοι· καὶ ὅλως ἐν οἰωδήποτε ἐπιτηδεύματι τῶν ὁδῷ καὶ τάξει προιόντων ἐπὶ τὸ τέλος ἀδύνατον τῶν πρώτων ὑποθέσεων ἀποδείξεις ἐπιζητεῖν». *Καὶ μετά τινα* · «Οὕτω δὴ οὖν καὶ τὸ τῆς θεολογίας μυστήριον τὴν ἐκ τῆς ἀβασανίστου πίστεως ἐπιζητεῖ συγκατάθεσιν».

11. Εἰ δὲ ταῦτα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον, τὰ δὲ πρεσβύτατα καὶ ἀρχαιότατα τῆς τῶν χριστιανῶν θεολογίας, ὅτι ὁ Θεὸς μονὰς καὶ τριάς, καὶ ὅτι τὸ πρῶτον αἴτιον ἀγέννητον, καὶ ὅτι τὸ μὲν γεννᾶται, τὸ δὲ ἐκπορεύεται, ἀνάγκη δὲ ταῦτα ὡς ἀρχὰς καὶ ὑποθέσεις πρώτας ἀνεξέταστα ὑποκεῖσθαι, καὶ ἀδύνατον τῶν πρώτων ὑποθέσεων ἀποδείξεις ἐπιζητεῖν, ὡς ὁ θεολόγος βούλεται, πῶς οὐκ ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖ ὁ τὴν ἐλπίδα ἔχων ἐν τοῖς συλλογισμοῖς, περὶ ὧν σκοποῦμεν νυνί;

12. Ἔτι οὐ Δαμασκηνὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ Θωμ[ᾶ]ς ὁ τῆς Λατίνων θεολογίας διδάσκαλος, ἐν τρίτῳ κεφαλαίῳ τοῦ *Κατὰ Ἑλλήνων* πρώτου βιβλίου, «Τινὰ μὲν τῶν περὶ Θεοῦ ὁμολογουμένων οὕτως εἰσί — φησίν — ἀληθῆ, ὥστε πᾶ-
fol. 276v σαν εὐπορίαν ἀπο|δείξεως ἀνθρωπίνης νικᾶν, ὥσπερ τὸ τὸν Θεὸν ἕν τε εἶναι καὶ τρία· τινὰ δὲ ἐφ' ἃ καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φθάνειν ἀπόδειξιν δυνατόν, ὥσπερ τὸ τὸν Θεὸν εἶναι, τὸ τὸν Θεὸν εἶναι ἕνα, ἃ καὶ αὐτοὶ οἱ φιλόσοφοι ἀποδεῖξαι περὶ Θεοῦ ἠδυνήθησαν, ἀγόμενοι τῷ φυσικῷ τοῦ λόγου φωτί». *Περὶ ὧν καὶ ὁ Ἀπόστολός φησι* · «Τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν ⟨ἐν⟩ αὐτοῖς». *Καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ* · «Εἰσὶ τοίνυν τινὰ τῶν ἐν τοῖς θείοις νοητῶν, ἃ τῷ ἀνθρωπίνῳ συνοδεύουσι λογισμῷ· ἄλλα δὲ τοῦτον ὑπεραίροντα πάντῃ».

---

5 τοπρόσω Ms; alias autem τὸ πρόσω scribit. 18 Θωμας Ms cum accentu gravi et circumflexo simul (`˜) in ultima syllaba; dubitaverat, ut videtur, scriba.

---

19 Aquinas, *Summa contra Gent. I, 3 (Vat. gr. 613 f. 2v)*. 25 Rom. *I, 19.* 26 Aquinas, *Summa contra Gent. I, 3 prob. 1 (Vat. gr. 613 f. 3r)*.

bationem tradi discentibus ». Et rursus: « Fieri non potest ut ii, qui circa prima principia litigant, via et ordine procedere valeant ad finem. [*fol. 276*r] Idque vel ex ipsis externis disciplinis tibi licet discere. Etenim si geometrae prima non concesseris principia, ea quae sequuntur concludere nequit. Et qui arithmeticae principiis ac elementis se opponit, viam ad ulteriora intercipit. Similiter autem neque a medicis medicinae principia possunt demonstrari. Et, in summa, in quacumque professione, quae via et ordine ad finem procedat, primarum propositionum demonstrationes non queunt inquiri ». Deinde post pauca: « Sic sane etiam theologiae mysterium assensum ex fide probationis expertem requirit ».

11. Quae cum ita sint, ea quae in theologia christiana antiquissima et fundamentalia sunt, qualia censentur Deum Unum Trinumque esse, et primam causam esse ingenitam, alteram vero Personam generari, tertiam autem procedere; haec, inquam, necesse est tanquam primarum propositionum principia sine inquisitione supponantur. Cum autem impossibile sit primarum propositionum demonstrationem quaerere, sicut theologo placet, quomodo non absurda meditabitur ille, qui ad investigandas res, de quibus in praesentiarum quaerimus, spem suam in syllogismis collocat?

12. Praeterea, non Damascenus solummodo, sed etiam Thomas, theologiae Latinorum Magister, in capite tertio libri primi contra Gentiles: « Quaedam — affirmat — (ita) vera sunt de Deo, quae omnem facultatem [*fol. 276*v] humanae rationis excedunt, ut Deum esse Trinum et Unum. Quaedam vero sunt, ad quae etiam ratio naturalis pertingere potest, sicut est Deum esse, Deum esse Unum, [et alia huiusmodi]; quae etiam philosophi demonstrative de Deo probaverunt, ducti naturali lumine rationis ». De quibus etiam Apostolus ait: « Quod notum est Dei, manifestum est in illis ». Et rursus ipse [Thomas]: « Sunt igitur quaedam intelligibilium divinorum, quae humanae rationi sunt pervia; quaedam vero, quae omnino vim humanae rationis excedunt ».

13. Εἰ δὲ τὸ τὸν Θεὸν τρία εἶναι πᾶσαν εὐπορίαν ἀποδείξεως ἀνθρωπίνης νικᾷ, τοῦτο δέ ἐστι, τὸ μὲν τῶν θεαρχικῶν προσώπων αἴτιον εἶναι, τὰ δὲ ἐξ ἐκείνου κατὰ διάφορον πρόοδον, καὶ μὴν καί, ὡς αὐτός φησιν ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ, ἐν κεφαλαίῳ *** ὅτι τὰ τοιαῦτα γνωστὰ μέν εἰσι, «ἀλλὰ τῷ Θεῷ μόνῳ, τούτων γὰρ τοῖς ἄλλοις δι' ἀποκαλύψεως κεκοινώνηκεν». Εἰ τοίνυν τὰ τοιαῦτα ἀληθῆ, πῶς ἂν ταῦτα πάλιν ἀπὸ λογισμῶν γνωστὰ γένοιτο; τοῦτο γὰρ εἰς αἴνιγμα πίπτει, τὰ αὐτὰ καὶ ὑπὲρ ἀπόδειξιν οἴεσθαι, καὶ εἴσω τῶν τῆς ἀποδείξεως ὅρων χωρεῖν, καὶ τῷ Θεῷ μόνῳ γινώσκεσθαι καὶ μὴ τῷ Θεῷ μόνῳ· καὶ οὐδὲ ἀναγκαία ἡ ἀποκάλυψις ἕως ἔξεστι καὶ διὰ λογισμῶν τὰ τοιαῦτα καρποῦσθαι.

14. Ἔτι τῶν περὶ Θεοῦ λεγομένων διττῶν ὄντων, ὡς εἴρηται, καὶ τῶν μὲν
fol. 277r ἄμεινον ἢ κατὰ ἀπόδειξιν ἐγνωσμένων, | τῶν δὲ καὶ λογίσμους ἀνθρωπίνους
προσιεμένων, οὐδ' ἐν τούτοις ἡ ἀπόδειξις βλάβην ἐπάγει μικράν· καὶ γὰρ ἐν τούτοις ἀναγκαῖον μόνον ἡ πίστις. Καὶ τὰς αἰτίας καὶ ὁ Θωμᾶς προστίθησιν ἐν τῷ τετάρτῳ τῷ Κατὰ Ἑλλήνων, ἄλλα τε ἄτοπα καταλέγων εἴ τις ἐρίζειν πρὸς ταῦτα ἐθέλει, καὶ δὴ καὶ μάτην εἶναι τὴν πίστιν, ὅπου δυνατὸν ἀπόδειξιν ἔχειν· ἔτι γε μὴν καὶ σφόδρα εἶναι ὀλίγους τοὺς δυνηθέντας εἰς εὐσέβειαν ἀφικέσθαι, καὶ τούτους μετὰ χρόνον πολύν.

15. Καὶ τὸ δὴ μέγιστον, τὸ μὴ δὲ τούτους ἄνευ ὑποψίας δυνηθῆναι διαβιῶναι, διὰ τὸ τὴν ἀνθρωπίνην ἀπόδειξιν πολὺ καὶ τὸ ψεῦδος ἀναμεμιγμένον ἔχειν μεθ' ἑαυτῆς καὶ τὸ ἔνδοξον, ὅπερ ἀπόδειξις οὐκ ἂν εἴη· ὥστε καὶ κινδυνεύειν, κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον, καὶ τὴν εὐσέβειαν καὶ Θεὸν αὐτὸν πάντας ἀνθρώπους ζημιωθῆναι. Καὶ μὴν καὶ ὃ πρὸς Ἐφεσίους ὁ μακάριος Παῦλός φησι· «Μηκέτι περιπατεῖτε καθῶς καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη περιπατεῖ ἐν ματαιότητι τοῦ νοὸς αὐτῶν, ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ», καὶ τὸ τοῦ Ἡσαΐου· «Θήσω πάντας διδακτοὺς Θεοῦ», εἰς τοῦτο φέρειν ἡγεῖται.

---

4 ***] locus vacuus in Ms. 24 *Μηκέτι*] verba S. Pauli partim paululum Ms immutat, partim ex textu, qui 'receptus' dicitur, sumit.

---

4 Aquinas, *Summa Theol. I, q. I, a. 6 in c. (Vat. gr. 609 — autograph. Dem. Cydonii — f. 10r).* 15 Aquinas, *cf. Summa contra Gent. I, 4 (Vat. gr. 613 ff. 3v-4v).* 24 Ephes. *IV, 17-18.* 26 Is. *LIV, 13.*

13. Ergo si Deum Trinum esse omnem humanae rationis facultatem superat, eodem modo (cum idem sit) unam ex divinis Personis causam esse, alias vero ex ipsa exsistentiam habere secundum diversae processionis modum. Imo ipse [Thomas] in alio libro, capite ⟨...⟩[1] scribit: «... notum est sibi soli de se ipso, et aliis per revelationem communicatum». Igitur si veritate pollent haec, quomodo iterum eadem ex ratiociniis cognoscibilia fierent? Id enim velut aenigma iacet, si eadem res et supra demonstrationem esse reputatur, et intra demonstrationis limites locum obtinere creditur, vel quod idem est, et a solo Deo et non a solo Deo cognosci potest. Ergo revelatio necessaria non est, dum per ratiocinium obiectum illius attingi queat.

14. Insuper cum ea, quae de Deo dicuntur, duplicis generis sint, ut dictum est, alia quidem, quae meliori modo quam ope demonstrationis cognoscuntur, [*fol. 277*^{r}] alia vero, quae etiam humanae rationi impervia non sunt; non parva noxa in his quoque per demonstrationem infertur: etenim etiam in ipsis, evincens argumentum solummodo fide praestatur. Huius autem rei causas vel Thomas ipse adiungit in quarto ⟨capite libri I⟩ contra Gentiles, ubi tum alia absurda recensentur [quae fiunt], si quis vult contra haec contendere, tum praesertim quod frustra ponitur fides, ubi demonstratio vim concludendi habet; praeterquam quod valde exiguus illorum numerus est, qui ad religionem [hoc modo] pervenire possunt, idque non nisi longo temporis tractu.

15. Quod autem est maximum, quia nec etiam hi sine erroris timore transigere vitam poterunt, eo quod humana demonstratio vel multum falsitatis permixtum secum habeat, vel probabilitatis, quod sane demonstrationis nomen non meretur; ita ut videatur, iuxta rationes illius, omnes homines relate ad religionem et Deum ipsum quasi poena mulctatos esse. Quin imo illud quod beatus Paulus ad Ephesios scribit: «Ut iam non ambuletis, sicut et gentes ambulant, in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum», et illud Isaiae: «Et ponam universos (filios tuos) doctos a Domino», in idem recidere autumat.

---

[1] Cabasilas relinquit locum vacuum pro citatione, quam non fecit. Ipsam in notis textus graeci supplevi.

16. Εἰ δὲ ἐν ἐκείνοις τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις, ὅπου καὶ ἀνθρώπινοι λογισμοὶ παρακύψαιεν ἄν, βλαβερὸν ἡ ἀπόδειξις καὶ φευκτόν, εἰς μηδένα περιϊσταμένης τῆς εὐσεβείας σχεδόν· καὶ μὴν καὶ διὰ τὸ κινδυνεύειν περιπατεῖν fol. 227v ἐσκοτισμένους ἡμᾶς τῇ διανοίᾳ, ὥσπερ | καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, καὶ μὴ δύνασθαι σῴζεσθαι τὴν τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίαν, τὸ « εἶναι πάντας Θεοῦ διδακτούς », καὶ μάταιον τὴν πίστιν νομίζεσθαι καὶ οὐδὲν ὑγιές, πῶς οὐ μανία σαφὴς καὶ πρὸς Θεὸν ἀκήρυκτος πόλεμος καὶ τῆς τῶν χριστιανῶν θεολογίας καταστροφή, τὰ παντάπασι τοὺς ἀνθρωπίνους λογισμοὺς ὑπεραίροντα, καὶ κατὰ ἀποκάλυψιν θείαν παρὰ Θεοῦ τοῖς ἀνθρώποις δοθέντα, ταῦτα τοσοῦτον φαῦλα νομίζειν καὶ τοῦ μηδενὸς ἄξια, ὡς καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις δύνασθαι περιπεσεῖν λογισμοῖς;

17. Ὥστε ἕπεται καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἡμῶν μηκέτι ἐπὶ Θεὸν ἔχειν, ἀλλ' ἐπὶ τὰς ἀποδείξεις καὶ τοὺς ἡμετέρους λογισμούς, δειλοὺς ὄντας καὶ ἐπισφαλεῖς κατὰ τὴν γραφήν, καὶ μήδε πρὸς ἑαυτοὺς συμβαίνειν ἱκανοὺς ὄντας. Καὶ μὴν καὶ κινδυνεύει ἐνί τινι πάντως τῶν ῥηθησομένων ἀτόπων περιπεσεῖν· ἢ γὰρ οἱ ταῦτα ἀξιοῦντες τὴν ἀνθρωπίνην εὐτέλειαν ἠγνοήκασι καὶ τὰ τοῦ διαβόλου ἔπαθον, τὴν σοφίαν τὴν ἑαυτῶν τῇ θείᾳ καὶ ἀπείρῳ παρεξισοῦντες σοφίᾳ, ἢ τὴν τάξιν εἰδότες τὴν ἑαυτῶν καὶ τὴν ἄγνοιαν τὸ περὶ ἡμᾶς σκότος, ἀπετυφλώθησαν πρὸ τὰς ὑπερτέρας αὐγάς, καὶ μηδέν τι πλέον ἡμῶν τὸν Θεὸν ἐνόμισαν ἔχειν, τὴν τῶν Μανιχαίων ἀθείαν νοσήσαντες.

18. Ἔτι τὰ μὲν παρὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων πρὸς τὴν εὐσέβειαν fol. 278r | εἰρημένα εἰ καὶ ἔνδοξα καὶ μὴ ἀναγκαῖά εἰσι, ὥσπερ καὶ ὁ Θωμᾶς βούλεται, ἀλλ' οὖν τὸ οἰκεῖα εἶναι μεθ' ἑαυτῶν ἔχουσιν· οὐ γὰρ ἀλλότρια νομιοῦμεν τὰ παρ' ἐκείνων λεγομένα. Ὅσα δὲ ἢ τοῖς ἔξωθεν εἴρηται, ἢ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις καὶ φυσικοῖς εὕρηται, ταῦτα καὶ ἔνδοξα καὶ ἀλλότρια καὶ μεθ' ἡμῶν ὁ Θωμᾶς βούλεται· ὅσα δὲ ἐκ τῶν γραφῶν παραδίδοται, ταῦτα μόνα καὶ οἰκεῖα καὶ ἀναγκαῖα κἀκεῖνός φησι. Φησὶ γὰρ ἐν κεφαλαίῳ ὀγδόῳ τοῦ δευτέρου βιβλίου· « Τοῖς τῶν φιλοσόφων ῥητοῖς ἐνίοτε χρῆται ἡ θεία διδασκαλία ὅπου διὰ τῶν φυσικῶν λόγων οἷοι τ' ἐγένοντο κἀκεῖνοι τὴν ἀλήθειαν γνῶναι, ὥσπερ ἐν τῷ τῶν Πράξεων ἑπτακαιδεκάτῳ εἰσάγει τὸν τοῦ Ἀράτου λόγον ὁ Παῦλος λέγων· Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. Ἀλλ' ὅμως ἡ θεία διδασκαλία τοῖς μὲν τοιούτοις ῥητοῖς ὡς ἀλλοτρίοις καὶ ἐνδόξοις μόνον ἐπιχειρήμασι χρῆται, ταῖς δὲ τῆς κανονικῆς γραφῆς χρήσεσιν ἰδίως καὶ ἐξανάγκης χρῆται ἐπιχειροῦσα· τοῖς δὲ τῶν ἄλλων τῆς Ἐκ-

28 Aquinas, *Summa Theol. I, q. I, a. 8 ad 2um; cum citat.* Act. XVII, *28 (Vat. gr. 609 f. 11r).*

16. Quodsi in illis veritatibus quae circa Deum sunt, ad quas tamen et humanae mentis ratiocinium vel leviter attingere potest, demonstratio, utpote noxia, refugi debet, cum fere penes ullum religio stare posset; imo et nos ipsi errare mente videremur, «obscuratum habentes intellectum, sicut [*fol. 277*v] et ceterae Gentes»; neque divina promissio salvari posset, futuros esse, scilicet, «omnes docibiles Dei»; cum inutilis quoque et ad nihilum valida fides credenda foret: quomodo non clarissima insania reputabitur et contra Deum implacabile bellum et christianae religionis eversio, si ea, quae plane humanum ratiocinium praetergrediuntur, et non nisi revelatione divina a Deo hominibus traduntur, adeo vilia existimantur ac veluti flocci fiunt, ut humanis ratiociniis implicari possint?

17. Quapropter sequitur, ut etiam spes salutis nostrae non amplius in Deo reposita sit, sed in demonstrationibus et ratiociniis nostris, quae iuxta Scripturam debilia et insecura sunt, minimeque apta ut sibi ipsis consistant. Imo et in quoddam praecedentium absurdorum res incidere videtur: nam qui talia sentiunt, vel, ignorantes quae possit homo et diabolicos sensus foventes, sapientiae ipsorum cum divina et infinita sapientia comparationem faciunt; vel, scientes ipsorum [infimum] ordinem et ignorantiam et tenebras, quibus circumdamur, ad superiora lumina excaecati sunt, et, Manichaeorum atheismo insanientes, nihil amplius quam nos Deum esse arbitrantur.

18. Praeterea licet ea, quae a Doctoribus Ecclesiae de religione [*fol. 278*r] dicta sunt, probabile et non cogens argumentum efficiant, quemadmodum et Thomas vult, attamen secum quidem retinent argumenta esse propria; neque enim quae ab ipsis prolata fuere aliena esse existimabimus. At vero quantacumque aut extrinsecus proferuntur, aut ratiociniis humanis et naturalibus inveniuntur, haec una nobiscum etiam Thomas probabilia et aliena esse credit; quaecumque autem ex Scripturis promanant, haec sola et propria et necessaria esse et ipse dicit. Ait enim in octavo capite alterius libri: «Auctoritatibus philosophorum sacra doctrina utitur, ubi per rationem naturalem veritatem cognoscere potuerunt: sicut Paulus, Actuum XVII, inducit verbum Arati dicens: ‘⟨sicut et quidam poetarum vestrorum dixerunt⟩,[1] Genus Dei sumus’. Sed tamen sacra doctrina huiusmodi auctoritatibus utitur, quasi extraneis argumentis et probabilibus. Auctoritatibus autem canonicae Scripturae utitur

---

[1] Quae uncinis includuntur, a CABASILA in citatione omissa fuere.

κλησίας διδασκάλων ῥητοῖς οὕτω χρῆται, ὡς ἐξ ἰδίων μὲν ἐπιχειροῦσα, ἀλλ' ἐνδόξων, ἡ γὰρ ἡμετέρα πίστις ἐρείδεται ταῖς τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν ἀποκαλύψεσιν».

19. *Εἰ δὲ καὶ οἱ τῶν διδασκάλων λόγοι, κἂν ἐπὶ πλεῖστον ἁγιότητος ἢ σοφίας ἀνέδραμον, τὸ ἀναγκαῖον ἐν τοῖς περὶ πίστεως λόγοις οὐκ ἔχουσιν,* fol. 278ᵛ *ὡς Αὐγουστῖνος πρὸς Ἱερώ|νυμον γράφων φησί, διὰ τὸ καὶ πλανηθῆναι τοὺς τοιούτους ἐνδέχεσθαι, μόναι γὰρ αἱ γραφαὶ τὴν αἰτίαν ταύτην διέφυγον, καίτοι γε τοὺς λόγους τοὺς ἐκείνων οἰκείους ἡμῶν εἶναί φαμεν, πῶς ἂν τοὺς ἑτέρως ἔχοντας καὶ μήτε ἀναγκαίους μήτε οἰκείους ὄντας ἀλλὰ παντάπασιν ἀλλοτρίους ἐκ τῶν αἰσθητῶν ὁρμωμένους, — τὰ γὰρ τῇ αἰσθήσει μὴ ὑποπίπτοντα ἀδύνατον εἶναι καὶ Θωμᾶς οἴεται ἀνθρωπίνῳ περιλαμβάνεσθαι νῷ —, τούτους οὕτως ἔχοντας, πῶς ἂν χώρας μεταδοίημεν ἐν τοῖς περὶ πίστεως λόγοις, καὶ ταῦτα ἐν οἷς λογισμὸς ἀνθρώπινος οὐδὲ προσβαλεῖν συγχωρεῖται;*

20. *Ἔτι περὶ ὧν νυνὶ σκοποῦμεν, εἰ συλλογισμοῖς τὴν βάσανον ἐπιτρέψομεν, ἢ ἀποδεικτικοῖς πάντως ἢ διαλεκτικοῖς οὖσι (σοφιστικοῖς γὰρ καὶ ἀληθείᾳ οὐδέν τι κοινὸν οὐδαμοῦ), μή τί γε ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις. Ἀλλ' ὅτι μὲν τὸ ζήτημα ἀποδεικτικῷ οὐχ ὑποπίπτει συλλογισμῷ, πάρεστι καὶ δὴ κατιδεῖν· τὸν γὰρ ἀποδεικτικὸν συλλογισμόν, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς ὑστέροις δείκνυσιν Ἀναλυτικοῖς, ἀνάγκη ἐκ προτέρων εἶναι καὶ αἰτίων καὶ πρώτων καὶ γνωριμοτέρων τοῦ συμπεράσματος. Οὕτω γάρ φησιν· « Ἔσονται καὶ αἱ ἀρχαὶ οἰκεῖαι τοῦ δεικνυμένου ». Καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῶν ἐν τοῖς μαθήμασι συλλογισμῶν, καὶ μὴν καὶ ⟨ἐκ⟩ τῶν ἄλλων ἐν οἷς ἐστι τῷ ἀποδεικτικῷ συλλογισμῷ χώρα, χρωμένῳ μὲν ὑποθέσεσι καὶ αἰτήμασι,* fol. 279ʳ *| χρωμένῳ δὲ ἀξιώμασι καὶ ὅροις, ὡς Ἀριστοτέλης φησίν, ἃ πρότερα καὶ αἴτια καὶ γνωριμότερα τῶν δι' αὐτῶν δεικνυμένων εἰσίν. Ἀλλὰ τῶν λόγων τῶν περὶ Θεοῦ, περὶ ὧν ἡ παροῦσα πρόθεσις, τίς ποτε ὑπόθεσις ἢ ὅρος ἢ ἀξίωμα ἢ αἴτιον πρεσβύτερον γένοιτ' ἄν, ἐξ ὧν ἂν δειχθείη τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι; οὕτω γάρ, οὐκ ἂν εἴη κυρίως ἀρχὴ οὐδὲ κυρίως αἴτιον ὁ Θεός, ἀρχὴν ἔχων τὰ πράγματα, ὧν οἱ λόγοι ἀρχαὶ καὶ αἴτια τῶν περὶ αὐτοῦ λόγων εἰσίν· ἀνάλογον γάρ, ὡς οἱ λόγοι πρὸς τοὺς λόγους, οὕτω τὰ πράγματα πρὸς τὰ πράγματα.*

---

4 *ἐπιπλεῖστον* in Ms. 12 in margine habetur haec nota: *ἐν τῷ γ' κεφαλαίῳ* (subintelligas *τοῦ πρώτου βιβλίου*) *τοῦ Κατὰ Ἑλλήνων τοῦτό φησιν.*

---

6 AUGUSTINUS, *cf. ex. gr. Epist. LXXXII, I, 3: ML 13, 277.* 11 AQUINAS, *cf. Summa contra Gent. I, 3 (Vat. gr. 613 f. 2ᵛ).* 22 ARISTOTELES, *Analyt. poster. I, 2.*

proprie, ex necessitate argumentando. Auctoritatibus autem aliorum Doctorum Ecclesiae, quasi arguendo ex propriis, sed probabiliter. Innititur enim fides nostra revelationi Apostolis et Prophetis factae ... ».

19. Age vero, si Doctorum rationes, etiam eorum, qui ad summum sanctitatis vel sapientiae culmen pervenerunt, necessaria argumenta de rebus fidei praestare non possunt (quemadmodum Augustinus ad Hieronymum [*fol. 278v*] scribens affirmat, quippe qui etiam illos errare posse admittat, hanc enim [erroris] inculpationem Scriptura effugit sola), et tamen illorum rationes proprias esse dicimus; quomodo rationes, quae aliter se habent, cum neque necessariae neque propriae sint, sed prorsus alienae, utpote ex sensibilibus originem trahentes (quae enim sensibilibus non subiciuntur etiam Thomas iudicat impossibile fore ut ab humana mente percipiantur), quomodo, inquam, rationes huiusmodi locum habere patiemur in sermonibus de fide, in illis nempe rebus, quibus humana ratio ne admoveri quidem permittitur?

20. Praeterea, quod ad quaestionem nostram attinet, si examen syllogismorum instituimus, cum ipsi omnes demonstrativi vel dialectici sint (nam sophisticis nihil prorsus est cum veritate commune), in quaestionibus de Deo nihil quidquam conferre inveniuntur. Sed quod etiam id, quod [nunc] quaeritur, demonstrativis syllogismis non subiaceat, perspicere sane licet ex hoc: etenim, ut Aristoteles in Analyticorum posteriorum libris edocet, necesse est demonstrativum syllogismum ex prioribus esse et ex causis et primis et notioribus conclusionis. « Sic enim — ait — erunt etiam principia propria eius, quod demonstratur ». Id autem manifestum est in mathematicis syllogismis, imo etiam in reliquis [scientiis], in quibus demonstrativis syllogismis locus est, siquidem in eis hypotheses et postulata adhibentur, [*fol. 279r*] vel axiomata et definitiones, sicut Aristoteles ipse loquitur, quae omnia certe et priora et causae et notiora sunt quam id, quod ipsorum auxilio demonstratur. Attamen in rationibus de Deo, de quibus in praesentiarum movetur quaestio, quae tandem erunt vel hypotheses, vel definitiones, vel axiomata, vel causae priores, ex quibus Spiritus procedere ex Filio demonstrari posset? Quodsi ita esset, nequaquam Deus diceretur proprie principium, neque proprie causa, quippe qui tanquam principium haberet res, quarum rationes principia et causae sunt rationum, quae circa ipsum versantur; proportio enim datur: quemadmodum rationes ad rationes, ita quoque res ad res.

21. Ἔτι εἰ μέλλοιμεν ἀποδεικτικῶς συνάγειν ὅτι τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεται, ἀνάγκη τὸ μεῖζον ἄκρον τοῦ τε μέσου καθόλου κατηγορεῖσθαι, καὶ δὴ καὶ συνωνύμως λέγεσθαι, οὐ μόνον κατὰ τοῦ ἐλάττονος ἄκρου, ἀλλὰ καὶ κατ' ἄλλων πολλῶν τοῦ αὐτοῦ γένους ὄντων αὐτῷ. Ἀλλὰ τί ἂν τοῖς θείοις ὁμογενὲς γένοιτο; τοῦτο γὰρ ἐπιεικῶς βλάσφημον. Οὐ μὴν ἀλλ' οὐδὲ συνωνύμως ἄν τι Θεοῦ καί τινος ἑτέρου κατηγορηθείη, τοῦτο γὰρ ἀδύνατον· ὃ μὲν γὰρ συνωνύμως κατηγορεῖταί τινων, ἀνάγκη τῶν ὑποκειμένων ἕκαστον ἐκείνου μετέχειν, τό τε γὰρ εἶδος μετέχει τοῦ γένους καὶ τοῦ εἴδους τὸ ἄτομον· τοῦ Θεοῦ δὲ οὐκ ἂν κατηγορηθείη τι κατὰ μετοχήν, τοῦτο fol. 279ᵛ γὰρ καὶ σφόδρα γε ἄτοπον εἴ γε μετέχει Θεός τινος, ἐκεῖ|νο γὰρ ἂν εἴη θεὸς δικαιότερον. Οὐκ ἄρα ἔστιν ἀποδεικτικῶς ἐπὶ Θεοῦ συλλογίζεσθαι.

22. Ἔτι αἱ μὲν ἀρχαὶ τοῦ ἀποδεικτικοῦ συλλογισμοῦ καθόλου λόγοι τινές εἰσι ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ὁρμώμενοι· « ἀδύνατον γάρ — καὶ Θωμᾶς οἴεται — τὰ τῇ αἰσθήσει μὴ ὑποπίπτοντα, ἀνθρωπίνῳ δύνασθαι περιλαμβάνεσθαι λογισμῷ ». Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τριακοστῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ ⟨βιβλίου πρώτου⟩ τοῦ Κατὰ Ἑλλήνων· « Ὁ ἡμέτερος νοῦς, ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν τὴν τοῦ γιγνώσκειν κρίσιν λαμβάνων, οὐχ ὑπερβαίνει τὸν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς πράγμασιν εὑρισκόμενον τρόπον ». Αἱ δὲ ἀρχαὶ τῆς τῶν χριστιανῶν θεολογίας καὶ τὰ περὶ Τριάδος δόγματα καὶ ὅσα εἰς τὴν τοῦ Σωτῆρος ἧκεν οἰκονομίαν οὐκ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν τηναρχὴν ἔλαβον, οὐδὲ ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ κατὰ τὴν ἔνφυτον αὐτοῦ δύναμιν ὑπέπεσον, ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ τὰ τοιαῦτα ἡμῖν ἀφῖκται κατὰ θείαν ἀποκάλυψιν. Τί δ' ἂν εἴη κοινὸν τούτοις τε κἀκείνοις τοῖς λόγοις; Οὐκ ἄρα ἀποδεικτικῷ τὸ ζήτημα ὑποπεσεῖται συλλογισμῷ.

23. Ἔτι τὸ ἀποδεικνύναι ψυχῆς ἐστι λογικῆς ἔργον, κατὰ διάνοιαν ἐνεργούσης ἐν τοῖς διανοητοῖς δηλαδή· τὰ δὲ θεῖα καὶ περὶ ὧν ὁ λόγος νυνὶ οὐ μόνον διανοίας ἐπέκεινα, ἀλλὰ καὶ νοῦ, οὐ λέγω τοῦ ἀνθρωπίνου μόνον, ἀλλὰ δὴ καὶ τοῦ ἄκρου τῶν ἀγγέλων. Καὶ οὐ κρείττω μόνον ἢ κατὰ νοῦν, fol. 280ʳ ἀλλὰ καὶ ὄντος καὶ οὐσίας ἐπέκεινα, | ὥστε πολλῷ πρότερον καὶ ὑπὲρ τὸν ἀποδεικτικὸν τὰ τοιαῦτα συλλογισμόν.

---

17 γινώσκειν Ms et similiter alias deinceps. 20 τηναρχήν] sic in Ms: alias autem etiam τὴν ἀρχήν scribit.

---

13 AQUINAS, *cf. Summa contra Gent. I, 3 (Vat. gr. 613 f. 2ᵛ).* 16 AQUINAS, *Summa contra Gent. I, 30 (31 in versione qua utebatur* CABASILAS; *Vat. gr. 613 f. 29ʳ).*

21. Adhuc, si apodicticis demonstrationibus concludere vellemus Spiritum ex Filio procedere, propositio maior necessario et de [termino] medio in genere praedicari deberet, et insuper univoce dici non solum respectu minoris propositionis, sed etiam aliarum multarum, quae eiusdem generis ac ipsa esse contigerit. Verum enim vero quid eiusdem generis cum Divinitate poterit inveniri, cum id admodum sapiat blasphemiam? Nihil sane, sed neque res est ulla, quae de Deo et quovis alio univoce praedicetur; nefas est enim. Ideoque cum aliquid de aliquibus univoce praedicatur, prorsus fit ut unumquodque e subiectis illud participent, species enim generis est particeps, individuum autem speciei. At vero de Deo nihil secundum participationem praedicatur, etenim maximopere absurdum est ut cuiusquam particeps Deus sit, cum illud [*fol. 279v*] potiori iure deus diceretur. Nullatenus ergo licet, de Deo agentibus, demonstrativos syllogismos adhibere.

22. Rursus, principia demonstrativi syllogismi rationes in genere quaedam sunt, quae ex sensibilibus originem ducunt; « et ideo — ut Thomas etiam arbitratur — ea, quae in sensu non cadunt, non possunt humano intellectu capi... ». Et iterum ipse in trigesimo primo capite ⟨libri primi⟩ contra Gentiles: « Intellectus autem noster — ait —, a sensibilibus cognoscendi initium sumens, illum modum non transcendit, qui in rebus sensibilibus invenitur ». Principia vero christianae theologiae et dogmata Trinitatis, necnon ea omnia, quae ad Oeconomiam Salvatoris pertinent, initium a sensibilibus non sumunt, neque humanae ratiocinationi, secundum nativam huius vim, ullo pacto subiciuntur, cum e contrario haec nobis per divinam revelationem caelitus advenerint. Quid autem his cum illis rationibus commune est? Igitur nostra quaestio demonstrativorum syllogismorum ambitu minime continetur.

23. Illud quoque addas: aliquid demonstrare, operatio est logici intellectus, qui per mentem (in rebus, scilicet, intelligibilibus), operatur; verum res divinae, illae quidem, de quibus nunc agimus, non mentem modo, sed et intellectum superant (intellectum autem, dico, non humanum solum, sed etiam altissimorum angelorum); neque potiores solummodo sunt eo, quod intelligentiam excedunt, sed tales, quae rerum substantiam praetergrediantur, [*fol. 280r*] ita ut multo altius supra demonstrativum syllogismum sint constitutae.

24. Ἔτι ἐκείνων τῶν πραγμάτων ἀποδείξεις εἰσίν, ὧν αἱ τῶν ἀποδείξεων ἀρχαὶ ὑπόκεινται· ἀρχαὶ δὲ τῶν ἀποδείξεων, οἱ ὅροι, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς ὑστέροις φησὶν Ἀναλυτικοῖς. « Οὐ μόνον γάρ — φησί — ἀπόδειξιν εἶναί φαμεν, ἀλλὰ καὶ ἀρχὴν ἀποδείξεως, ᾗ τοὺς ὅρους γνωρίζομεν ». Ἀλλὰ Θεοῦ ὅρον καὶ ζητῆσαι ἀμήχανον, οὐ γάρ ἐστι τὸ θεῖον ἐν τῷ γένει τινί, οὕτω γάρ ἐν μετοχῇ τοῦ γένους εἴη γ᾽ ἂν καὶ ὕστερον αὐτοῦ, καὶ μὴν καὶ κοινωνήσει πολλοῖς ἑτέροις κατὰ τὴν οὐσίαν τοῦ γένους· γένους δὲ μὴ ὄντος, οὐδὲ διαφορὰ πάντως, αἱ γὰρ διαφοραί ἐν τῷ γένει· καὶ ἅμα εἰ οὐσιωδεῖς διαφοραί ἐν ⟨τῷ⟩ Θεῷ, ἐξ ἐκείνης ἂν τῷ Θεῷ εἴη τὸ εἶδος, καὶ πολλῷ πρότερον ἐκεῖνο θεός· ἀλλ᾽ ἄτοπον. Εἰ δὲ μήτε γένος, μήτε διαφορά, οὐκοῦν οὐδὲ ὅρος, οὐδὲ ἀρχὴ ἀποδείξεως, ὥστ᾽ οὐδ᾽ ἀπόδειξις κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην εἴη γε ἄν.

25. Ἔτι οὗ ἐστιν ἀπόδειξις, τούτου καὶ ἐπιστήμη καὶ γνῶσις· τοῦ δὲ ἀπείρου ἐπιστήμην εἶναι ἀμήχανον. Τοιοῦτον δὲ τὸ θεῖον· « τῆς γὰρ μεγαλωσύνης ἢ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας »· οὐκοῦν οὐδ᾽ ἀπόδειξις τούτῳ γε ὑποπεσεῖται. Ἔτι ἐκεῖνα πάντως ὑπὸ τὸ πέρας καὶ τὸ ὅρον εἰσίν, ἃ καὶ τὸ δυνάμει μεθ᾽ ἑαυτῶν ἔχει· οὗ δὲ τὸ δυνάμει ἐξώρισται, ἐκεῖ καὶ πέ-
fol. 280v ρας καὶ ὅρος καὶ περιγραφὴ | καὶ ὅσα τούτοις οἰκεῖα συνεῖναι ἀμήχανον. Ἀλλ᾽ ἐν τῷ Θεῷ τὸ δυνάμει οὐκ ἔστιν, οὐδὲν γὰρ ἀτελὲς οὐδαμῶς ἐκεῖ· καὶ ἅμα εἰ τοῦτο δοίημεν, καί τι πρότερον εἴη ἂν τοῦ Θεοῦ, ἐνέργεια γὰρ προτέρα δυνάμεως, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησί. Καὶ μὴν καὶ ὑπό τινος ἂν ἑτέρου ἐνεργείᾳ ὄντος προαχθείη ἐκ δυνάμεως εἰς ἐνέργειαν. Οὐ γὰρ τὸ ἀτελὲς ἑαυτῷ γε τελειότητος αἴτιον εἴη γ᾽ ἄν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ δυνάμει ἐνδέχοιτ᾽ ἂν εἰς τελειότητα προελθεῖν, καὶ μή. Εἰ δὲ ταῦτα ἀδύνατα προσήκειν Θεῷ, πάντως ἐπέκεινα καὶ πέρατος καὶ ὅρου τὰ θεῖα, καὶ ἄπειρον τὸ θεῖον, καὶ τοῦ ἀπείρου ἐπιστήμην ἢ ἀπόδειξιν εἶναι ἀμήχανον.

26. Ἔτι ὁ ἀποδεικτικὸς συλλογισμὸς δείκνυσι τί τινι ὑπάρχει διὰ μέσου τοιούτου, ὃ ἂν ᾖ αἴτιον τοῦ τὸ κατηγορούμενον ὑπάρχειν τῷ ὑποκειμένῳ· τοῦ δὲ ἀμέσως τινὶ ὑπάρχοντος οὐδεὶς ἂν γένοιτο συλλογισμὸς ἀποδεικτι-

---

3 ARISTOTELES, *cf. Analyt. poster. I, 10.* 14 PS. *CXLIV, 3.* 21 ARISTOTELES, *Metaphys. VIII, 8.*

24. Amplius. Demonstrationes circa res illas versantur, quarum demonstrationis principia praesupponuntur. Principia vero demonstrationis definitiones sunt, quemadmodum Aristoteles in Analyticorum posteriorum libris affirmat. « Non solum enim — ait — demonstrationem esse dicimus, sed et principium demonstrationis, qua definitiones cognoscimus ». At vero definitionem Dei, vel etiam investigare nefas est; quod enim divinum est, in nullo genere invenitur, secus namque in participatione generis esset, illoque posterius. Imo multis aliis commune quid esset, secundum generis essentiam. Ubi autem genus non adest, plane neque differentia, cum differentiae in genere inveniantur; praeter quam quod, si in Deo differentiae substantiales darentur, exinde Deo species inesset, illaque potiori iure deus fieret. Sed absurda sunt ista. Nunc autem, si neque genus est neque differentia, ergo neque definitio, ideoque neque principium demonstrationis, ac proinde, consequenter prorsus, neque demonstratio.

25. Praeterea cuius est demonstratio, huius et scientia et cognitio est; infiniti autem scientia haberi non potest. Divinum vero est huiusmodi, « magnitudinis enim vel virtutis eius non est finis »; ergo huic minime demonstratio subiacebit. Addas quoque illa prorsus limitibus et definitionibus circumscribi, quae adiunctam secum portant potentialitatem; ubi autem potentialitas exsulat, ibi limes et terminus et circumscriptio [*fol. 280*v] ceteraque huiusmodi adesse non possunt. Atqui in Deo potentialitas nequaquam invenitur, nihil enim prorsus ei imperfectum inest; et pariter si hoc concederemus, aliquid etiam esset potius quam Deus, actus enim, ut Aristoteles ait, potior est quam potentia; imo etiam ab alio quopiam, qui actuosus esset, a potentia in actum traheretur. Neque enim quod imperfectum est, perfectionis causa sibi unquam est; quin imo quod potentialitate afficitur, accipere potest ad perfectionem deduci, vel etiam secus. Age iam, si haec Deo convenire non possunt, omnino ultra limitationem et quemvis terminum Divinitas constituitur, Divinitas, inquam, quae infinita est; scientiam autem vel demonstrationem de infinito adipisci nequimus.

26. Item. Demonstrativus syllogismus ostendit aliquid alicui subesse ope alius rei, ita ut haec causa sit cur praedicatum subiecto conveniat; et nullus demonstrativus syllogismus inveniri fas esset, qui sine medio rem attingeret. Atqui siquidem ex Filio Spiritus

κός. Ἀλλὰ μὴν εἴ γε ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται, τό γε οἴεσθαι μὴ ἀμέσως ἐξ αὐτοῦ εἶναι, ἀλλ᾽ εἶναί τι μέσον καὶ αἴτιον αὐτῷ τοῦ εἶναι προβολέα τοῦ Πνεύματος, μὴ λίαν ᾖ πλημμελές;

27. Ἔτι δεῖ τὰς προτάσεις τοῦ ἀποδεικτικοῦ συλλογισμοῦ αἰτίας εἶναι τοῦ συμπεράσματος οὐ μόνον κατὰ τὴν συλλογιστικὴν ἀκολουθίαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ πρᾶγμα· τοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον λέγοντος ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκ-
fol 281ʳ πορεύεσθαι ποίαν χρὴ πρότασιν αἰτίαν ἡγεῖσθαι, | οὐ ῥᾴδιον ἀποδοῦναι.

28. Ἔτι δεῖ τὴν πρότασιν τοῦ ἀποδεικτικοῦ συλλογισμοῦ ἐπιστητὴν εἶναι καὶ οὐ δοξαστὴν μόνον· ἐπιστητὴ δέ ἐστιν ὅταν καὶ τοῦ ὑποκειμένου καὶ τοῦ κατηγορουμένου ἐφαπτώμεθα διὰ τούτου τοῦ κριτηρίου, ᾧ πέφυκεν ἑκάτερον γιγνώσκεσθαι. Ἀλλὰ τοῦ δεικνύντος τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι ἐπιστητὰς εἶναι τὰς προτάσεις, ἀμήχανον· οὐ γὰρ ἔχομεν κριτήριον, ἄνθρωποι ὄντες, δι᾽ οὗ τούτου ἂν τύχοιμεν, ὥστ᾽ οὐκ ἂν εἶεν αἱ προτάσεις αὗται ἐπιστηταί γε ἡμῖν· πῶς οὖν ἀποδεικτικὸς ὁ τοιοῦτος ἂν συλλογισμὸς γένοιτο;

29. Ὅτι μὲν οὖν περὶ ὧν ἡμῖν τε καὶ Λατίνοις ὁ λόγος τὸν ἀποδεικτικὸν συλλογισμὸν διαπέφευγεν, ἱκανὰ καὶ ταῦτα· ὅτι δὲ οὐδὲ διαλεκτικῶς τὰ τοιαῦτα περαίνειν ἐστί, δέδεικται μὲν ἡμῖν πολλαχόθεν καὶ πρότερον, τάς τε ἀποστολικὰς ἀποφάσεις ἐκθεμένοις, καὶ τὰς τῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας, τὰς μὲν τοῦ μυστηρίου κένωσιν οἰομένας, τὰς δὲ τῆς πίστεως ἀλλοτρίωσιν τὴν ἐκ τῶν συλλογισμῶν συμμαχίαν. Καὶ μὴν καὶ Θωμᾶν συνειρηκότα ταύταις ἐδείξαμεν, πολλὰ καὶ ἄτοπα συνάγοντα καὶ μὴν καὶ τῶν ἀδυνάτων ἐφίεσθαι λέγοντα, εἴ τις μετὰ τῶν συλλογισμῶν ἐπὶ τὴν θεολογίαν ἀπαντᾷ. Φησὶ δὲ καὶ ἐν οἷς γράφει περὶ τῶν τῆς πιστεως λόγων πρὸς τὸν Ψάλτην Ἀντιοχέα· « Οὕτως ἡ ἡμετέρα πίστις ἀναγκαίοις λό-
fol. 281ᵛ γοις δείκνυσθαι οὐ δύναται, | ὅτι τὴν ἀνθρωπίνην διάνοιαν ὑπερβαίνει ».

---

25 AQUINAS, *De rationibus Fidei, ad Cantorem Antiochenum, 2 (Vat. gr. 1093 f. 66ʳ).*

procedere supponitur, nonne indecorum admodum erit arbitrari hunc ex illo immediate non esse, sed aliud esse medium et causa cur [Filius] Productor Spiritus sit?

27. Plura adhuc. In demonstrativo syllogismo praemissae causae sint conclusionis oportet, non iuxta consequentiam syllogisticam solum, sed etiam secundum rei veritatem; conclusionis autem enuntiantis Spiritum Sanctum ex Filio procedere haud facile diceretur quaenam praemissa [*fol. 281r*] tanquam causa iudicari debeat.

28. Aliud. In demonstrativo syllogismo praemissae sub certitudinem cadere, non probabilitatem solummodo induere debent; certaque scientia adest, ubi tum subiectum tum praedicatum tali medio attingimus, ut naturaliter accidat utrumque exinde cognosci. Attamen dari praemissas syllogismi demonstrantis Spiritum ex Filio procedere hac scientiae certitudine praeditas, nefas est. Nos enim, qui ex hominum natura sumus, instrumentum iudicandi non habemus, vi cuius illud assequamur; adeo ut ne praemissae quidem ipsae certo cognitae nobis fiant. Quo pacto igitur huiuscemodi syllogismus demonstrativus esse posset?

29. Iam, quod tam nobis quam Latinis, pro re de qua agimus, demonstratio syllogistica e manibus effugiat, sufficienter dictum est; quod autem huiusmodi quaestionem nec etiam dialectice concludere liceat, multiplici ex capite iam pridem ostendimus, cum et Apostolorum Doctorumque Ecclesiae sententias exposuimus, quarum aliae quidem mysteriorum destructionem, aliae autem perversionem fidei e syllogismorum emolumento provenire arbitrantur. Quin etiam ipsum Thomam his consonare demonstravimus, qui copiam absurdorum congerit, asseritque ad ea deveniendum fore, si quis syllogismis munitus obviam theologiae procedat. In his autem, quae de rebus fidei ad Cantorem scripsit Antiochenum, hoc modo loquitur: «Ita fides nostra necessariis rationibus probari non potest, [*fol. 281v*] quia humanam mentem excedit». [1]

---

[1] In editione Parmensi, vol. XVI, opusculum S. Thomae ad Cantorem Antiochenum titulum fert: «*Declaratio quorumdam articulorum contra Graecos, Armenos et Saracenos*»; in editione autem Piana, vol. XVII, appellatur «*De rationibus Fidei*, seu Declaratio...». – Opusculum notum erat Cabasilae ex interpretatione Demetrii Cidonii, quae exstat in cod. Vat. gr. 1570. – S. Thomas ait, forma paululum immutata: «... fides nostra necessariis rationibus sicut probari non potest, quia humanam mentem excedit; ita improbari...».

κός. Ἀλλὰ μὴν εἴ γε ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται, τό γε οἴεσθαι μὴ ἀμέσως ἐξ αὐτοῦ εἶναι, ἀλλ᾽ εἶναί τι μέσον καὶ αἴτιον αὐτῷ τοῦ εἶναι προβολέα τοῦ Πνεύματος, μὴ λίαν ᾖ πλημμελές;

27. Ἔτι δεῖ τὰς προτάσεις τοῦ ἀποδεικτικοῦ συλλογισμοῦ αἰτίας εἶναι τοῦ συμπεράσματος οὐ μόνον κατὰ τὴν συλλογιστικὴν ἀκολουθίαν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ πρᾶγμα· τοῦ δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον λέγοντος ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκ-
fol 281r πορεύεσθαι ποίαν χρὴ πρότασιν αἰτίαν ἡγεῖσθαι, | οὐ ῥᾴδιον ἀποδοῦναι.

28. Ἔτι δεῖ τὴν πρότασιν τοῦ ἀποδεικτικοῦ συλλογισμοῦ ἐπιστητὴν εἶναι καὶ οὐ δοξαστὴν μόνον· ἐπιστητὴ δέ ἐστιν ὅταν καὶ τοῦ ὑποκειμένου καὶ τοῦ κατηγορουμένου ἐφαπτώμεθα διὰ τούτου τοῦ κριτηρίου, ᾧ πέφυκεν ἑκάτερον γιγνώσκεσθαι. Ἀλλὰ τοῦ δεικνύντος τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι ἐπιστητὰς εἶναι τὰς προτάσεις, ἀμήχανον· οὐ γὰρ ἔχομεν κριτήριον, ἄνθρωποι ὄντες, δι᾽ οὗ τούτου ἂν τύχοιμεν, ὥστ᾽ οὐκ ἂν εἶεν αἱ προτάσεις αὗται ἐπιστηταί γε ἡμῖν· πῶς οὖν ἀποδεικτικὸς ὁ τοιοῦτος ἂν συλλογισμὸς γένοιτο;

29. Ὅτι μὲν οὖν περὶ ὧν ἡμῖν τε καὶ Λατίνοις ὁ λόγος τὸν ἀποδεικτικὸν συλλογισμὸν διαπέφευγεν, ἱκανὰ καὶ ταῦτα· ὅτι δὲ οὐδὲ διαλεκτικῶς τὰ τοιαῦτα περαίνειν ἐστί, δέδεικται μὲν ἡμῖν πολλαχόθεν καὶ πρότερον, τάς τε ἀποστολικὰς ἀποφάσεις ἐκθεμένοις, καὶ τὰς τῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας, τὰς μὲν τοῦ μυστηρίου κένωσιν οἰομένας, τὰς δὲ τῆς πίστεως ἀλλοτρίωσιν τὴν ἐκ τῶν συλλογισμῶν συμμαχίαν. Καὶ μὴν καὶ Θωμᾶν συνειρηκότα ταύταις ἐδείξαμεν, πολλὰ καὶ ἄτοπα συνάγοντα καὶ μὴν καὶ τῶν ἀδυνάτων ἐφίεσθαι λέγοντα, εἴ τις μετὰ τῶν συλλογισμῶν ἐπὶ τὴν θεολογίαν ἀπαντᾷ. Φησὶ δὲ καὶ ἐν οἷς γράφει περὶ τῶν τῆς πιστεως λόγων πρὸς τὸν Ψάλτην Ἀντιοχέα· « Οὕτως ἡ ἡμετέρα πίστις ἀναγκαίοις λό-
fol. 281v γοις δείκνυσθαι οὐ δύναται, | ὅτι τὴν ἀνθρωπίνην διάνοιαν ὑπερβαίνει ».

25 AQUINAS, *De rationibus Fidei, ad Cantorem Antiochenum, 2 (Vat. gr. 1093 f. 66r).*

procedere supponitur, nonne indecorum admodum erit arbitrari hunc ex illo immediate non esse, sed aliud esse medium et causa cur [Filius] Productor Spiritus sit?

27. Plura adhuc. In demonstrativo syllogismo praemissae causae sint conclusionis oportet, non iuxta consequentiam syllogisticam solum, sed etiam secundum rei veritatem; conclusionis autem enuntiantis Spiritum Sanctum ex Filio procedere haud facile diceretur quaenam praemissa [*fol. 281ʳ*] tanquam causa iudicari debeat.

28. Aliud. In demonstrativo syllogismo praemissae sub certitudinem cadere, non probabilitatem solummodo induere debent; certaque scientia adest, ubi tum subiectum tum praedicatum tali medio attingimus, ut naturaliter accidat utrumque exinde cognosci. Attamen dari praemissas syllogismi demonstrantis Spiritum ex Filio procedere hac scientiae certitudine praeditas, nefas est. Nos enim, qui ex hominum natura sumus, instrumentum iudicandi non habemus, vi cuius illud assequamur; adeo ut ne praemissae quidem ipsae certo cognitae nobis fiant. Quo pacto igitur huiuscemodi syllogismus demonstrativus esse posset?

29. Iam, quod tam nobis quam Latinis, pro re de qua agimus, demonstratio syllogistica e manibus effugiat, sufficienter dictum est; quod autem huiusmodi quaestionem nec etiam dialectice concludere liceat, multiplici ex capite iam pridem ostendimus, cum et Apostolorum Doctorumque Ecclesiae sententias exposuimus, quarum aliae quidem mysteriorum destructionem, aliae autem perversionem fidei e syllogismorum emolumento provenire arbitrantur. Quin etiam ipsum Thomam his consonare demonstravimus, qui copiam absurdorum congerit, asseritque ad ea deveniendum fore, si quis syllogismis munitus obviam theologiae procedat. In his autem, quae de rebus fidei ad Cantorem scripsit Antiochenum, hoc modo loquitur: «Ita fides nostra necessariis rationibus probari non potest, [*fol. 281ᵛ*] quia humanam mentem excedit». [1]

---

[1] In editione Parmensi, vol. XVI, opusculum S. THOMAE ad Cantorem Antiochenum titulum fert: «*Declaratio quorumdam articulorum contra Graecos, Armenos et Saracenos*»; in editione autem Piana, vol. XVII, appellatur «*De rationibus Fidei*, seu Declaratio...». - Opusculum notum erat CABASILAE ex interpretatione DEMETRII CIDONII, quae exstat in cod. Vat. gr. 1570. - S. THOMAS ait, forma paululum immutata: «... fides nostra necessariis rationibus sicut probari non potest, quia humanam mentem excedit; ita improbari...».

δὲ παράδοσιν ἀποστολικὴν περὶ τῆς ὑπερουσίου θεότητος μήδ' ἐννοῆσαι τολμῆσαι παρὰ τὰ παραδεδομένα ἐν ταῖς γραφαῖς. Καὶ ἅμα καὶ διὰ τὸ μὴ ἀνάγκην εἶναι εἰδέναι ὅσα ἐπὶ τῶν ὄντων εἰσὶν ἀληθῆ, τούτοις χώραν εἶναι καὶ ἐπὶ τῶν ὑπερουσίων.

33. Τὸ δὲ μέγιστον, διὰ τὸ φριττοντας ἀκούειν μὴ βούλεσθαι τὸν Χριστὸν ἐν σοφίᾳ λόγου τὸ τῆς πίστεως μυστήριον καταγγέλλεσθαι. Εἰ δέ τις καὶ τὴν τῶν συλλογισμῶν ἀσθένειαν (ὅ φησι Θωμᾶς, ὅτι πρὸς ἀπιστίαν μᾶλλον fol. 282v παρακαλοῦσι τοῦ μυστηρίου ἢ πρὸς βεβαίωσιν) αἰτίαν τις νομιεῖ τοῦ | μὴ ἀληθῆ δοξάζειν ὅσα Λατῖνοι ἐξ ἀνθρωπίνων λογισμῶν ἥκουσιν ἡμῖν φέροντες, οὐδὲ τοῦτο πόρρω τῆς ἡμετέρας διανοίας ἐστίν.

34. Εἰ δὲ ὁ μὲν διαλεκτικὸς συλλογισμὸς ἐκ τούτων ἐστίν, ἃ καὶ τῷ προσδιαλεγομένῳ δόξειεν ἄν, ἡμῖν δὲ οὔτε δοκεῖ οὔτε δόξει, ὥς γε εἴρηται, ἃ Λατῖνοι συλλογιζόμενοι ἀντὶ μειζόνων ἀξιοῦσι προτάσεων, οὐκ ἄρα οὐδὲ διαλεκτικῶς περὶ τοῦ προκειμένου ἔξεστι συλλογίζεσθαι; δέδεικται δὲ μηδὲ ἀποδεικτικῶς· παρὰ ταῦτα δὲ τὰ τοῦ συλλογισμοῦ εἴδη οὐκ ἔστιν ὑγιῶς συλλογίζεσθαι· οὐκοῦν σοφίσματα καὶ σαφῆ γέλωτα καὶ λαμπρὰν ἀπάτην ἔξεστι καὶ δὴ καλεῖν ὅσα Λατίνοις συλλογιστικῶς περὶ ὧν ὁ λόγος ἐπῆλθε λογίζεσθαι.

35. Ὅλως δὲ εἰ μὲν Λατῖνοι μετὰ λογισμῶν ἀνθρωπίνων ἐπὶ τὸν χριστιανισμὸν ἀφίκοντο, καὶ τούτοις πιστεύοντες οἴονται τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, αὐτό τε τοῦτο πρῶτον λεγέτωσαν, καὶ τὸν μακάριον Πέτρον (ᾧ τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἀνάπτουσιν) οὕτω δεικνύτωσαν τὰς συνουσίας ποιούμενον, καὶ οὕτω γε καὶ ἡμᾶς πειράσθωσαν ἐπὶ τὰς ὁμοίας ἕλκειν ἀνάγκας· εἰ δὲ τοῦτο οὐδ' ἂν αὐτοὶ καταδέξαιντο, ἴσασι γὰρ ὡς ἐπισφαλεῖς καὶ δειλοὶ οἱ τῶν ἀνθρώπων εἰσὶ λογισμοί, ἐξ ὧν ὁ συλλογισμός, καὶ ὡς παντάπασιν ὑπεραίρει τὸν ἀνθρώπινον νοῦν περὶ ὧν ὁ λόγος νυνί, καὶ μὴν οὐδὲ βούλονται περιπατεῖν «ὥσπερ τὰ λοιπὰ ἔθνη — ὁ fol. 283r φησιν ὁ Ἀπόστολος — | ἐν ματαιότητι τοῦ [νοῦ] αὐτῶν ἐσκοτισμένοι τῇ διανοίᾳ», καὶ διατοῦτο τοῖς λογίοις θαρροῦντες τοῦ Πνεύματος ἐπὶ τὴν

---

28 νοός Ms.

---

7 AQUINAS, *cf. Summa contra Gent. I, 9 (Vat. gr. 613 f. 7v).* 27 EPHES. *IV, 17.*

rarum sumat; sed aliam quidem ex Scriptura, aliam vero ex humano haurit ratiocinio. At traditio apostolica adest, non audere quidquam de supersubstantiali Divinitate cogitare, praeter ea, quae ex Scripturis ad nos usque promanarunt. Et insuper, propterea quod necesse non est ut, quantacumque in rerum natura vera esse sciuntur, illa quoque in supernaturalibus locum habeant.

33. Sed quod est maximum, quia paventes audimus voluntatem Christi non esse ut mysterium fidei in sapientia verbi praedicetur. Si quis autem syllogismorum debilitatem, ut Thomas loquitur, quae potius ad diffidentiam mysterii quam ad eius confirmationem iuvat, causam esse credit [*fol. 282*^{v}] cur non vera reputentur quantacumque ex ratiocinationibus humanis Latini nobis afferunt, is profecto non procul a sententia nostra abest.

34. Iam vero, si dialecticus syllogismus fit ex his, quae a colloquente admittuntur, cum nobis neque probentur neque, ut supra dictum manet, probari unquam possint ea, quae in syllogismis suis Latini pro maiori praemissa tanquam vera sumunt, nonne igitur ne dialectico quidem modo in quaestione praesenti ratiocinari licet? Atqui ostensum quoque est nec etiam demonstrativo modo; ergo, cum praeter has syllogismorum species nulla alia ad concludendum apta habeatur, quaecumque syllogistice de his rebus tractare pergant Latini, sophismata plane deridenda splendidusque error dicenda sunt.

35. Uno verbo, si Latini ope humani ratiocinii ad christianismum pervenerunt, illoque fidentes Spiritum Sanctum ex Filio procedere arbitrantur, primum quidem id ipsum dicant; beatumque Petrum, cui ea referunt, quae ad illorum Ecclesiam pertinent, ostendant pari modo contiones suas instituisse, et inde conentur etiam nos ad similia argumenta pertrahere. Si vero ne ipsi quidem rem admitterent, qui probe sciunt insecura infirmaque esse humana ratiocinia, e quibus syllogismi comparantur, humanumque intellectum his quaestionibus, de quibus disceptamus, omnino superari; imo si et ipsi nolunt ambulare, sicut dicit Apostolus, « quemadmodum ceterae Gentes [*fol. 283*^{r}] in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectum », ideoque oraculis Spiritus confisi ad fidem accedunt, infirmitatemque syllogismorum penitus cognoscentes, oculos ad Piscatores convertunt; [1] iniuste ageretur si cum syllogismis pro-

---

[1] Id est, ad doctrinam Apostolorum. Ipsos autem *Piscatorum* nomine hoc

πιστιν ἐπείγονται καὶ τῶν συλλογισμῶν κατεγνωκότες ἀσθένειαν πρὸς τοὺ[ς] ἁλιέας βλέπουσιν, ἀδικούντων ἂν εἴη τὴν θείαν ἀλήθειαν μετὰ συλλογισμῶν ἀπαντᾶν, καὶ μὴ προθυμεῖσθαι θηρεύειν ταύτην δι᾽ ὧν ἂν καὶ ἄδηλος οὖσα περιφανὴς γένοιτο, ἀλλὰ δι᾽ ὧν ἀπέκρυψεν ἂν ἑαυτὴν εἰκότως, καὶ εἰ δήλη καὶ σαφὴς οὖσα ἔτυχε.

36. Ταύτῃ τοι καὶ ἡμεῖς, ὅσα γε ἴσμεν, οὐδαμῶς λογισμοῖς ἐχρησάμεθα ὥστε δεῖξαι μόνον τὸν Πατέρα προβολέα τοῦ Πνεύματος, οὐδὲ ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἀφελόντες λόγους τῇ θεολογίᾳ τοῦ Πνεύματος θρασέως καὶ ἀμαθῶς αὐτοὺς ἀπερρίψαμεν (μηδὲ γὰρ ἁμαρτολῶν ἐλαίῳ, ὅ τις ἔφη τῶν πρὸ ἡμῶν, τὴν κεφαλὴν λιπανθείημεν)· ἀλλ᾽ ἢ ὑποτιθέντες τὸ παρὰ τῶν ἐναντίων συμπέρασμα, τὰ κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην ἑπόμενα ἐσκοπούμεθα, ὡς καὶ ὁ Μέγας φησὶ Βασίλειος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον, ἢ αὐτόθεν τὸ ζητούμενον ἔχοντες καὶ ἄμεινον ἢ κατὰ ἀπόδειξιν ἔκ τε τῶν ἀποστολικῶν παραδόσεων καὶ ἐκ τῶν συνοδικῶν ἀποφάσεων, ἐπὶ τὸ πρόσω προήλθομεν, λύοντες ἅμα καὶ παρεξηγήσεις, δεικνύντες ὅσα τοῖς ἐναντίοις ἐξηγουμένοις δῆθεν τὰς ἱερὰς ἀποφάσεις ἐπῆλθεν εἰπεῖν. Εἰ δέ ποτε καὶ συλλογιστικῶς ἡμῖν ἐγένετο φθέγξασθαι, ἢ λόγος ἀντὶ λόγου παρείληπται, fol. 283v σαφηνείας ἕνεκεν καὶ τοῦ ὥσπερ ὑπ᾽ ὄψιν τὸν λόγον ἐλθεῖν, | ἢ μετὰ τοῦ τῆς ἀντιφάσεως ἀξιώματος, ὥστε μηδὲ τοὺς σφόδρα ἀντιλογικοὺς ἀντερεῖν. Ἀλλ᾽ ἃ μὲν ἄν τις εἴποι καθόλου πρὸς τοὺς τῶν Λατίνων συλλογισμοὺς εἴρηται· ὁ δ᾽ ἐκείνων πρὸς ταῦτα λόγος, ὁποῖος;

37. Πρῶτον μὲν μὴ εἶναι θέμις — φασί — τὴν ἀπόδειξιν ἐκ τῆς θεολογίας ἐλαύνειν· ἴσον γάρ ἐστι καὶ τὴν ἀλήθειαν ἐκ μέσου ποιεῖσθαι. — Ἔπειτα καὶ ὑγιῶς ἐστιν ἀποδεικνύναι ἢ ἀμφοτέρων τῶν προτάσεων ἐκ τῶν ἱερῶν εἰλημμένων γραφῶν, ἢ τῆς μὲν ἑτέρας ἐκ τῶν λογίων, τῆς δὲ λοιπῆς ἐξ ἀναγκαίων καὶ φυσικῶν ἀρχῶν· τοῦτο δὲ εἶναι καὶ εἰς τὸν Ἀριστοτέλην ἀνενεγκεῖν, μεταβαίνειν γὰρ ἐπ᾽ ἐνίων τὰς ἀποδείξεις, ἐν τοῖς ὑστέροις Ἀναλυτικοῖς καὶ αὐτὸς βούλεται. — Καὶ μὴν καὶ τρίτον αὐτοῖς· τῆς γὰρ ἀποδείξεως ἐνίοτε προχωρούσης καὶ ἐκ τῶν ὑστέρων καὶ αἰτιατῶν, ὡς καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ, ἄγνωμον κομιδῇ ἐπὶ τῶν θείων ἐκ προτέρων καὶ αἰτίων αὐτὴν ἀπαιτεῖν, τὴν μὲν δυνατὴν διαπτύοντας, τὴν δὲ μὴ τοιαύτην ζητοῦν-

---

12 *crediderim non verba* Basilii, *sed eius methodum hic notari; cf. ex gratia Contra Eunomium, lib. II (non I, ut* Nilus *citat), 1, 4 ... (MG 29, 573 BC; 577 B).* 27 Aristoteles, *cf. Analyt. poster. I, 7.*

cederetur obviam veritati divinae, vellemusque illius potiri non per illa media, quibus, etiamsi obscura maneat, clarissima evadit, sed per ea, quibus iure merito ipsa celatur, quamvis forsitan lucida et aperta esse contigerit.

36. Quam ob rem nos quoque, quantum scimus, nullatenus ratiocinationibus usi sumus, ut solum Patrem Productorem Spiritus esse probaremus; neque ex sensibilibus argumenta sumentes ea temere et imperite ad theologiam Spiritus applicavimus, non enim peccatorum oleo caput delinivimus, quemadmodum quidam ex his, qui ante nos fuerunt loquutus est; sed econtra aut, supposita adversariorum conclusione, illa quae plane necessario inde sequerentur investigavimus, sicut ait divus Basilius in primo contra Eunomium; aut, cum ex traditionibus apostolicis et ex sententiis Synodorum praesto nobis esset id, quod quaerebamus, et quidem potiori modo quam per demonstrationem, ad ulteriora procurrimus, simulque ea omnia, quae ab adversariis excogitata sunt, cum sacras Litteras interpretarentur, solvenda curavimus, ostendendo perperam illarum exegesim factam esse. Quodsi quandoque accidit, ut nos quoque syllogistice sermones composuerimus, id claritatis ergo factum est, cum vel rationem pro ratione sumebamus et ut res velut sub oculos poneretur, [*fol. 283v*] vel cum adhibebamus axioma contradictionis, ita ut ne illis quidem, qui ad contradicendum valde propensi forent, quidquam opponere liceret. Verumtamen hucusque illa omnia, quae quis in universum contra Latinorum syllogismos dicere posset, protulimus; quaenam autem est ad haec ipsorum responsio?

37. Primum quidem non licere, aiunt, demonstrationes e theologia procul abicere; id enim pro eodem esse ac veritatem e medio tollere. Deinde, recte confici demonstrationem, si utraque praemissa ex Sacris Scripturis desumatur, vel alia quidem e Scripturis, alia vero ex necessariis et naturalibus principiis praestetur; id autem esse ad Aristotelis placitum rem conformare, nam in quibusdam casibus demonstrationis principia descendere et ipse monet in posteriorum Analyticorum libris. Tertia ipsorum responsio: nam cum aliquando, inquiunt, ex posterioribus et causatis demonstratio procedat, quem-

---

loco donatos CABASILAS voluit, quantum mentem eius assequor, non solum quia «piscatores hominum» facti sunt (MT. IV, 19), sed praesertim quia rudiores, ut piscatores, erant, ideoque ad ostendendum ipsos ratiociniis humanis parum indulsisse.

τας. — Τέταρτον, συλλογισμῶν θεωρουμένων ἐν τοῖς τῶν θεολόγων λόγοις περὶ Θεοῦ, οὓς οἱ τῆς Ἐκκλησίας καθηγεμόνες ἐξέθεντο, πάντως ἀνάγκη ἢ ἀποδεικτικοὺς τούτους, ἢ διαλεκτικούς, ἢ σοφιστικοὺς καλεῖν· ἀλλὰ σοφιστικοὺς μέν, ἄτοπον, οὐ γὰρ μετὰ τῆς ἀπάτης οἱ τῶν διδασκάλων λόγοι· ἀλλὰ μὴν οὐδὲ διαλεκτικούς, οἱ γὰρ διαλεκτικοὶ περὶ μόνα ἂν γένοιντο fol. 284r *τὰ πιθανὰ καὶ ἐνδεχόμενα καὶ ἄλλοτε ἄλλως | ἔχοντα, οἷς οὐδὲν κοινὸν καὶ τοῖς θείοις· λείπεται λοιπὸν ἀποδεικτικοὺς τοὺς τοιούτους οἴεσθαι. — Πέμπτον ἐκείνοις, ὅτι μὴ χρὴ θαυμάζειν εἰ μὴ κοινῶν τινων Θεῷ καὶ τοῖς ἄλλοις προσόντων ὥστε συνονύμως γίνεσθαι τὰς κατηγορίας, ὅπερ ὁ ἀποδεικτικὸς συλλογισμὸς βούλεται, ἡμεῖς τοὺς περὶ Θεοῦ συλλογισμοὺς ἀποδεικτικοὺς καλοῦμεν· ποιοῦμεν γὰρ τοὺς περὶ αὐτοῦ λόγους ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τῶν μοναδικῶν, ἡλίου δηλαδὴ καὶ σελήνης καὶ οὐρανοῦ. — Τὸ δὲ ἕκτον, κατ᾽ οὐσίαν ὑπὲρ ἐπιστήμην καὶ ἀπόδειξίν φασι τὸν Θεόν, αὐτοὺς δὲ οὐ τὴν οὐσίαν, ἀλλὰ τὰ περὶ αὐτὴν ἀποδεικνύναι. — Τὸ δὲ ἕβδομον, ἄτοπον αὐτοῖς καὶ λίαν νομίζεται συνεχῶς τῶν τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων συλλογισμοῖς χρωμένων ἐπὶ Θεοῦ, καὶ ἄνω καὶ κάτω τῶν λόγων τῶν ἑαυτῶν πυκνὰ τὸ τῆς ἀποδείξεως στρεφόντων ὄνομα, καὶ «ὡς ἀποδέδεικται τὰ καὶ τά», καὶ «ὡς ἐδείξαμεν», καὶ «ὡς δείξομεν μίκρον ὕστερον», ἡμᾶς ὥσπερ τὴν ἐναντίαν ἐκείνοις ἐξεπίτηδες ἰόντας ἀπὸ τῶν θείων τὴν ἀπόδειξιν ἀφαιρεῖν.*

38. *Καὶ τὰ μὲν Λατίνων, τοιαῦτα· ὅτι δὲ οὐ πρὸς ἀλήθειαν ὁ λόγος αὐτοῖς, καὶ δὴ προσέχειν ἄξιον. Αὐτίκα πρὸς τὸ πρῶτον, οὐ γὰρ ἐλαυνομένης τῆς ἀποδείξεως συναιρεῖται καὶ ἀλήθεια, ἀλλὰ τοὐναντίον μᾶλλον, τῆς ἀληθείας ἐκποδὼν γενομένης οὐδεμία χώρα τῇ ἀποδείξει, ἐπὶ πλέον γὰρ ἡ ἀλήθεια* f. l. 284v *ἢ ἡ ἀπόδειξις. Ὁ μὲν γὰρ συλλογισμός, | ὁ τὸν ὅρον σῴζων τὸν ἑαυτοῦ, πάντως καὶ ἀληθής· οὐ πᾶσα δὲ ἀλήθεια καὶ συλλογισμός. Αἱ γὰρ ἀρχαὶ τῶν ἀποδείξεων καὶ αἱ ἄμεσοι τῶν προτάσεων, δι᾽ ὧν ὁ συλλογισμός, ἀληθεῖς μέν, συλλογισμὸς δὲ οὐδαμῶς. Καὶ μὴν καὶ τὸν μακάριον Παῦλον «οὐκ ἐν πειθοῖ σοφίας ἀνθρωπίνης» τοὺς λόγους ποιούμενον οὐδὲ πρὸς συλλογισμοὺς βλέποντα ἕπεται κατ᾽ ἐκείνους μὴ πάντα ἀληθεύειν αὐτόν. Ἀλλ᾽ ἄτοπον, καὶ οἱ ταῦτα δὲ ἀξιοῦντες, μέχρις ἀπείρου προιέναι τὰς ἀποδεί-*

---

28 *cf.* I Cor. *II*, 4.

admodum Aristoteli videtur, valde irrationabile esset eam in rebus divinis ex prioribus et causis repetere, respuendo, scilicet, eam quae valida est, aliamque robore destitutam requirendo. Quartum: necessarium esse prorsus ut qui syllogismi de Deo agentes in discursibus theologorum inveniuntur, illi nempe, quos Ecclesiae ductores exposuerunt, vel demonstrativi esse dicantur, vel dialectici, vel sophistici. Attamen sophisticos illos dici absurdum est, non enim fallaces sunt Doctorum sermones; sed neque dialecticos eosdem vocaremus, nam dialectici syllogismi solummodo de rebus persuasibilibus et probabilibus sunt, et talibus, quae etiam aliter [*fol.* 284r] haberi possunt, quibus nihil profecto commune cum divinis est. Igitur restat ut demonstrativos illos esse credamus. Quintum addunt quoque: admirationem, videlicet, movere non debet si nos syllogismos, qui de Deo agunt, demonstrativos appellamus, quamvis nulla sint ita Deo aliisque communia, ut eorum univoca praedicatio haberi possit, quemadmodum demonstrativus syllogismus postulat; ratiocinia enim de ipso conficimus sicut de aliis, quae singularia quoque sunt, ut puta solem, aut lunam, aut caelum. Sextum: aiunt Deum quidem essentialiter supra scientiam et demonstrationem constitutum esse; at minime se essentiam Eius, sed alia, quae essentiam circumstant, demonstrare. Septimum: absurdum ipsis vel maxime videri, cum Ecclesiae Doctores continuo syllogismos ad agendum de Deo usurpent, nomenque demonstrationis hinc inde per eorum opera circumferatur, ut [cum aiunt]: «illud et illud demonstratum est», vel: «paulo inferius demonstrabimus»; nos [Graecos], quasi ex industria adversus ipsos procedendo, e rebus divinis demonstrationem eripere.

38. Latini quidem res huiusmodi proloquuntur: quod autem veritati conformes rationes ipsorum non sint, attendere pretium erit. Verbi gratia, quoad primum: non enim sublata demonstratione veritas tollitur, sed potius contrarium fit, ut exsulante veritate nullus demonstrationi locus sit; ad plura enim veritas quam demonstratio protenditur. Syllogismus, scilicet [*fol.* 284v] (si intra proprios limites sistit), veritatem plane continebit; at non omnis veritas erit eo ipso syllogismus, siquidem principia demonstrationum et propositiones immediatae, ex quibus syllogismus fit, vera quidem sunt, non autem sunt syllogismus. Quin imo sequeretur iuxta ipsos beatum Paulum, qui nullatenus ad syllogismos attendebat, 'neque in persuasibilibus humanae sapientiae verbis' loquebatur, non in omnibus veritatem expressisse. Sed absurda sunt haec; eosque, qui talia arbitrantur, et ad infinitum usque demonstrationes extollere

ξεις βουλόμενοι, λελήθασιν ἑαυτούς, ἐκ τοῦ σφόδρα φιλεῖν τὴν ἀπόδειξιν, ἀναιροῦντες ἀπόδειξιν, εἴπερ οὐδέ ἐστιν ἐπιστήμεν ἀπείρου εἶναι.

39. *Τὸ δὲ δεύτερον ἐκείνοις [ποι] μὲν ὑγιές, [ποι] δὲ οὐ τοιοῦτον· μᾶλλον δὲ τὸ ὑγιὲς οὐδαμοῦ. Εἰ μὲν γὰρ ἐξῆν περὶ ὧν ὁ λόγος νυνὶ ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ Υἱοῦ δεικνύναι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐξ ἀμφοτέρων τῶν προτάσεων ἐκ τῆς γραφῆς ὁρμωμένων, καὶ πᾶς τις νοῦν ἔχων καὶ αὐτὸς ἐγὼ τοῦ παντὸς ἂν ἐτιμησάμην τὸν τοιοῦτον συλλογισμόν, ἱκανὸν ὄντα τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνην ἀπεληλαμένην καταγαγεῖν· τούτου δὲ μηδὲ ἐν ἐλπίσιν ὄντος εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, περίεργον ἡ ἐπαγγελία καὶ μέχρι τοῦ ἀπατῆσαι. Τὸ δὲ τὴν μὲν τῶν προτάσεων ἐκ τῶν λογίων λαμβάνειν, τὴν δὲ ἐκ φυσικῶν ἀρχῶν, ἔπειτα οἴεσθαι ἀποδεικνύναι, οὐ τὴν ἀλήθειαν τιμῶντός ἐστιν.*
fol. 285r *Ἔχει γὰρ οὕτως, | ὡς καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ ἐν τοῖς ὑστέροις Ἀναλυτικοῖς.*

40. *Ὅταν ἐπιστήμη τις ὑπὸ ἐπιστήμην τελῇ, ὥσπερ ὑπὸ μὲν τὴν φυσικὴν ἡ ἰατρική, ἡ δὲ ὀπτικὴ ὑπὸ τὴν γεωμετρίαν, τότε τῆς ὑπερεχούσης ἐπιστήμης τοῖς συμπεράσμασιν ὡς ἀρχαῖς οἰκείαις ἡ ὑποβεβηκυῖα χρωμένη μετὰ τοῦ τεταγμένου χωρεῖ, καὶ οὐδεμία ταύτῃ κακία, πρὸς τὰς ἀρχὰς ἀφορώσῃ τὰς ἑαυτῆς, συγγενεῖς τε οὔσας καὶ οἰκείας, καὶ ἐκ τῶν προτέρων προιούσῃ πρὸς τὴν ζητουμένην ἀλήθειαν. Οὐ μὴν ἀλλ᾿ εἰ καὶ μὴ ὑπάλληλοι εἶεν αἱ ἐπιστῆμαι, οὐδὲ οὕτως οὐδεμία μέμψις αὐταῖς, κοινοῖς τισιν ἀξιώμασιν ἢ συμπτώμασι χρωμέναις περὶ τὰς ἀποδείξεις, εἴ γε ἑκάστη οἰκείως ἑαυτῇ τὸν λόγον ἐνδέχοιτο. Εἰ δὲ μήτε τὰ εἰλημμενα ἀξιώματα κοινὰ καὶ ἀμφοτέραις ταῖς ἐπιστήμαις πρόσεστι, μήτε μὴν τὴν ἑτέραν ὑπὸ τὴν ἑτέραν ἔστιν ὁρᾶν, πάντως παρανομήσει περὶ τὰς ἀποδείξεις, καὶ παραλογιεῖται μᾶλλον ἢ ἀποδείξει, εἴ γε ἐκ τῶν τῆς ἑτέρας ἀρχῶν τὰ καθ᾿ αὐτὸ τῇ ἑτέρᾳ συμβεβηκότα ἀποδεικνύναι ἐπιχειροίη. Φησὶ γὰρ ἐν τοῖς αὐτοῖς Ἀριστοτέλης, ἀποδεδειχὼς τοῦτο πρότερον· «Οὐκ ἔστιν ἐξ ἄλλου γένους μεταβάντα δεῖξαι». Καὶ πάλιν· «Οὐ μεταβαίνουσιν αἱ ἀποδείξεις ἀφ᾿ ἑτέρου γένους εἰς ἕτερον». Καὶ πάλιν· «Ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους ἀνάγκη τὰ ἄκρα καὶ τὰ μέσα εἶναι». Καὶ πάλιν· «Ἕκαστον ἀποδεῖξαι οὐκ ἔστιν*

---

3 in Ms scribitur ποῖ, ποῖ; at, ut videtur perperam, non enim interrogativa particula est, sed enclitica ποί, ποί (partim, partim), ut loquutionis sensus requirit.

---

27 Aristoteles, *Analyt. poster. I, 7 et 9 (7 citat.).*

volunt, eos, inquam, latet sibi ipsis adeo demonstrationem amantibus demonstrationem eripi, quandoquidem infiniti nulla certa scientia esse potest.

39. Altera autem ipsorum responsio partim quidem recta est, partim vero non ita vel, dicam potius, nullo modo recta. Etenim si demonstrari posset quoad praesentem quaestionem Spiritum Sanctum ex Filio procedere, utramque praemissam ex Scripturis colligendo, quilibet profecto rationis compos, egoque ipse, huiusmodi syllogismum plurimi faceremus, illumque sufficere crederemus, qui pacem Ecclesiarum deperditam restitueret. At vero cum ne spes quidem habeatur talem in promptu fore [syllogismum], inutilis et ad errorem conducens illius est annuntiatio. Quod vero alia praemissarum ex oraculis sacris, alia autem ex principiorum naturalium fonte desumatur, et hac ratione demonstrationem confici putetur, nequaquam id veritatem reverentium proprium est. Sic enim se res habet, [*fol. 285*ʳ] quemadmodum Aristoteli videtur in posterioribus Analyticorum libris.

40. Ubi scientia quaedam sub scientia continetur, sicut sub physica medicina, vel sub geometria optica, tunc quidem si ea, quae subest, superioris scientiae conclusiones tanquam propria principia adhibet, ordinate proceditur, nullumque inde suboritur inconveniens quod principia ab alia mutuata sit (cum propria eiusdemque generis illa sint), nec quod ex prioribus ad inquisitionem veritatis devenerit. Nihilo tamen minus, etiamsi non mutuam relationem scientiae servarent, ne sic quidem ullum ipsis nocumentum proveniret, quippe quae communibus quibusdam axiomatibus vel symptomatibus uterentur ad demonstrationem, etsi unaquaeque iuxta modum sibi proprium illa recepisset. Si vero neque axiomata praedicta communiter utrique scientiae interessent, neque aliam sub alia contineri daretur, omnino demonstrationis leges praetermitterentur, et paralogismus potius quam demonstratio fieret, si ex principiis unius ea, quae per se alteri insunt, demonstrare conaremur. Ait enim Aristoteles ibidem, hac ipsa re prius iam demonstrata: [1] « Non ergo licet ex alio genere [scientiae in aliud] descendendo demonstrare ». Et rursus: « Non descendunt demonstrationes ex uno genere in aliud ». Et denuo: « Ex eodem genere oportet esse extrema

---

[1] In hac et sequentibus citationibus Aristotelis ea, quae inter uncinos scribuntur, sic in editione Didotiana, qua utimur, posita sunt.

fol. 285v ἀλλ᾽ ἢ ἐκ τῶν ἑκάστου ἀρχῶν». | Καὶ πάλιν· «Ἕκαστον ἐπιστάμεθα μὴ κατὰ συμβεβηκός, ὅταν κατ᾽ ἐκεῖνο γιγνώσκωμεν καθ᾽ ὃ ὑπάρχει ἐκ τῶν ἀρχῶν τῶν οἰκείων». Καὶ πάλιν· «Ἐπεὶ δὲ φανερὸν ὅτι ἕκαστον ἀποδεῖξαι οὐκ ἔστιν ἀλλ᾽ ἢ ἐκ τῶν ἑκάστου ἀρχῶν, ἂν τὸ δεικνύμενον ὑπάρχῃ ᾗ ἐκεῖνο, οὐκ ἔστι τὸ ἐπίστασθαι τοῦτο, κἂν ἐξ ἀληθῶν καὶ ἀναποδείκτων δειχθῇ καὶ ἀμέσων· κατὰ κοινῶν γὰρ δεικνύουσιν οἱ τοιοῦτοι λόγοι ὃ καὶ ἑτέρῳ ὑπάρξει· διὸ καὶ ἐπ᾽ ἄλλων ἐφαρμόττουσιν οἱ λόγοι οὐ συγγενῶν· οὐκοῦν οὐχ ᾗ ἐκεῖνο ἐπίσταται, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός, οὐ γὰρ ἐφήρμοσεν ἡ ἀπόδειξις καὶ ἐπ᾽ ἄλλο γένος». Καὶ πάλιν· «Οὐκ ἔστιν ἀποδεῖξαι ἕκαστον ἁπλῶς ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἑκάστου ἀρχῶν».

41. Τούτου τοίνυν οὕτως ἔχοντος, ἐπεὶ τὴν τῶν χριστιανῶν θεολογίαν μηδαμῶς ἐπιστήμην ὑπό τινα ἐπιστήμην ἴσμεν τελοῦσαν, αἱ γὰρ ἄλλαι πᾶσαι μᾶλλον πρὸς αὐτὴν θεραπαινίδος ἔχουσι λόγον, ὡς καὶ ὁ Θωμᾶς φησιν. Ὁ δὲ θεῖος Χρυσόστομος οὐ θεραπαινίδος μόνον, ἀλλὰ καὶ ταύτης ἠτιμωμένης πάντως τῆς ἀληθείας ἀποπεπλάνηται, καὶ πρὸς περιττὰς καὶ ἀνοήτους ἐλπίδας ἐξέπεσεν, ὁ ἐξ ἀνθρωπίνων καὶ θείων ὁμοῦ, τὰ θεῖα θηρεύειν ἐπιχειρῶν, ἄντικρυς τὸ τῆς παροιμίας τὰ ἀσύγκλωστα συγκλώθων καὶ τῷ ἐξ ἄμμου σχονίῳ φιλοτιμούμενος. Καὶ μὴν καὶ σχεδὸν οὐδέ τινα fol. 286r ἴσμεν θέσιν κοινὴν αὐτῇ τε καὶ τοῖς ἄλλοις. | Τὰς γὰρ ἀρχὰς αὐτῆς μὲν ἐξ ἀποκαλύψεως ἀμέσως παρὰ Θεοῦ λαβόντες ἔχομεν, ὡς καὶ ὁ Θωμᾶς φησιν· αἱ δὲ τῶν ἄλλων, οἷαι ἂν γένοιντο αἱ ἐκ τῶν αἰσθητῶν ὁρμώμεναι καὶ τὸν ἀνθρώπινον μὴ ὑπεραίρουσαι νοῦν. Καὶ μήν, ὡς δέδεικται, οὐδὲ τὸ θεῖον ἐν γένει, οὐδέ ἐστιν ὁμογενὲς οὐδενί, οὐδὲ τό τι κατηγοροῦμεν αὐτοῦ, οὐδὲ συνωνύμως αὐτοῦ τι καί τινος ἑτέρου κατηγορεῖται.

42. Ἔτι πρὸς Θεοῦ! εἴ τις τῶν συλλογισμῶν τὴν μὲν ἑτέραν τῶν προτάσεων ἐκ τῆς γραφῆς ἔχει λαβών, τὴν δὲ λοιπὴν μετὰ τοῦ ἀληθεύειν ἐκ φυσικῶν ἀφορμῶν, τοῦ χάριν γένοιτ᾽ ἂν αὐτῷ πάροδος δικαίως ἐν Ἐκκλη-

---

13 AQUINAS, *cf. Summa Theol. I, q. I, a. 5 ad 2um et a. 8 ad 2um (Vat. gr. 609 ff. 609v, 610v).* 14 CHRYSOSTOMUS *multa similia praebet in eius Hom. I-V De Incomprehensibili contra Anomoeos: MG 48, 701-748; ad quem autem locum praecise allusio fiat, non invenio.*

et media ». Et aliud: « Unumquodque demonstrari non potest nisi ex suis principiis ». [*fol. 285*v] Et iterum: « Unumquodque scimus non secundum accidens, quando secundum illud cognoverimus, secundum quod inest... ex principiis illius [propriis] ». Rursus adhuc: « Quoniam autem manifestum est quod unumquodque demonstrari non possit, nisi ex suis principiis, si quod demonstrandum est insit quatenus ipsum est, non possumus [sine his] id [quod demonstratur] scire, etiamsi ex veris et indemonstrabilibus et immediatis sit demonstratum. Nam secundum commune demonstrant tales rationes, quod et alii [rei] inerit; quare etiam rationes ad alia quadrant non eiusdem generis. Quare [ex his] non scit [demonstrans] quatenus ipsum [demonstrandum] est, sed [scit] secundum accidens; non enim alias conveniret demonstratio etiam alteri generi ». Denique: « Non potest unumquodque demonstrari simpliciter, nisi ex propriis principiis ».

41. Quae si ita sunt, igitur christianam theologiam scientiam esse scimus sub nulla alia constitutam, reliquae namque omnes potius erga ipsam famulatus rationem habent, quemadmodum et ipse Thomas ait. Et divus Chrysostomus non id solum affirmat, sed etiam addit penitus illum a veritate deviare, et in inutiles et stultas spes incidere, qui, illa spreta, simul ex divinis et humanis [principiis] divinarum rerum potiri satagit, et prorsus, sicut fert effatum, nendo componit quae neri nequeunt, funique ex arena innititur. Imo fere dixeris nullum sciri demonstrationis principium huic [scientiae] aliisque commune; [*fol. 286*r] ipsius enim theses immediate ex revelatione Dei acceptas habemus, sicut etiam Thomas asserit; aliarum vero [scientiarum] principia talia sunt, qualia possunt esse illa, quae ex sensibilibus originem ducunt, humanamque mentem non praetergrediuntur. Sed profecto, ut ostensum est, neque in genere ullo Divinitas invenitur, neque est ulli rei homogenea, neque de ea aliquid praedicatur, nec rursus quidquam de ea et de quovis alio univoce dicitur.

42. Praeterea, pro Deum! si syllogismus quivis unam ex propositionibus ex Scriptura desumptam haberet, aliam vero, eamque veritate gaudentem, ex topicis naturalibus, cuiusnam, quaeso, gratia ipsi in Ecclesiam Dei aditus iure merito patefieret? Forte dixerint id ex veritate praemissarum evenire, quae, utpote verae, necessario veritatem conclusionis testificantur. Attamen non prorsus necessario, sapientissimi! Etenim si quis ita dicat: Pater et Filius et Spiritus Sanctus tres hypostases sunt, tres vero hypostases semper

σίᾳ Θεοῦ; Τὸ τῶν προτάσεων φαῖεν ἂν ἀληθές, οὕτω γὰρ αὐτῶν ἐχουσῶν, πᾶσα ἀνάγκη καὶ τὸ συμπέρασμα εἶναι ἀληθές. — Οὐ πᾶσα ἀνάγκη, ὦ βέλτιστοι! Εἰ γὰρ οὕτω τις λέγοι· ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον τρεῖς ὑποστάσεις εἰσίν, αἱ τρεῖς ὑποστάσεις πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ ἐν τοῖς οὖσι καὶ τρεῖς οὐσίαι μερικαί εἰσι, τὸ ἑξῆς ἀληθὲς αὐτὸς ἀποφαίνου, ἀλλ' οὐ πόρρω τοῦτο τῆς Ἀρείου παραφορᾶς. Καὶ πάλιν· ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς δύο ὑποστάσεις εἰσί, ἡ μὲν γεννῶσα, ἡ δὲ γεννωμένη, ἀλλ' ὅταν δύο ὑποστάσεις ἐν τοῖς οὖσιν οὕτως ἔχωσιν, οὐκ ἄνευ πάθους οὐδὲ φθορᾶς, οὐδὲ ἀσώματος ἡ γέννησις τούτων. Ἀλλὰ βαρὺ τὸ ἐκ τούτων συμπέρασμα καὶ ἀκοῦσαι χριστιανοῖς. Διατί; καὶ μὴν ἑκατέρου τῶν συλλο- fol. 286v γισμῶν αἱ προτάσεις, | ἡ μὲν ἐκ τῆς γραφῆς (ἡ ἐλάττων), ἡ δὲ ἐκ φυσικῶν ἀρχῶν τὰς ἀφορμὰς ἔχει (ἡ μείζων), καὶ οὕτως ἀληθής, ὡς μηδένα ἐρίσαι πρὸς ταύτην.

43. Ἔτι φαῖεν ἄν, ἣν εὐσεβεῖν ἐθέλωσιν, οὐκ ἀναγκαῖον ὅσα ἐπὶ τῶν ὄντων ἀληθῆ, ταῦτα καὶ ἐπὶ τῶν ὑπερουσίων χώραν ἔχειν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀνάγκη μὴ οὕτως ἔχειν τὰ πράγματα ἐνταῦθα κἀκεῖ. Τὰ [ὅμοια] δὴ καὶ ἡμῶν λεγόντων, μὴ δυσχεραινόντων ἐκεῖνοι· εἰ μὲν γὰρ ἐκεῖνα, καὶ ταῦτα, εἰ δ' οὐ ταῦτα, πῶς ἐκεῖνα; Καὶ μὴν εἰ τῇ χείρονι τῶν προτάσεων πᾶσα ἀνάγκη τὸ συμπέρασμα ἕπεσθαι, τί ποτε ἐροῦμεν τοὺς λόγους οἱ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα συνάγουσι, τὰς μὲν ἐλάττους τῶν ἀρχῶν ἐκ τοῦ Πνεύματος, τῶν δὲ ἑτέρων ἐξ ἀνθρωπίνων λογισμῶν τὰς ἀφορμὰς εἰληφότας; Πάντως ὅτι γε τὸ ἐκ τῶν προτάσεων οὐδὲν ἄλλο ἢ λογισμὸς ἀνθρώπινος, δειλὸς καὶ ἐπισφαλής, καὶ οὐδὲ αὐτῷ πρὸς πίστιν ἀρκῶν. Οὐκ ἄρα δόξομεν ὑγιαίνειν τὰ θεολογικὰ τοιούτοις παιδευταῖς περὶ τὰ μέγιστα χρώμενοι. Καί, ὡς ἔοικεν, εἰκότως Ἀριστοτέλης ἔλεγε· « Μὴ ἐκ προτέρων μόνων προσήκειν ἀποδεικνύναι, ἀλλὰ καὶ ἐκ πρώτων, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἐξ ἀρχῶν οἰκείων τοῖς πράγμασι, καὶ οὐκ ἔστι τὸ ἐπίστασθαι τοῦτο, κἂν ἐξ ἀληθῶν καὶ ἀναποδείκτων δειχθῇ καὶ ἀμέσων, μὴ οἰκείων δὲ μηδὲ συγγενῶν δηλαδή». Καὶ πάλιν· « Ἕκαστον ἀποδεῖξαι οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἢ ἐκ τῶν ἑκάστου ἀρχῶν », καὶ κατὰ fol. 287r συμβεβηκὸς δὲ | τὴν τοιαύτην δεῖξιν καλεῖ καὶ ἥκιστα συμβαίνουσαν πρὸς ἀλήθειαν. Ὅλως δὲ πῶς ἔνι πιστεῦσαι τοῖς οὕτως ἔχουσι τῶν συλλογισμῶν περὶ ὧν ἡ διαφορά, οἱ φανερῶς ἐν τοῖς ὁμολογουμένοις ψευδόμενοι καὶ κακουργοῦντες ἑάλωσαν;

---

16 in **Ms** prius ὁμοία, corrigitur deinde insufficienter ὅμοία.

---

25 Aristoteles, *Analyt. poster. I, 9 (2 citat.)*.

et ubique in naturalibus tres sunt etiam partiales essentiae; id quod inde consequitur veritatem habere declarabis tu ipse, verumtamen non longe haec ab Arii deliramentis collocabuntur. Similiter quoque: Pater et Filius duae hypostases sunt, altera generans, altera generata: atqui ubi in naturalibus duae huiuscemodi hypostases inveniuntur, earum generatio non sine passione aut corruptione nec sine corpore fit. Verum enim vero huius ratiocinii conclusio aegre christianis auribus toleranda censetur. Quare? nonne revera praemissae utriusque syllogismi [*fol. 286ᵛ*] alia ex Scriptura, minor scilicet, alia vero, id est maior, ex topicis naturalibus principia sua mutuatae sunt, atque ita sunt verae, ut eaedem a nemine oppugnentur?

43. Adhuc fortasse dicent, si velint se religiosos exhibere, necessarium non esse, ut quaecumque in naturalibus veritate pollent, eadem omnia etiam in supernaturalibus locum obtineant, siquidem potius in his et illis diversimode se res habeant oportet. At profecto cum etiam nos eadem dicamus, illos molestos esse non decet; si enim illa [admittuntur], etiam haec; si vero nequaquam haec, quomodo illa? Re quidem vera si conclusio prorsus sequitur inferioris qualitatis praemissam, quid tandem de illis ratiociniis erit dicendum, quae Spiritum ex Filio esse concludunt, principia praemissarum minorum ex Spiritu desumendo, topica autem aliarum ex rationibus humanis? Plane concludendum erit nihil aliud ex huiusmodi praemissis educi posse quam humanas rationes, quae sane debiles incertaeque sunt, neque sufficientiam in se ipsis ad fidem inserendam habent. Itaque si talibus magistris utamur in maximis rebus, videbimur circa theologiam insanire. Quamobrem recte, ut patet, Aristoteles aiebat: « Non ex prioribus solummodo demonstrationem instituere oportet, sed ex primis etiam, id est, ex principiis rebus propriis, et non possumus [sine his] id, [quod demonstratur], scire, etiamsi ex veris et indemonstrabilibus et immediatis sit demonstratum, nisi, videlicet, propria et eiusdem generis sint ». Et iterum: « Unumquodque demonstrari non potest, nisi ex suis principiis ». Huiusmodi autem demonstrationem, [*fol. 287ʳ*] secundum accidens appellat, et longissime a veritate positam esse declarat. Quid tandem? quomodo confidere licebit in quaestionibus, de quibus in praesentiarum contendimus, huic generi syllogismorum, qui ita se habent, ut aperte etiam in rebus admissis falsi esse et fallaces inveniantur?

44. *Εἰ δὲ λέγοιεν καὶ τὰς μείζους τῶν οἰκείων συλλογισμῶν προτάσεις οἰκείας εἶναι καὶ τῇ θεολογικῇ ἐπιστήμῃ, οὐ γὰρ μόνον ἐν τοῖς οὖσιν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν θείων πᾶσαν εἶναι ἀνάγκην ἀληθεύειν αὐτάς, — τοῦτο πρῶτον δεικνύτωσαν ἢ διαρρήδην κείμενον ἢ συναγόμενον ἀναγκαίως ἐκ τῆς γραφῆς, ἤ τι τῶν ὁμολογουμένων ἐν τῇ θεολογίᾳ διαπίπτον, ἄν τις ἐκεῖνα ἀρνῆται. Ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι· πάνυ δὲ ἄτοπον τῶν προβλημάτων περὶ ὧν ἡ πρόθεσις ἀνθρωπίνην πᾶσαν ὑπερβαινόντων διάνοιαν, ὡς δέδεικται, καὶ κρειττόνων ὄντων ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ἢ κατὰ συλλογισμοῦ δύναμιν, ἔπειτα τῶν συλλογισμῶν τοὺς μὲν ἐγκρίνειν, ἐκείνους δὲ ἀποδοκιμάζειν, ὥσπερ μὴ συνιέναι δυναμένους τὸ ἐκ τῆς ἀντιφάσεως ἄτοπον.*

45. *Οὐ μὴν ἀλλ᾽ οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἐν τοῖς θειοις, οὗ μὴ δυνατὸν τὴν μὲν τῶν προτάσεων ἐκ τῶν λογίων αἱρεῖσθαι τοῦ Πνεύματος, τὴν δὲ ἑτέραν ἐκ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν ἀληθεύουσαν. Καὶ εἰ τοῦτο συγχωρεῖν ἔξεστι, καὶ πανταχοῦ τοῖς οὕτω τέχνης ἔχουσι πιστεύειν ἀνάγκη, οὐδὲν ὃ μὴ τῶν θείων δι᾽ ἐπιστήμης γνωστόν, καὶ ψεύδεσθαι πᾶσα ἀνάγκη τοὺς τὰ μὲν τῶν θείων* fol. 287v *ἀξιοῦντας σύμμετρά πως εἶναι | καὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ νῷ, καί τινα τρόπον ἐπιστητὰ καὶ γνωστά, τὰ δὲ παντάπασιν ὑπεραίρειν αὐτόν, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴρηται. Ἔτι δέδεικται μήδ᾽ ἐν ἐκείνοις ἐν οἷς μετρίως καὶ τὸν ἀνθρώπινον νοῦν συγκεχώρηται συμβαίνειν καὶ ὁπωσοῦν, μήδ᾽ ἐν ἐκείνοις τὴν ἀπόδειξιν ἀναγκαῖον εἶναι, διὰ τὴν ἀπάτην, ἥν, ὥσπερ ἀπαραίτητον αἶσχος, τὸ τῶν συλλογισμῶν γένος μεθ᾽ ἑαυτῶν περιφέρουσιν.*

46. *Εἰ δὲ λέγοιεν κοινά τινα προσεῖναι τοῖς τε θείοις καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς καὶ δὴ καὶ τοῖς οὖσι (κοινὰ δὲ κατά τινα ἀναλογίαν, οὐ γὰρ δὴ συνωνύμως ἐνδέχεται), καὶ κατ᾽ ἐκεῖνα δύνασθαι τὴν ἀπόδειξιν καὶ ἐπὶ τῶν ὑπερουσίων ὑγιῶς προχωρεῖν, — ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἴσον ἐστὶ τήν τε κατηγορίαν μὴ συνωνύμως προέρχεσθαι καὶ μήδε τὴν ἀρχὴν ἀποδεικνύναι, τοῦτο γε τῆς ἀποδείξεως ἀπαιτούσης κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην. Ἔπειτα εἰ καὶ κατά τινα ἀναλογίαν κοινά τινα Θεῷ καὶ τοῖς οὖσιν, ἀλλὰ πολὺ μὲν κἀν τούτοις καὶ σφόδρα φανερὸν τὸ ἀνόμοιον, ἀμυδρὸν δέ τι καὶ σκοτεινὸν τὸ ὅμοιον, καὶ ὥστε μόνον εἰκάσαι. Τούτου δὲ κειμένου, ὁ ἐκ τῆς ὁμοιότητος ἐπιχειρῶν συλλογίζεσθαι, οὐδὲ ἑαυτῷ πιστεύσειεν ἄν, ἐκ τῆς ἀνομοιότητος καὶ σφόδρα εἰς τοὐναντίον ἑλκόμενος περὶ ὧν σκοπεῖ.*

44. Quodsi adhuc dicerent maiores propriorum syllogismorum praemissas etiam theologicae scientiae proprias esse, non enim solum in naturalibus, verum etiam cum agitur de divinis, veras omnino illas esse necesse est; primum quidem, ostendere velint vel id explicite positum esse, aut saltem necessaria conclusione ex Scripturis erui, vel quid tandem ex his, quae in theologia creduntur, perire debeat, si quis illud negaverit. Verumtamen non poterunt: econtra prorsus absurdum est, cum problemata de quibus in praesentiarum quaestio movetur, humanam quamcumque mentem, ut ostendimus, praetergrediantur, et sat longe superiora illa sint, quam quae per demonstrationem obtineri valeant; absurdum est, inquam, postea ex syllogismis hos quidem adoptare, illos autem renuere tanquam impares ad occurrendum absurditati, qua refelli possunt.

45. Nihilo tamen minus nihil quidquam in divinis est, cuius nequeat alia praemissarum ex oraculis Spiritus colligi, alia vero ex principiis naturalibus veritatem habere. Quodsi concedere hoc licet, quod omnino necesse sit huiusmodi artificio fidem praestare, nihil in divinis erit, quod per scientiam cognosci nequeat, et falluntur plane qui arbitrantur res divinas partim humanae quoque menti esse quodammodo proportionatas, [*fol. 287v*] easque quadamtenus scientifice haberi et cognosci posse, partim vero intellectum hominum superare, sicut superius declaratum est. Praeterea, ostensum est etiam ne in illis quidem rebus, quibus humana quoque ratio quomodocumque applicari concedebatur, necessitatem induci demonstrationis, propter errorem qui, velut inevitabile dedecus, syllogismorum genus ipsum circumstat.

46. Dicerent fortasse communia quaedam intercedere inter divinas res, nobis superiores, aliasque naturales (communia sane iuxta quandam analogiam, non enim univoce accipiuntur), et secundum illa etiam ad ea, quae supernaturalia sunt, demonstrationem recte progredi posse. Sed primum quidem, pro eodem est et praedicationem univoce non procedere, et demonstrationem radicitus tolli, cum prorsus illud ad demonstrationis naturam requiratur. Deinde, etiamsi iuxta quandam analogiam Deum inter et naturales res communia quaedam sint, attamen in his quoque valde clare dissimilitudinem esse deprehendimus, similitudinem autem, quae adest, obumbratam tenuemque haberi, et talem, quae solummodo veluti coniciatur. Quibus positis, quicumque ex [hac] similitudine argumentari conaretur, ne sibi quidem ipsi fidem daret cum se, propter maximam dissimilitudinem, ad oppositum rei, de qua investigationem instituerat, detrusum esse videret.

47. Ταύτῃ τοι καὶ Θωμᾶς, παντὸς μᾶλλον οὐκ ἀγνοήσας τὴν ἐπὶ τοὺς συλλογισμοὺς τοιαύτην ὁδόν, συγχωρεῖ μὲν αὐτῇ χρῆσθαι γυμνασίας ἕνεκεν· fol. 288r | ἀδρανῆ δὲ καὶ ἀσθενῆ καὶ οὐδὲν ὑγιὲς αὐτὴν ἡγούμενος, εἰσηγεῖται μὴ σφόδρα ταύτῃ θαρρεῖν μηδὲ ἐκ τῶν λόγων τούτων εἰδέναι οἴεσθαι μηδ' ἀποδεικνύναι. Φησὶ γὰρ ἐν ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ Κατὰ Ἑλλήνων πρώτου βιβλίου· «Τὰ αἰσθητὰ τῶν πραγμάτων, ἐξ ὧν ἡ ἀνθρωπίνη ἀπόδειξις τὴν ἀρχὴν λαμβάνει, ἔχουσί τι ἐν ἑαυτοῖς τῆς θείας ὁμοιότητος ἴχνος, οὕτω μέντοι ἀτελές, ὥστε πρὸς τὸ τὴν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν δεικνύναι εὑρίσκεσθαι παντάπασιν ἀδρανῆ». Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ κεφαλαίῳ· «Ἔστι μέντοι χρήσιμον ἐν ταῖς τοιαύταις τῶν ἀποδείξεων, ἀσθενέσιν ἀμηγέπη οὔσαις, γυμνάζειν ἑαυτὴν τὴν ἡμετέραν διάνοιαν, ἐφόσον ἄπεστιν ἡ τοῦ καταλαμβάνειν ἢ ἀποδεικνύναι τὰ τοιαῦτα δύνασθαι οἴησις». Ἄλλως τε εἰ καὶ χώρα τοῖς τοιούτοις λόγοις, ἀλλ' οὐκ ἀδιορίστως ἐν πᾶσι τοῖς θείοις ἁπλῶς, ἀλλ' ἐν οἷς ἔστι καὶ τὸν ἀνθρώπινον νοῦν ἐν φαντασίᾳ τινὸς τῶν περὶ τὸν Θεὸν γίνεσθαι, οὐκ ἐν τούτοις ἃ καὶ τῶν ἀγγελικὸν ὑπερβέβηκε νοῦν. Ἢ τί κωλύει, τούτου κειμένου, μηδὲν εἶναι τῶν θείων ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην διάνοιαν, ἵνα μηδὲ Λατίνοις ἑαυτοῖς συμβαίνειν ἐξῇ;

48. Ἔτι γεωμετρία καὶ ἀριθμητικὴ πολλοῖς τισιν ἐπικοινωνοῦσιν, ἑκατέρα τε γὰρ περὶ τὸ ὄν, καὶ δὴ καὶ τὸ ποσόν, ὡς γένος ἢ ὑποκείμενον, εἰ καὶ μὴ πάντῃ προσεχῶς. Καὶ δὴ καὶ ἀμφοτέρας προϊούσας ἔστιν ἰδεῖν ἐξ ἀρfol. 288v χῶν, αἳ ἥκιστά εἰσι κρείττους | ἢ κατὰ τὸν ἀνθρώπινον νοῦν, καὶ δὴ καὶ ἀξιώμασι καὶ παθήμασί πως τοῖς αὐτοῖς διατελοῦσι χρώμεναι· ἀλλ' ὅμως τοσούτων ὄντων κοινῶν, διὰ τὴν ἐν αὐταῖς διαφοράν, μὴ ἐξεῖναί φησιν Ἀριστοτέλης τὴν ἀριθμητικὴν ἀπόδειξιν ἁρμόσαι ἐπὶ τὰ τοῖς μεγέθεσι συμβεβηκότα. Εἰ δὲ ταῦτα ἀληθῆ, πῶς ἔστιν ἁρμόζειν τοῖς ὑπερουσίοις τὰ τῶν ὄντων, τοῖς ὑπὲρ νοῦν τὰ ὑπὸ τὸν νοῦν, τοῖς ὑπερφυέσι τὰ κατὰ φύσιν, τοῖς θείοις τὰ μὴ τοιαῦτα, μηδαμῶς ὑφ' ἓν περιεχομένοις γένος; τοῦτο γὰρ οὐδὲ ἔξεστι πλάττειν, οὐδέ, εἴ τις σκοποίη, πάντα μιγνύναι χρήματα.

---

10 Ms aperte habet ἀμηγέπη, sed in hoc recedit a forma attica scribendi (ἀμηγέπῃ).

---

6 AQUINAS, *Summa contra Gent. I, 8 (2 citat.; Vat. gr. 613 ff. 6v, 7r).*
24 ARISTOTELES, *Analyt. poster. I, 7.*

47. Quapropter etiam Thomas, quo nemo amplius huiusmodi syllogismorum viam perspectam habuit, concedit quidem ipsam adhiberi exercitationis causa; [*fol. 288*r] sed cum illam imbecillem et infirmam minimeque rectam esse arbitretur, suadet non plurimum ipsi confidendum fore, neque putat ex his rationibus scientiam et demonstrationem obtineri. Ait enim in octavo capite libri primi contra Gentiles: « Res quidem sensibiles, ex quibus humana ratio cognitionis principium sumit, aliquale vestigium in se divinae imitationis retinent, ita tamen imperfectum, quod ad declarandam ipsius Dei substantiam omnino insufficiens invenitur ». Rursusque in eodem capitulo: « Utile tamen est ut in huiusmodi rationibus, quantumcumque debilibus, se mens humana exerceat, dummodo desit comprehendendi vel demonstrandi praesumptio ». Eo amplius quod, etsi huiusmodi rationibus locus sit, at nequaquam in omnibus rebus divinis simpliciter et illimitato modo, sed in illis solum, in quibus licet humano etiam intellectui, phantasmatibus utenti, quaedam Deo spectantia adipisci; minime vero in aliis, quae vel angelicam cognitionem praetergrediuntur. Vel quid obstat, his positis, quominus dicamus nihil in divinis supra humanam rationem esse constitutum, ut Latini sibi ipsis cohaerere non possint?

48. Plura adhuc. Geometrica ars et arithmetica in multis sane convenire videntur; utraque enim circa ens et quantum, tanquam genus vel subiectum, versantur, etiamsi non plane proxime. Utraque etiam ex talibus principiis ostenduntur oriri, quae minime validiora sunt, [*fol. 288*v] quam quae per humanam mentem obtineantur; axiomatibus quoque et, ut ita dicam, perceptionibus iisdem uti inveniuntur. Attamen quamvis tot sint in illis communia, tamen, propter differentiam uniuscuiusque propriam, Aristoteles non licere asserit demonstrationem arithmeticam accommodare ad ea, quae magnitudinibus conveniunt. Quae si vera sunt, quo pacto unquam fiet ut naturalia his, quae supra omnem naturam constituta sunt, adaptentur; quae intellectui subiacent, his, quae transcendunt intelligentiam; verbo denique, supernaturalibus caduca, divinis ea, quae divina non sunt? Haec, scilicet, sub uno genere non comprehenduntur. Id enim effingere non licet, neque, si quis considerat, res quaelibet permiscendae sunt.

49. *Πρὸς δε τὸ τρίτον, εἰ καὶ ἐν ἐνίοις ἐστὶ προιέναι τὰς ἀποδείξεις ἀπὸ τῶν ὑστέρων ἐπὶ τὰ πρότερα, ὥσπερ ὁ μὲν Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Περὶ Οὐρανοῦ δέδειχε τὸ τῆς σελήνης σχῆμα ἀπὸ τῶν φωτισμῶν τῶν αὐτῆς· καὶ μὴν καὶ μαθηματικοί ἐστιν οὗ τῇ τοιαύτῃ δείξει ἐχρήσαντο, ἀκολουθοῦντες Ἀριστοτέλει, λέγοντι κωλύειν μηδὲν τῶν ἀντικατηγορουμένων γνωριμώτερον εἶναι ἐνίοτε τὸ μὴ αἴτιον· ὥστε εἶναι διὰ τούτου προσέρχεσθαι τὴν ἀπόδειξιν, θαυμάζειν οὐ χρή, ἐν ἔθει γὰρ τοῖς περὶ τὴν ἀπόδειξιν ἔχουσιν ὁ τοιοῦτος συλλογισμός, καὶ τὸ μέσον αὐτοῦ «τεκμήριον» ἐν τοῖς προτέροις Ἀναλυτικοῖς αὐτὸς ὠνόμασεν, ὥσπερ ἐν τοῖς ὑστέροις, οὐ τοῦ «διότι» ἀλλὰ τοῦ «ὅτι» συλλογισμοῦ. Ἀλλ' ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις οὐδεμιᾷ μηχανῇ τῷ τρόπῳ τούτῳ χρηστέον ἐστίν, ὑπόκειται γὰρ κἀκεῖ οἰκεῖα καὶ*
fol. 289r | *συγγενῆ καὶ συνώνυμα ταῖς ἀρχαῖς εἶναι τὰ ἐξ ἀρχῶν δεικνύμενα, καὶ ἐπὶ τῶν ἀντιστρεφόντων δὲ τὸ τοιοῦτον συμβαίνειν, ὅπερ οὐκ ἂν γένοιτο ἐπὶ Θεοῦ καὶ τῶν ὄντων.*

50. *Ὅτι δὲ ὁ διαλεκτικὸς συλλογισμός, ὅπερ ἐστὶ τὸ τέταρτον, περὶ μόνα τὰ πιθανὰ καὶ ἀμφιρρεπῆ καὶ ἐνδεχόμενα καὶ ἄλλως ἔχειν ἐστί, καὶ τοῦτο δὲ οὐ πάνυ τοι πρὸς ἀλήθειαν· ἀμφισβητοῦμεν γὰρ πρὸς ἀλλήλους ἄνθρωποι οὐ περὶ τὰ ἐνδεχόμενα μόνον καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντα, ἀλλ' ἤδη καὶ περὶ τὰ ἀναγκαῖα αὐτά. Καὶ δῆλον ἐκ τῶν περὶ πίστεως λόγων περὶ ὧν ἡ παροῦσα πρόθεσις· ὁ δὲ πόλεμος οὗτος περιρρέων πολὺς ἀναγκαίαν ἀνθρώποις τὴν ἐκ τῶν συλλογισμῶν ἐποίησε συμμαχίαν, οἷς ἐκεῖνα προσεῖναι δεῖ, τό τε δοκοῦντα λαμβάνειν πρὸς οὓς ὁ πόλεμος καὶ τὸ σῴζειν ὑγιᾶ τὴν τοῦ συλλογισμοῦ θέσιν. Ἂν μὲν οὖν καὶ τὰ ἠρωτημένα μὴ δοκοῦντα μόνον τοῖς προσδιαλεγομένοις ᾖ, ἀλλὰ καὶ ἀναγκαῖα καὶ πρῶτα καὶ ἄμεσα καὶ οἰκεῖα τῷ δεικνυμένῳ, εὖ καὶ καλῶς· ἂν δὲ δοκοῦντα μὲν καὶ ἀληθῆ, μὴ τοιαῦτα δέ, καὶ οὕτως οὐδὲν διαφέρει τοῖς προσδιαλεγομένοις, ἐξαρκεῖ γὰρ τυχεῖν περὶ ὧν ἡ πρόθεσις ἐξαρχῆς· ὥστε ἐστὶ περὶ Θεοῦ διαλέγεσθαι, καὶ μὴν καὶ συλλογίζεσθαι, εἰ καὶ μὴ ἀποδεικτικῶς, ἕως ἂν τοῖς ἐναντίοις τὰ εἰλημμένα δοκῇ.*

---

17 πάννυτοι Ms et alias similiter.

---

3 Aristoteles, *De Caelo II, 11.*

49. Quoad tertium vero, in quibusdam videmus profecto demonstrationem a posterioribus ad priora procedere, sicut Aristoteles in libris de Caelo figuram lunae ex eius illuminatis partibus demonstravit; imo etiam mathematici quidam sunt, qui eandem demonstrationem adhibuerunt, Aristotelis vestigia prementes, qui nihilo prohiberi aiebat quominus aliquando in illis rebus, quae ad invicem praedicantur, id, quod causa non est, notius fiat. Itaque ex hoc progredi demonstrationem posse, non est mirandum; huiusmodi enim syllogismus usu venit iis, qui ad demonstrandum accinguntur. Ipsius autem medium terminum ipse [Aristoteles], tam in prioribus Analyticorum quam in posterioribus libris «tekmérion»[1] appellavit, non syllogismi «dióti», sed illius, qui «óti» nominatur. Verum enim vero cum agitur de Deo, nulla unquam ratione hac figura uti debemus; in aliis enim ea, quae ex principiis demonstrantur, [*fol. 289*ʳ] propria eiusdemque generis et univoca principiis esse supponuntur, necnon et idem accidere etiam terminis transmutatis; quod quidem circa Deum et naturae res minime fieri diceretur.

50. Quod vero dialecticus syllogismus (ut ad quartum [obiectionis punctum] transeamus), solummodo in verisimilibus et ambiguis et contingentibus locum habeat, ne hoc quidem omni ex parte veritati conformatur. Mutuo enim homines non de his tantummodo, quae sunt probabilia vel quae diversis modis accipi possunt, disceptamus, sed de ipsis etiam, quae necessaria sunt. Cuius rei argumentum habetur circa quaestiones fidei, de quibus nunc agimus; haec autem disceptatio, cum longe lateque grassetur, syllogismorum auxilium necessarium hominibus fecit, quibus oportet et quae probanda videntur, contra quos bellum est, adsumere, et incolumen salvare syllogismorum thesim. Si igitur id, quod quaeritur, non probabile solum apparet disceptantibus, sed et necessarium et primum et immediatum propriumque rei demonstratae, tanto melius; si vero illud probabile quidem censetur, etiamsi reliquas qualitates non habeat, dummodo veritate fulciatur, nihil disputantes refert: sufficit namque illud, quod ab initio propositum sibi erat, obtigisse. Itaque fas est de Deo quoque etiam syllogistice, quamvis non demonstrativo modo, disputare, dummodo adversariis ea, quae adsumuntur, ut probabilia probentur.

---

[1] Ad plenam intelligentiam horum terminorum ARISTOTELIS consuli potest editio critica ab Academia Berolinensi quinque voluminibus disposita, an. 1831-1870, cum supplemento trium voluminum, an. 1885-1903. Locupletissimum Indicem H. BONITZ exaravit. – Secundum interpretationem ipsius ARISTOTELIS

51. Ἀλλ᾽ οὐδὲ ὥσπερ ἐπὶ τῶν μοναδικῶν, ἡλίου δηλαδὴ καὶ σελήνης καί
fol. 289v τινων τοιούτων, καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀπό|δειξιν ἐνδέχεται προχωρεῖν. Τὸ γὰρ μοναδικὸν οὐ τῶν μοναχῶς λεγομένων ἐστίν· εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα τὸ θεῖον τοιοῦτον, ἀλλ᾽ οὐ τὸν ὅμοιον τρόπον ἐκείνῳ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀπονενέμηται τὸ μοναδικόν· ἕκαστον μὲν γὰρ τῶν μοναδικῶν τόδε τί ἐστι καὶ ὑποκείμενον, ὁ δὲ Θεὸς οὐκ ἔστι τόδε τι καὶ ὑποκείμενον. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Διονύσιος ἐν τοῖς περὶ τοῦ Ἑνός· « Οὐκ ἔστι τὸ πάντων αἴτιον ἓν τῶν πολλῶν ἕν, καὶ ἕκαστον τούτων ἓν μέν ἐστιν, ἄπειρα δὲ οὐκ ἔστι· ὁ δὲ Θεὸς οὐχ ἧττον πάντα ἐστὶν ἢ ἕν, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ αὐτὸ τὸ ἓν καὶ ὑπὲρ τὰ πολλὰ ὑπερανίδρυται ».

52. Καὶ ὁ μὲν ἥλιος ἤ τι τῶν μοναδικῶν εἰ καὶ μὴ προσεχῶς ὑπό τι εἶδος ἰδικώτατον τελεῖ, τῷ μὴ καὶ ἄλλους ἡλίους ἢ οὐρανοὺς εἶναι, ἀλλ᾽ οὖν ὑπὸ κοινότερόν τι ἀνάγεται τὸ καθόλου σῶμα, ἢ σφαιρικὸν σῶμα ἢ φωτίζον ἢ ὁμαλῶς κινούμενον· ἕκαστον γὰρ τούτων κοινότερόν ἐστι τοῦ ἡλίου, καὶ δείκνυμεν τὰ καθ᾽ αὑτὸ συμβεβηκότα ἑκάστῳ τούτων, ἢ ὡς σφαιρικῷ σώματι αὐτῷ ὑπάρχοντα, ἢ ὡς φωτίζοντι, ἢ ὡς ὁμαλῶς κινουμένῳ, καὶ ἕκαστον ἀεὶ κατά τι κοινόν. Τοῦ δέ γε Θεοῦ ἢ προσεχῶς ἢ πόρρω ὑπεραῖρον τι νοῆσαι κοινότερον, μὴ λίαν ᾖ πλημμελές;

53. Καὶ ἐπὶ τούτων οὐχ ὡς τοῦδε μὲν τοῦ ἡλίου, τοῦδε δὲ οὐρανοῦ τὰς ἀποδείξεις ποιούμεθα, ἀλλ᾽ ἁπλῶς ὡς καθόλου ἡλίου καὶ οὐρανοῦ, τῷ τοὺς
fol. 290r περὶ αὐτῶν λόγους πᾶσιν ἁρμόζειν, | εἰ καὶ ἄπειροι ἦσαν ἥλιοί τε καὶ οὐρανοί· τοῦ δέ γε Θεοῦ αὐτοῦ, οὐκ ἀσφαλὲς καθόλου τινὰ Θεὸν φαντασθῆναι, ἐφ᾽ οὗ τὰς ἀποδείξεις ποιησόμεθα. Καὶ τὰ μὲν ὑπάρχοντα τῷ Θεῷ, μόνῳ αὐτῷ ὑπάρχει· τὰ δέ γε ἑκάστῳ τῶν μοναδικῶν προσόντα, οὐ μόνῳ ἐκείνῳ ἐστίν, εἰ καὶ μοναδικόν ἐστι. Τοῦ γὰρ τὸν ἰσημερινὸν κύκλον δίχα

---

7 Ps.-Dionysius, *De div. Nomin. XIII, § 2 et 3 (prima solummodo verba ad litteram, cetera ad sensum): MG 3, 977 C-981 B.*

51. Sed non licet pari modo demonstrationem ad Deum extendere, quemadmodum ad ea, quae singularia sunt, [*fol. 289*v] sol, videlicet, et luna et huiusmodi alia. Nam quod singulare est non ad illa pertinet, quae uno tantum modo dici queunt; nam etsi maximopere tale sit quod est divinum, at non eodem modo ipsi aliisque rebus singulare esse tribuitur: nempe unaquaeque singularium rerum est aliquid et subiectum, Deus autem aliquid et subiectum non dicitur. Ait enim divus Dionysius in his, quae de Uno scribit: « Unum illud, quod est omnium causa, unum quid ex pluribus non est; et horum quodlibet, unum est quidem, infinita autem non est; Deus vero non minus omnia est, quam est unum, vel potius dicam, supra boc unum et supra multa quaevis supercollocatur ».

52. Revera sol vel aliud e singularibus, etsi non proxime sub aliqua specie peculiarissima constituantur, eo quod alii soles aliique caeli non sint, tamen subiacent profecto alii communiori universaliorique corpori, sive sphaericum illud dicas, sive illuminans, sive aequabiliter motum, quae omnia sunt sole communiora. Demonstramus enim ea, quae sunt per se, unicuique ex illis inesse, vel tanquam sphaerico corpori, vel illuminanti, vel aequabiliter moto; et quaevis res semper secundum aliquid communis est. At vero cogitare quidquam proxime vel procul esse Deo communius superiusque, nonne improbum nimis videretur?

53. Praeter quam quod non ita demonstrationes instituimus, ut si de hoc quidem sole vel de caelo hoc sermo esset, sed simpliciter, universali modo, de sole et de caelo, siquidem quod de illis dicitur, omnibus aptatur, [*fol. 290*r] etiamsi infiniti soles caelique numerarentur. Verumtamen de ipso Deo agentes, securum plane non esset quendam Deum phantasia effingere, super quem demonstrationes strueremus. Insuper quae Deo insunt, soli Deo insunt; quae autem unicuique e singularibus conveniunt, non solummodo illi, quantumvis singulare sit. Exemplo mentem nostram aperiemus: circulum aequinoctialem Zodiacum secare medium inde provenit, quod in sphaera maximae magnitudinis circuli se ipsos in duas partes medios

---

'tekmérion ' idem valet ac ' indicium ', id est, quod facit τὸ scire; tale vero maxime est *terminus medius* (*Analyt. priorum* lib. II, c. 29). – Iuxta S. THOMAM demonstratio *propter quid* seu ' dióti ' est illa, in qua manifestatur causa cur praedicatum insit subiecto in conclusione; demonstratio vero *quia* seu ' óti ' dicitur illa, in qua concluditur aliquid inesse subiecto, non tamen assignatur causa cur ita fiat (Opusc. *Summa totius logicae*, tract. VIII, c. 11).

τὸν ζωδιακὸν τέμνειν, αἴτιον τὸ τοὺς μεγίστους ἐν σφαίρᾳ κύκλους ἀλλήλους διχῇ διαιρεῖν. Οὗτος δὴ ὁ λόγος ἵδρυται μὲν ἐν τῷ θείῳ νῷ δημιουργικῶς, ἑνιαίως, ἐξῃρημένως· ἡμεῖς δὲ αὐτοῦ μετασχόντες μεριστῶς καὶ διεξοδικῶς καὶ γνωστικῶς μόνον καί, οἷον εἰπεῖν, εἰκονικῶς. Ὅταν τοῦτον διεγείραντες δι' αὐτοῦ θεωρῶμεν τὸ τῷ οὐρανῷ ὑπάρχον, ἐξ αἰτίου φαμὲν τὴν εἴδησιν λαμβάνειν, τῷ τὴν εἰκόνα τοῦ ἀληθοῦς εἰδέναι αἰτίου. Πάντα δὲ οὐκ ἄν ποτε συμβαίη ἐπὶ Θεοῦ· ὥστε οὐδὲ τὸν τρόπον τοῦτον ἀποδεικτικὰ ἂν εἴη τὰ περὶ Θεοῦ.

54. Ἀλλὰ μὴν πρὸς τὸ ἕκτον, ὅτι οὐ τὴν οὐσίαν αὐτὴν ἀποδεικτὴν ἢ γνωστὴν εἶναί φασιν, ἀλλὰ τὰ περὶ αὐτὴν δηλαδή, ἐκεῖνο καὶ δὴ λεκτέον ἐστίν, ὡς οὐκ ἰδιάζον τοῦτο ἐπὶ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι κοινότατον· οὐδεμία γὰρ οὐσία ἀποδεικτή, ἀλλ' αἱ ἀποδείξεις τῶν καθ' αὑτὸ ταῖς οὐσίαις προσόντων εἰσίν. Ἧς δ' οὐσίας οὐκ ἐφαπτόμεθα, οὐδὲ ἴσμεν αὐτήν, οὐδὲ τὰ καθ' αὑτὸ προσόντα αὐτῇ ἐπιστημονικῶς εἰδέναι δυνάμεθα· ὧν γὰρ
fol. 290v | οὐσιῶν ἐστιν ἐφάπτεσθαι ἢ κατ' αἴσθησιν, ὡς τῶν μοναδικῶν τε καὶ καθ' ἕκαστα αἰσθητῶν, ἢ δόξῃ καὶ διανοίᾳ, ὡς τῶν καθόλου καὶ μαθηματικῶν, τούτων δι' ἀποδείξεως ἁλωτὰ πάντως ἂν εἴη τὰ καθ' αὑτὸ συμβεβηκότα. Ὁ γὰρ τῆς ὑποκειμένης οὐσίας ὁρισμὸς ἀρχὴ τῆς ἀποδείξεως γίνεται· ὃ δὲ τὸν ὅρον διαπέφευγε πάντῃ καὶ οὗ τὴν ἐπαφὴν οὐδὲ ἐννοῆσαι θέμις, πῶς δι' ἀποδείξεως εἰσόμεθα τὰ περὶ αὐτό; Ἃ γὰρ ταῖς ἄλλαις οὐσίαις τὰ καθ' αὑτό, ταῦτα τῷ γε ὑπερουσίῳ τὰ περὶ αὐτὸν λεγόμενα· ὥστε εἰκότως ὁ θεῖος Διονύσιος ἔλεγεν ἄγνωστον εἶναι τὸ θεῖον καὶ ᾗ μονάς ἐστι καὶ ᾗ τριάς, καὶ μηδενὸς μήτε ἑνὸς αὐτοῦ μήτε τριῶν δυνατὸν εἶναι καὶ τὸν διαβατικώτατον νοῦν ἐφάπτεσθαι. Εἰ δὲ καὶ ἃ περὶ τὸν Θεόν φαμεν οὐδὲ τούτων ἐστὶν ἐφάπτεσθαι, ἀλλὰ καὶ λεγόμενα ἀπερινόητα μένει καὶ ἀπερίληπτα, πῶς ἂν εἴη ἀποδεικτά, μὴ ὄντα γε ἐπιστητά; ἢ πῶς ἐπιστητά, μὴ ἔχοντα ἐπαφήν; Οὐκοῦν ἐν βελτίονι ἢ κατὰ ἀποδεικτικοῦ μοῖραν τακτέον καὶ τὸν Θεὸν καὶ τὰ περὶ αὐτὸν ἅπαντα.

---

22 Ps.-Dionysius, *in multis bene locis; cf. v. gr. De div. Nomin. XIII, § 3 (versus finem): MG 3, 981 AB.*

ad invicem scindunt. Iam vero, ratio quidem haec in mente divina creative, simpliciter, absolute insidet; nos autem eiusdem compotes partialiter efficimur, per discursus multos, auxilio ratiocinii, et, paene dicam, velut in imagine. Cum [rationem] illam excitamus, et per eam inspicimus quae caelo subsunt, scientiam ex causa sumpsisse dicimus, qui solummodo imaginem verae causae assequuti sumus. At cum nullo unquam modo Deo convenire haec dici possint, ergo nec etiam hac ratione res divinae demonstrationem patientur.

54. Verumtamen iam ad sextum [punctum] accedamus, quod non essentiam ipsam demonstrabilem vel cognoscibilem esse asserit, sed illud scilicet, quod ipsam circumstat. Contra quod illud est dicendum, non id peculiariter Deum afficere, sed etiam omnibus aliis rebus communissimum haberi. Nulla enim essentia demonstrationem admittit, sed circa illa, quae per se essentiis insunt, demonstrationes versantur. Essentiam autem ipsam non attingimus neque illam novimus, cum etiam illa, quae ei per se conveniunt, scientiae certitudine cognoscere nequeamus. Etenim quas [*fol. 290*[v]] essentias attingere licet, sive per sensus, ut singulares res et sensibiles quoad omnia, sive per iudicium et mentem, ut universalia et mathematica theoremata, harum profecto solum accidentia ipsis propria, non autem ipsas, demonstrationis medio capere possumus. Nam illud, quod propositae essentiae definitio est, principium fit demonstrationis; quod autem definitionem omnino refugit, ita ut ne superficiem quidem eius perspicere liceat, qui fieri possit ut ope demonstrationis quoad proprietates cognoscatur? Age vero, quod aliis essentiis valent ea, quae sunt per se, hoc ipsum respectu superessentialis essentiae sunt ea, quae circa ipsam proferuntur; ita ut iure merito divus Dionysius dixerit non esse Deum cognoscibilem quatenus Unus Trinusve est, et nullius mentem, etiam eius, qui maxime introspicere valeat, Unitatis eius vel Trinitatis conceptum proprium assequi posse. Quodsi divinas has res, de quibus nunc loquimur, attingendi impares proprie sumus, et huiusmodi pronuntiata inintelligibilia nobis atque incomprehensibilia manent, quomodo demonstranda forent quae ne sub scientiam quidem cadunt, aut quonam pacto cognoscibilia eadem redderentur, cum attrectabilem superficiem non praebeant? Igitur in potiori ordine Deus cum omnibus ad eum spectantibus collocandus est, quam quod demonstrationis fato subiciatur.

55. *Εἰ δὲ καί τινες τῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας περὶ Θεοῦ τοὺς λόγους ποιούμενοι συλλογισμοῖς ἐχρήσαντο καὶ ἀποδείξεις δὲ προσεῖπον αὐτούς, θαυμάζειν οὐ χρή· δεῖ γὰρ οὐ τοῦτο σκοπεῖν μόνον, ἀλλὰ πότε, καὶ πρὸς* fol. 291r *τίνας λέγοντες, καὶ τίνα περὶ τούτων ἔχουσι γνώμην. Οὐ γὰρ ἄνευ | τοῦ στενάζειν αὐτοῖς ἐχρήσαντο· οὐδ' ἀεί, ἀλλ' ἐν τῷ τοῦ πολέμου καιρῷ, καὶ πρὸς τοὺς αἱρετικοὺς ἱστάμενοι μέγα τι τοὺς συλλογισμοὺς οἰομένους καὶ τοὺς λόγους αὐτῶν οἰκονομοῦντες ἐν κρίσει.*

56. *Δῆλον δέ· τοῖς γὰρ οἰκείοις διαλεγόμενοι, ἁλιευτικῶς καὶ οὐ ἀριστοτελικῶς ποιεῖσθαι τὰς συνουσίας ἐπαγγέλλοντας, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Εἰρηνικῶν Γρηγόριος ὁ Θεολόγος φησί, καὶ μὴν καὶ τὸν θεῖον Ἀθανάσιον ἐγκωμιάζων αὐτός, δῆλός ἐστιν ἀποκλαιόμενος τὰ τοιαῦτα, καὶ φλυαρίαν καλῶν τὸν ἐκ τῶν συλλογισμῶν θόρυβον ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις· καὶ τὸν χρόνον τῆς ἐκείνων παρουσίας ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ καταστροφῆς οἶδε καιρόν, ὥσπερ δὴ καὶ ἀκμὴν εὐσεβείας καὶ ἀνάβασιν πίστεως καὶ ἡμέραν εὐδαιμονίας τὸ μηδ' ἡντινοῦν αὐτοὺς ἔχειν πάροδον ἐν ταῖς θείαις αὐλαῖς· καὶ μὴν καὶ τῶν αἱρετικῶν βίαν αἰτίαν αὐτῶν νομίζει, καὶ τὸν Ἱερεμίαν δὲ δῆλός ἐστι ποθῶν ὡς ἂν ὁμοῦ γεγονότες ξυναυλίαν ἀνακλαύσωνται τὴν κατασχοῦσαν τὰς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ συμφοράν.*

57. *Φησὶ γάρ· « Ἦν ὅτε ἤκμαζε τὰ ἡμέτερα καὶ καλῶς εἶχεν, ἡνίκα τὸ μὲν περιττὸν τοῦτο καὶ κατεγλωττισμένον τῆς θεολογίας καὶ ἔντεχνον οὐδὲ πάροδον εἶχεν εἰς τὰς θείας αὐλάς, ἀλλὰ ταὐτὸν ἦν ψήφοις τε παίζειν τὴν ὄψιν κλεπτούσαις τῷ τεύχει τῆς μεταθέσεως ἢ κατορχεῖσθαι τῶν θεατῶν* fol. 291v *παντοίοις καὶ ἀνδρογύνοις λυγίσμασι, καὶ περὶ Θεοῦ | λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον καὶ περίεργον, τὸ δὲ ἁπλοῦν τε καὶ εὐγενὲς τοῦ λόγου εὐσέβεια ἐνομίζετο. Ἀφ' [οὗ] δὲ [Σέξτοι] καὶ Πύρρωνες καὶ ἡ ἀντίθετος γλῶσσα ὥσπερ τι νόσημα δεινὸν καὶ κακόηθες ταῖς Ἐκκλησίαις ἡμῶν εἰσεφθάρη, καὶ ἡ φλυαρία παίδευσις ἔδοξε, καὶ ὅ φησι περὶ Ἀθηναίων ἡ βίβλος τῶν Πράξεων, εἰς οὐδὲν ἄλλο εὐκαιροῦμεν ἢ λέγειν τι καὶ ἀκούειν καινότερον. Ὢ τίς Ἱερεμίας ὀδύρεται τὴν ἡμετέραν σύγχυσιν καὶ σκοτόμαιναν, ὁ μόνος εἰδὼς ἐξισοῦν θρήνους πάθεσιν! »*

---

25 ἀφοῦ Ms. || in Ms *Σέξστοι*, sicut aliquando in inscriptionibus non atticis invenitur.

---

9 Nazianzenus, *Orat. XXIII (III De pace — non II —), 12: MG 35, 1164 C.*
19 Nazianzenus, *Orat. XXI, In laudem Athanasii, 12: MG 35, 1093 C-1096 A (cum allus. ad* Act. *XVII, 21).*

55. Quod autem quidam Ecclesiae Doctores ad agendum de Deo syllogismos adhibuerint, eosdemque demonstrationes appellarint, mirandum non est; oportet enim non perspicere solummodo rem, sed etiam attendere quandonam vel contra quos ipsi scripserint, vel quam de his rebus notionem haberent. Non enim sine [*fol. 291r*] gemitibus syllogismis utebantur; nec etiam semper, sed tempore pugnarum, cum adversus haereticos parati esse debebant, qui plurimum syllogismos magnificabant, ipsorumque [Patrum] rationes trutinae iudicii submittebant.

56. Patet autem exinde: nam cum sermonem ad proprios convertebant, piscatorum modo, non aristotelico, se colloquia instituere annuntiabant, quemadmodum in secunda ex orationibus de pace Gregorius Theologus affirmat; imo ipse, divum Athanasium encomiis prosequens, haec omnia manifeste deplorare videtur, cum in sermonibus de Deo syllogismorum turbam nugacitatem appellat; tempus autem apparitionis ipsorum in Ecclesia Dei pro eversionis aevo reputat, sicut e contrario fore sperat felicissimum diem ad culmen pietatis, fideique exaltationem, quando illis vel quilibet aditus ad divinas aulas denegetur. Haereticorum violentiam causam ipsorum esse arbitratur, atque Ieremiam videtur desiderare, ut una cum ipso concorditer Ecclesiae calamitatem irruentem lamentetur.

57. Sic igitur dicit: « Fuit quondam tempus cum res nostrae florerent, ac praeclare se haberent, cum nimirum superflua haec et verborum lepore atque arte fucata tractandae theologiae ratio, ad divinas aulas ne aditum quidem habebant; verum idem erat calculis ludere, inversionis celeritate oculorum obtutum fallentibus, aut omnigenis et lascivis corporis flexibus spectatores ludificari, quod novi quidpiam [*fol. 291v*] aut curiosi de Deo vel dicere vel audire; simplex contra ingenuusque sermo atque doctrina, pietas existimabatur. Verum postquam Sexti et Pyrrhones et contradicendi libidine incitata lingua, velut gravis quidam aut malignus morbus in Ecclesias nostras, magno nostro malo, irrepserunt; et nugacitas doctrinae eruditionis opinionem tulit, et, quod Actuum liber de Atheniensibus narrat, ad nihil aliud vacamus quam ut novi aliquid dicamus vel audiamus. Oh! quis Ieremias confusionem nostram caliginemque deplorabit! ipse enim solus lamentationibus calamitates exaequare novit ».

58. *Εἰ δὲ τῶν τῆς Ἐκκλησίας πραγμάτων εὖ καὶ καλῶς ἐχόντων καὶ τῆς
πίστεως ἀκμαζούσης, εὐσέβεια νομίζεται τὸ ἁπλοῦν τοῦ λόγου καὶ εὐγενές,
οὐκ οἶδα τί ἄν τις προσείποι τὸ κατεγλωττισμένον τοῦτο τῆς θεολογίας
καὶ ἔντεχνον· εἰ δὲ καὶ πρόσφατον τοῦτο καὶ ταῖς αἱρέσεσι σύνδρομον,
οὐκ ἄρα παρὰ τῶν Πατέρων τῆς εὐσεβείας ἐξαρχῆς συγκατεβλήθη τῷ λόγῳ
τῆς πίστεως; Καὶ μὴν καὶ τῇ φλυαρίᾳ τί ἄν τις εἰς δέον χρήσαιτο; Τίς δ'
ὑγιαίνων τὸν νοῦν οὐκ ἂν αὐτῆς καταγνοίη, δι' ἧς εἰσεφθάρη μὲν τῇ τῶν
χριστιανῶν πολιτείᾳ τὸ τῶν Ἀθηναίων νόσημα, τὸ δὲ τῆς Ἐκκλησίας κάλ-
λος εἰς ὀρχήστρας καὶ σκηνῆς μετέβαλεν αἶσχος;*

59. *Ἔτι καὶ ἐν τῷ λόγῳ τῷ περὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος διαρρήδην αὐτὸ
τοῦτο δείκνυσιν ὁ αὐτός, ὡς ἡ τῶν αἱρετικῶν ἀνάγκη, τὴν πίστιν διασυ-*
fol. 292r *ρόντων, τοὺς συλλογισμοὺς | ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν εἰσήγαγε. Φησὶ γὰρ πρὸς
αὐτούς· «Εἰ δὲ εἷς Θεός, μία φύσις ἡ ἀνωτάτω, πόθεν παραστήσω σοι
τὴν ὁμοίωσιν; Ἢ ζητεῖς πάλιν ἐκ τῶν κάτω καὶ περί σε; Λίαν μὲν αἰσχρόν,
καὶ οὐκ αἰσχρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ μάταιον ἐπιεικῶς ἐκ τῶν κάτω τὴν εἰκα-
σίαν τῶν ἄνω λαμβάνειν, καὶ τῶν ἀκινήτων ἐκ τῆς ῥευστῆς φύσεως, καί,
ὅ φησιν Ἡσαΐας, ‘ζητεῖσθαι τὰ ζῶντα ἐν τοῖς νεκροῖς’. Ὅμως δὲ πει-
ράσομαι, σὴν χάριν, δοῦναί τινα τῷ λόγῳ βοήθειαν».*

60. *Οὐκ ἄρα ἐν τοῖς πρὸς ἡμᾶς λόγοις δίκαιοι ἂν εἶεν Λατῖνοι τὰ ἐκ τῶν
συλλογισμῶν ἐπισείειν ἡμῖν, μήτε τὰ τοιαῦτα ἀπαιτοῦσι καὶ προκατεγνω-
κόσιν αὐτῶν ὡς αἰσχρῶν καὶ ματαίων καὶ μυρίας ἀπάτης μεστῶν. Ὁ δὲ
μακάριος Χρυσόστομος, ὡς ἐδείξαμεν, εἰς μνήμην [ἰὼν] τοῦ ἀποστολικοῦ πα-
ραγγέλματος «λογισμοὺς καθαιροῦντες καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ
τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ», κατὰ τῶν συλλογισμῶν ἀποστολικὸν τοῦτο χω-
ρίον ἐδέξατο, ὥστε μηδένα ἀπατηθέντα μετὰ τῆς τούτων συμμαχίας ἐπὶ
τὴν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐλθεῖν ἔρευναν. Ἵνα δὲ μή τις νομίσῃ μὴ κατὰ τῶν
συλλογισμῶν ἁπλῶς τὴν ἀπειλὴν εἶναι, ἀλλὰ κατ' ἐκείνων, οἳ τὸ ψεῦδος
συνάγουσιν, οὐδὲ ἀληθεύουσί φησι πιστέον ἐστὶ τοῖς συλλογισμοῖς. Καὶ
μὴν καὶ ὁ Μέγας Βασίλειος δῆλός ἐστιν, ὡς ἐδείξαμεν, ἀσεβείας διώκων αὐ-*
fol. 292v *τούς, ὡς ἀποστεροῦντας χριστιανούς τῶν | τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐλπίδος
μισθῶν.*

22 **ἴων** Ms. 30 **τῶν** repetitur in Ms ob distractionem scribae paginam **finientis**.

13 Nazianzenus, *Orat. XXXI (theol. V), De Spiritu S., 10: MG 36, 144 B (cum citat.* Is. *VIII,* 19). 23 II Cor. *X, 4-5 (cf.* Chrysostomus, *Hom. XXI, in hunc locum S. Pauli, 2: MG 61, 513).*

58. Iam vero, si rebus Ecclesiae praeclare se habentibus, florenteque fide, sermo simplex et ingenuus pietas existimabatur, nescio quomodo quis fucatam illam verborum lepore atque arte tractandae theologiae rationem appellare posset. Quodsi novitatem hoc sapit haeresibusque consonat, nonne pietatis Patrum fuit id ipsum a verbo fidei ab initio expellere? Imo ecquis esset, qui nugacitatibus ad rem necessariam uteretur? Quis econtra sanae mentis non condemnaret illas, per quas in christianorum republica Atheniensium ille morbus irrepsit, quo Ecclesiae decor in turpitudinem orchestrarum scaenarumque permutatus est?

59. Idem etiam in libro de Spiritu Sancto id ipsum explicite ostendit: quomodo, scilicet, haereticorum vi (qui fidem furabantur), syllogismi [*fol. 292ʳ*] in Ecclesiam introducti fuerint. Ait enim contra ipsos: « Cum vero Deus unus atque una suprema natura sit, unde tandem similitudinem tibi repraesentabo? An rursus postulas ex terrenis et humanis eam duci? Valde profecto turpe est, nec turpe modo, sed etiam valde stultum et inane, ex humilibus rebus superarum caelestiumque simulacrum sumere, rerumque certarum atque constantium ex fluxa fragilique natura, quodque Isaias, ait, viventia in mortuis requirere. Et tamen adnitar, quando ita vis, hinc quoque nonnullam orationi nostrae opem afferre ».

60. Itaque non esset iustum Latinos in sermonibus, quibus nos adoriuntur, argumenta ex syllogismis petita adversus nos agitare, qui neque talia unquam quaerimus, et insuper reicimus illa velut dedecora, inutilia onustaque erroribus innumerabilibus. Ut autem ostendimus, beatus Chrysostomus, apostolicum praeceptum recordatus: « Consilia destruentes et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei », locum hunc Apostoli contra syllogismos intellexit. Nemo igitur decipitur, cum, syllogismorum ope instructus, ad rerum ecclesiasticarum investigationem accedit. Ne autem quisquam existimet Doctoris minas non simpliciter contra syllogismos, sed contra illos, qui syllogismis ad falsitatem inducendam utuntur, esse directas; ne rectis quidem syllogismis fidendum esse ait. Quin et a Magno Basilio, ut declaravimus, impietatis arguuntur [syllogismi], utpote [*fol. 292ᵛ*] meritis spei fideique christianos exspolient.

61. Εἰ δὲ οἱ μάλιστα πάντων αὐτοῖς χρησάμενοι ἐν τῇ πρὸς αἱρετικοὺς πάλῃ οὕτω περὶ τούτων ἔχουσι γνώμης, καὶ τὸν καιρὸν δὲ καὶ τὰς ἀνάγκας καὶ τὰς συμφορὰς τὰς ἡμετέρας αἰτίας ἡγοῦνται τῆς παρρησίας τῆς αὐτῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, πῶς ἂν εἴη δίκαιον τὰ σιτία ἃ τοῖς αἰσθένεσιν ηὐτρέπισται, ταῦτα τοῖς ὑγιαίνουσιν ἀπορρίπτειν, καὶ χρῆσθαι μὲν τοῖς τῶν διδασκάλων λόγοις δοκεῖν, χρῆσθαι δὲ αὐτοῖς εἰς τοὐναντίον ἢ ἐκείνοις δοκεῖ; Εἰ δὲ καὶ πιστεύομεν τὸν Χριστὸν ἐν τῷ Παύλῳ λαλεῖν, οὗτος δὲ ἀπεστάλθαι παρὰ τοῦ Κυρίου φησὶν ἐπὶ τὸ εὐαγγέλιον, ὡς ἀνωτέρω παρεστήσαμεν, οὐκ ἐν σοφίᾳ λόγου, μή ποτε ἡ τῶν συλλογισμῶν ἀσθένεια ἀδυναμία γένηται τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ (τοῦτο γὰρ ἡ τοῦ σταυροῦ κένωσις), καὶ τὸ κήρυγμα δὲ τὸ ἀποστολικόν, ὡς αὐτός φησιν, «οὐκ ἐν πειθοῖ σοφίας ἀνθρωπίνης, ἵνα ἡ πίστις ἡμῶν μὴ ᾖ ἐν σοφίᾳ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ», φρίττειν πᾶσα ἀνάγκη καὶ ὑποχωρεῖν καὶ ἀπολογίαν ζητεῖν, τί δή ποτε τοῖς διδασκάλοις, τοιαύτης ἀπειλῆς προκειμένης, πρὸς συλλογισμοὺς ἐπῆλθεν ἰδεῖν.

62. Ὅλως δὲ εἰ μὲν τὸ τῶν ἀποστόλων καὶ τοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλιον εὐαγγέλιον ἑαυτῶν καὶ αὐτοὶ νομίζουσι, τι κοινὸν αὐτοῖς καὶ συλλογισμοῖς; Ὁ γὰρ ἀποστέλλων τοὐναντίον ἅπαν τοῖς ἀποστόλοις παρήγγειλεν. Εἰ δὲ
fol. 293r μετὰ τῶν συλλογισμῶν ἡμῖν ἐπίασιν, οὐκ ἄρα τὸ τοῦ Χριστοῦ | εὐαγγέλιον κομίζοντες ἥκουσιν. Ὥστε οὐ δεῖ θορυβεῖσθαι εἰ, τοῦ κατὰ τὸν συλλογισμὸν χρήματος οὕτως ἐπὶ τῆς θεολογίας ἀπειρημένου, ἔστιν οὗ τοῖς λόγοις τοῖς ἑαυτῶν οἱ πατέρες τῆς εὐσεβείας παρέμιξαν, ἀλλὰ δεῖ καὶ καιροὺς οἰκονομίας σκοπεῖν, καὶ πρὸς οὓς ὁ λόγος, καὶ τὴν διάνοιαν τὴν ἐκείνων. Τοῦτο δὲ τὸ ἔθος πόρρωθεν ἀποστολικόν· ἐν ταῖς τῶν καιρῶν δυσκολίαις μετὰ τῆς προσηκούσης οἰκονομίας ἐπὶ τὰ πράγματα ἀπαντᾶν.

---

11 I Cor. *II, 4-5. — Notare poteris textum S. Pauli sic communius efferri:* «... οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας λόγοις ...», Cabasilam *autem legisse, iuxta nonnullos codices (cfr. edit. crit. Novi Testamenti* A. Merk S. J.*):* «οὐκ ἐν πειθοῖ σοφίας ἀνθρωπίνης». *Quod vero primam illam lectionem non cognoverit, sat clare patet, quia etiam alias cum ad huiusmodi locum alludit (cf. num. 38, et 217, ad pag. 214 et 360), eadem verba, etiam pro solo sensu citando, adhibet. Exceptio tamen una est in num. 6, pag. 190, ubi scribitur textus hoc modo:* «οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις»*; sed, ut patet,* Cabasilas *reliquit verba sicut in* Areopagita *inveniuntur, cuius citationem affert. Inde est quod verbum* «λόγοις», *in citatione num. 3 (pag. 188:* «οὐκ ἐν πειθοῖ σοφίας ἀνθρωπίνης ⌈λόγοις⌉*) non ab illo, sed ab amanuensi introductum esse videatur. Illud itaque e textu* Cabasilae *expungendum censui; ne, illo admisso, aliud verbum* «πειθοῖ», *characteristicum* Cabasilae, *modificare cogerer* (πειθοῖς)*. Vide, sis, de hac re* J. H. Moulton-G. Milligan, *The Vocabulary of the Greek Testament, London 1930, p. 500. Etiam* W. Bauer, *Griechisch-Deutsches Wörterbuch zu den Schriften des Neuen Testaments, Göttingen 1928, p. 1021-1022.*

61. Age vero, si qui prae ceteris eos in haereticis impugnandis usurpant, huiuscemodi de illis opinionem habent, statumque nostrum calamitatibus et periculis plenum ad effrenatam illorum in Ecclesia libertatem referunt; quomodo iustum esset cibaria, quibus debiles nutriuntur, sanis proicere, et simulare doctorum quidem rationibus uti, sed revera illas ad contrarium ac visum est doctoribus adhibere? Quodsi Christum in Paulo loqui credimus, hic autem a Domino se missum esse confitetur ut Evangelium, sicut superius exposuimus, non in sapientia verbi praedicaret, ne syllogismorum infirmitas Christi cruci impotentiam unquam afferret (hoc enim 'evacuatio crucis' significat); ideoque si Apostoli praedicatio, quemadmodum ipse enarrat, « non in persuasibilibus humanae sapientiae verbis [consistebat], ut fides nostra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei »; necesse est prorsus formidare retroque cedere et iustificationem quaerere [huius facti]: qua tandem ratione acciderit ut, tantis propositis minis, ad syllogismos adhuc doctores respexerint.

62. Uno verbo, si Christi et Apostolorum Evangelium ipsorum Evangelium esse et ipsi arbitrantur, quid commune ipsis est cum syllogismis? Etenim qui Apostolos misit, contrarium omnino ipsis praecepit. Si vero nos syllogismorum armis adoriuntur, igitur non Evangelium [*fol. 293*r] Christi portantes adveniunt. Attamen perturbari non oportet si, licet adeo negotium hoc syllogismorum prohibitum sit, ubi de Deitate est quaestio, occasiones intercidunt, quibus illud Patres in operibus suis cum religione admiscent; sed vel opportunitas oeconomiae, vel contra quos orationes suas conficiant, vel etiam ipsorum mens investigari debet. Nam a longo iam tempore apostolica viget consuetudo, iuxta quam in difficultatibus temporum convenienti oeconomia rebus omnibus occurrendum est.

63. Τὸ δὲ καινότατον, ὅτι μὴ μόνον προσήκει τὸν μέλλοντα κρίνειν ὀρθῶς μὴ πρὸς τὰ λεγόμενα ἀφορᾶν, ἀλλὰ μηδὲ εἰς αὐτὰ τὰ πράγματα, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸν τῶν πραγμάτων σκοπόν. Τίς γὰρ Παύλου μᾶλλον ἢ περιτομὴν ἔλυεν ἢ τὰς θυσίας τὰς ἰουδαϊκὰς ἢ τῶν νομικῶν παραγγελμάτων τοὺς διδασκομένους ἀπῆγεν, ὅς γε καὶ Πέτρῳ περὶ τούτων κατὰ πρόσωπον ἀντιστῆναι ἐτόλμησεν; ἀλλ' αὐτὸς οὗτος μετὰ τὴν ἄνωθεν κλῆσιν καὶ τὴν ἀποστολὴν καὶ τὸν Τιμόθεον περιέτεμε, καὶ οὐ προσέχομεν τῷ γενομένῳ· οὐ περιέτεμε δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξυρᾶτο καὶ ἔθυσε, καὶ οὐ δή που τὰ τοιαῦτα εἰς παράδειγμα ἕλκομεν, οὐδὲ τὸν τοῦ Κυρίου Ἀπόστολον ἰουδαῖον τῇ πίστει διαταῦτά φαμεν, ἀλλὰ καὶ τὴν αἰτίαν ζητοῦμεν δι' ἣν τὰ τοιαῦτα καὶ τὸν τῶν πραττομένων σκοπόν. Καὶ οὕτω πάντα ἡμῖν εὔδρομα, καὶ εἴσε-
fol. 293v ται ταῦτα ἀκριβῶς ὁ τὴν ἑρμηνείαν τοῦ μακαρίου μετιὼν Ἰωάννου | ἀναπτύσσοντος τὴν πρὸς Ῥωμαίους Παύλου ἐπιστολὴν ἐν Ὁμιλίᾳ πεντεκαιδεκάτῃ· ἐκεῖ γὰρ ὄψεται τοῦτον, καὶ μέχρι πόσον τὸν κανόνα τοῦ πῶς δεῖ κρίνειν ἐκτείνοντα. Καὶ τὸ βιβλίον δὲ τῶν ἀποστολικῶν Πράξεων πολλῶν γέμει τοιούτων, ἃ νῦν εἰς παράδειγμα φέρειν, πάνυ μακρόν. Οὐκ ἄρα οὐδὲ τοὺς διδασκάλους τῆς Ἐκκλησίας ἢ ἐν αἰτίαις προσήκει ποιεῖσθαι τοῖς ἀποστολικοῖς χρωμένους ἔθεσι, καί τινα οἰκονομοῦντας τοῖς καιροῖς ἐκείνοις γιγνόμενα, οὐδὲ μὴν ταῦτα ἀντὶ νόμου λογίζεσθαι, καὶ λύειν μὲν τὴν ἀποστολικὴν ἀπόφασιν, μὴ εἶναι λέγουσαν τὴν πίστιν ἡμῶν «ἐν σοφίᾳ λόγου, ἀλλ' ἐν δυνάμει Θεοῦ», λύειν δὲ καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ἐπαγγελίαν λέγουσαν πᾶσιν ὡς «ἔσονται διδακτοὶ Θεοῦ».

64. Καὶ τί λέγω τοὺς διδασκάλους τῆς Ἐκκλησίας ὡς μετ' ἀνάγκης ἐπὶ τοὺς συλλογισμοὺς ἀφίκοντο; ἀλλὰ καὶ Θωμᾶς αὐτός, συλλογισμοὺς μᾶλλον πνέων ἢ τὸν ἀέρα, καὶ οὗ τὰς ἀποδείξεις περὶ ὧν νυνὶ σκοπούμεθα μικρὸν ὅσον ἐπισκέπτεσθαι μέλλομεν, καὶ οὗτος, ὡς ἐδείξαμεν, πολλὴν τὴν τῶν συλλογισμῶν κατέγνω ἀσθένειαν ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις. Εἰ δέ τις τὴν αἰτίαν ζητοίη καὶ τί δήποτε τούτοις κέχρηται, αὐτὸς ἂν εἴη δίκαιος τὸν λόγον ὑπέχειν· ἐν γὰρ τῷ δευτέρῳ λεγομένῳ βιβλίῳ, ἐν τῷ περὶ θείας διδασ-
fol. 294r καλίας αὐτοῦ λόγῳ, ἐν κεφαλαίῳ ὀγδόῳ, φησί· «Χρῆται μέντοι | καὶ λόγοις ἀνθρωπίνοις ἡ θεία γραφή, οὐ πρὸς τὸ τὴν πίστιν ἀποδεικνύναι, τοῦτο γὰρ τὸν μισθὸν τῆς πίστεως ἀναιρεῖ, ἀλλὰ πρὸς σαφήνειάν τινων ἐν ταύτῃ τῇ διδασκαλίᾳ παραδιδομένων».

---

8 *cf.* Act. *XVIII, 18; XVI, 3; XXI, 17-26.* 13 Chrysostomus, *Hom. XVI (non XV), 1, in epist. ad Rom., ad illa verba ' Optabam ego ipse anathema esse a Christo': MG 60, 549.* 22 *cf.* Is. *LIV, 13.* 30 Aquinas, *Summa Theol. I, q. I, a. 8 ad 2um (Vat. gr. 609 f. 10v).*

63. Quod autem potissimum est, quia non solummodo debet is, qui ad iudicandum recte accingitur, illa quae dicta sunt prospicere, neque res ipsas solum, sed potius rerum scopum intueatur oportet. Quis enim potiori modo quam Paulus circumcisionem vel iudaica sacrificia solvit, vel a praeceptis legalibus discipulos avocavit, qui etiam Petro in faciem resistere ausus est? Verumtamen idem ipse post vocationem caelitus habitam ad apostolicum munus, Timotheum circumcidit, et factum non miramur; neque circumcidit modo, sed et caput sibi rasit et oblationem obtulit, at nunquam talia in exemplum trahimus, ut inde Apostolum Domini iudaeum esse fide proferamus, verum rationem quaerimus cur illa facta fuerint, gestaeque rei scopum investigamus. Hoc modo cuncta nobis plana fient; huius autem facti accuratam scientiam obtinebit qui ad exegesim beati Ioannis [Chrysostomi] adeat, [*fol. 293*[v]] ubi, in homilia decima quinta, epistulam Pauli ad Romanos interpretatur. Ibi enim ab illo discet quousque regula protendatur, qua res iudicari debet. Ceterum liber Actuum Apostolorum pluribus huiuscemodi rebus scatet, quae nunc in exemplum adducere longum valde esset. Igitur criminis incusari non debent Ecclesiae Doctores cum illis, quae in moribus erant Apostolorum, utuntur; neque ideo quod per oeconomiam facta aliqua adiunctis in illis videantur, eadem profecto contraria esse legibus iudicanda sunt. Neque timendum est per ea apostolicam affirmationem solvi, quae nostram fidem « non in sapientia verbi » positam esse dicit, « sed in virtute Dei »; vel etiam aliam divinam promissionem ruere, eam, scilicet, quae fert « omnes docibiles Dei » fore.

64. At vero quid Ecclesiae Doctores dico, quasi necessario contra syllogismos niterentur? Thomas quoque ipse, qui plus quam aera spirabat syllogismos, et cuius demonstrativas argumentationes de quaestione nunc nobis proposita iam iam perpensuri sumus, ipsemet, inquam, magnam esse (ut vidimus) syllogismorum debilitatem in divinis quaestionibus agnoscit. Quodsi quis rationem inquirit, cur tandem et ipse illis utatur, aequum erit illum ipsum causam subicientem audire. Itaque in sic dicto secundo libro, in quaestione de sacra doctrina, ad caput octavum sic ait: « Utitur tamen [*fol. 294*[r]] sacra doctrina etiam ratione humana: non quidem ad probandum fidem, quia per hoc tolleretur meritum fidei, sed ad manifestandum aliqua alia, quae traduntur in hac doctrina ».

65. *Καὶ ἐν τῷ Κατὰ Ἑλλήνων πρώτῳ βιβλίῳ, ἐν κεφαλαίῳ ἐνάτῳ*· «Ὁ τρόπος, φησίν, ᾧ νικήσομεν τοὺς ἀνθισταμένους, ἐκ τῶν τῆς γραφῆς ἔσται σημείοις θεόθεν βεβαιωθέντων· τοῖς γὰρ ὑπὲρ ἀνθρωπίνην ἀπόδειξιν οὖσιν οὐκ ἄλλως ἢ τοῦ Θεοῦ πάντως ἀποκαλύπτοντος πεπιστεύκαμεν. Εἰσαχθήσονται δὲ παρ' ἡμῶν πρὸς τὴν δήλωσιν ταύτης τῆς ἀληθείας καί τινες πιθανοὶ λόγοι, ὅσον μέντοι πρὸς διατριβὴν τῶν πιστῶν καὶ γυμνάσιον, ἀλλ' οὐ πρὸς νίκην τῶν ἐχθρῶν ἀποβλέποντες, ἐπεὶ τὸ τῶν ἀποδείξεων ἐνδεὲς μᾶλλον ἂν αὐτοὺς εἰς τὸ τῶν αἱρέσεων ἔχεσθαι βεβαιώσει, νομίζοντας ἡμᾶς οὕτως ἀσθενέσι λόγοις πεισθέντας τῇ πίστει προσέχειν».

66. Ἐνταῦθα καὶ δευτέραν αἰτίαν προσέθηκεν. Εἰπὼν γὰρ πρότερον περὶ τῆς γραφῆς ὡς, εἰ καὶ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις χρῆται, ἀλλ' οὐ πρὸς ἀπόδειξιν τῆς πίστεως, ἀλλὰ πρὸς σαφήνειαν, καὶ δευτέραν αὐτὸς ἐπήγαγε, φησὶ γάρ· «Ὅσον πρὸς διατριβὴν τῶν πιστῶν καὶ γυμνάσιον». *Καὶ πάλιν ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ αὐτοῦ βιβλίου*· «Τὰ αἰσθητὰ τῶν πραγμάτων ἐξ ὧν ἀνθρωπίνη ἀπόδειξις ἀρχὴν λαμβάνει ἔχουσί τι ἐν ἑαυτοῖς
fol. 294ᵛ τῆς θείας ὁμοιότητος ἴχνος, οὕτω μέντοι ἀτελές, ὥστε πρὸς τὸ τὴν | τοῦ Θεοῦ οὐσίαν δεικνύναι εὑρίσκεσθαι παντάπασιν ἀδρανῆ». *Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ κεφαλαίῳ*· «Ἔστι μέντοι χρήσιμον ἐν ταῖς τοιαύταις τῶν ἀποδείξεων, ἀσθενέσιν ἀμηγέπη οὔσαις, γυμνάζειν ἑαυτὴν τὴν ἡμετέραν, ἐφόσον ἄπεστιν ἡ τοῦ καταλαμβάνειν ἢ ἀποδεικνύναι τὰ τοιαῦτα δύνασθαι οἴησις».

67. Εἰ δὲ ἡ μὲν ἀπόδειξις τοῦτο προηγουμένως ζητεῖ, ὅπως ἂν γένοιτο πιστὸν τὸ ἀποδεικτόν, ἐνταῦθα δὲ τοὐναντίον ἅπαν εἰς ἀπιστίαν μᾶλλον ἐνάγει, καὶ τοῦ μυστηρίου διαβολὴν καὶ πολλὴν εὐκολίαν κατηγορεῖ τῶν χρωμένων αὐτῇ, πῶς οὐ φευκτέον ἐστὶν ἀπ' αὐτῆς τόν γε περὶ τοιούτων τοὺς λόγους ποιεῖσθαι μέλλοντα;

68. Ὥστε ὦ βέλτιστε Θωμᾶ! ἂν τοὺς σοὺς ἐπιόντες συλλογισμούς, δι' ὧν δεικνύναι σκοπεῖς τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ, ἀδρανεῖς αὐτοὺς καλῶμεν καὶ ἀσθενεῖς, καὶ ουδέ σε, τὸν πατέρα, πείθειν ἱκανοὺς ὄντας, καὶ οὐ μόνον οὐ τὸ προκείμενον δεικνύναι δυναμένους, οὐδὲ πρὸς νίκην τὴν ἀφ' ἡμῶν ἀποβλέποντας, ἀλλὰ καὶ πείθοντας διὰ τὴν φαυλότητα καὶ τὴν ἔνδειαν τῆς ἀληθείας τοὐναντίον μᾶλλον οὗ συνάγουσιν ἀληθὲς νομίζειν, — οὐ χρὴ δυσχεραίνειν οὔτε σε, οὔτε τόν γε ὑπέρ σου τοὺς λόγους ποιούμενον, τὰ

---

19 ἀμηγέπη] vid. num. 47, pag. 224.

---

1 AQUINAS, *Summa contra Gent. I, 9 (Vat. gr. 613 f. 7ʳ-7ᵛ)*. 14 AQUINAS, *Summa contra Gent. I, 8 (2 citat.; Vat. gr. 613 ff. 6ᵛ, 7ʳ)*.

65. In libro autem primo contra Gentiles, in nono capite: « Modus — ait — convincendi adversarium... est ex auctoritate Scripturae divinitus confirmata miraculis: quae enim supra rationem humanam sunt, non credimus nisi Deo revelante. Sunt tamen ad huiusmodi veritatem manifestandam rationes aliquae verisimiles inducendae, ad fidelium quidem exercitium et solatium, non autem ad adversarios convincendos: quia ipsa rationum insufficientia eos magis in suo errore confirmaret, dum aestimarent nos propter tam debiles rationes veritati fidei consentire ».

66. Alteram in hoc loco causam addidit; nam cum primum de Scriptura dixisset illam, etsi humanis rationibus utitur, non id facere ad fidem demonstrandam, sed ad eam manifestandam, aliud ipse subiunxit verbis illis: « ad fidelium quidem exercitium et solatium ». Rursusque ait in capite octavo eiusdem libri: « ... res quidem sensibiles, ex quibus humana ratio cognitionis principium sumit, aliquale vestigium in se divinae imitationis retinent, ita tamen imperfectum, quod ad [*fol. 294v*] declarandam ipsius Dei substantiam omnino insufficiens invenitur ». Et denuo in eodem capitulo: « Utile tamen est, ut in huiusmodi rationibus, quamtumcumque debilibus, se mens humana exerceat, dummodo desit comprehendendi vel demonstrandi praesumptio ».

67. Iam vero, si demonstratio id potissimum quaerit, quomodo nempe credibile fiat quod demonstratur, hic autem contrarium prorsus evenit, nam potius ad diffidentiam ducimur; si nimium faciles in attrectandis mysteriis sese praebere reprehendimus illos, qui demonstratione utuntur, quo pacto fieri poterit ut is, qui de talibus rebus sermones inserere velit, ab ipsa non fugiat?

68. Itaque, o sapiens Thoma! si impugnando syllogismos tuos, quibus Spiritum ex Filio esse demonstrare satagis, imbecilles infirmosque eos appellamus, eosdemque insufficientes esse dicimus ad persuasionem tibi, qui illorum es pater, inducendam, ac non solum impares exsistere propositum demonstrandi, vel quidquam conferendi ad victoriam de nobis reportandam, sed, propter vilitatem egestatemque veritatis, potius illos contrarium persuadere asserimus ac illud, quod eorum conclusio verum reputat; profecto moleste ferre non debes vel ipsum te, vel quempiam alium, qui super te verba faciat, cum plane tua, non nostra proferantur. Et re quidem vera si quis, mentem gerens non segnem, sed industriorem, talia inquisierit, perspectum habebit [*fol. 295r*] Doctores Ecclesiae, ubi ad suos di-

γὰρ σὰ πάντως, οὐ τὰ ἡμέτερα, λέγομεν. Καὶ μὴν εἴ τις οὐκ ἀργὸν τὴν διάνοιαν περιφέρων, ἀλλὰ φιλοπονώτερον, τὰ τοιαῦτα σκοποίη, ὄψεται fol. 295r | τοὺς τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλους πρὸς μὲν τὴν γραφὴν βλέποντας ὅταν πρὸς τοὺς οἰκείους τὰς διαλέξεις ποιῶνται· ἂν δὲ πρὸς τοὺς ἐναντίους ὁ λόγος ᾖ, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τῇ δι' ἀδυνάτου χρωμένους δείξει, δεικνύντας πολλὰς τῶν ὁμολογουμένων ὑποθέσεων ἀναιρουμένας, εἰ τὰ παρὰ τῶν ἐναντίων ὑποκέοιτο· καὶ μὴν καὶ λύειν πειρομένους τοὺς κατὰ τῆς ἀληθείας ἐκείνων συλλογισμούς, δεικνύντας μηδὲν ὑγιὲς αὐτοὺς ὄντας. Τὰς δὲ τοιαύτας μεθόδους οὐ θεολογοῦσι μόνον ἴσμεν χρησίμους καὶ ἀναγκαίας πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας εὕρεσιν, ἀλλὰ δὴ καὶ πρὸς πᾶσαν φιλοσοφίαν καὶ τέχνην, ὡς καὶ ὁ Μέγας φησὶ Βασίλειος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον.

69. Καὶ ὅτι ταῦτα ἀληθῆ, οἱ περὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος λόγοι, ἄν τε τοῦ θείου Γρηγορίου λέγῃς, ἄν τε τοῦ Χρυσοστόμου, τοῖς παρ' ἡμῶν λεγομένοις μαρτυρήσουσιν. Οἷς δὴ καὶ Θωμᾶς ἐν τῷ ἐνάτῳ τοῦ Κατὰ Ἑλλήνων πρώτου βιβλίου συμβαίνων δῆλός ἐστι. Φησὶ γάρ· «Ἐπεὶ δὲ τὰς τοιαύτας ἀποδείξεις οὐκ ἐξαρκεῖν ἡγούμεθα καὶ πρὸς τὴν δευτέραν ἀλήθειαν, οὐ τοῦτο πάντως ἐν τῷ παρόντι σκοπήσομεν ὅπως ἀποδείξεσι τοὺς λέγειν ἐγνωκότας νικήσωμεν, ἀλλ' ὅπως ἃς αὐτοὶ κατὰ τῆς ἀληθείας προφέρουσιν ἀποδείξεις τῇ τῆς πίστεως ἀληθείᾳ λύοιντο παρ' ἡμῶν».

70. Εἰ δὲ καὶ κατηγορικοῖς ἐχρήσαντο συλλογισμοῖς, ἀλλὰ σπανίως καὶ fol. 295v διὰ τὴν βίαν τὴν ἐκείνων, ὡς αὐτοὶ | λέγουσιν. Ἴσως δὲ καὶ πρὸς γυμνασίαν τινὰ καὶ διατριβήν, καὶ δοκοῦντα τοῖς προσδιαλεγομένοις λαμβάνοντες, καὶ πρὸς ἓν τοῦτο μόνον ὁρῶντες ὅπως ἂν αὐτοῖς γένοιτο ἐκ τοῦ κλυδωνίου τινὰς διασῴσασθαι. Οὐ μέντοι τοὺς τοιούτους συλλογισμοὺς ἀποδεικτικοὺς προσείποιμεν ἄν, ἕως ἂν ὦμεν ἡμῶν αὐτῶν, ἀλλὰ διαλεκτικούς· δεῖ γὰρ ἐκείνοις καὶ σφόδρα πολλῶν ἐξ ὧν ὁ ἀποδεικτικὸς συλλογισμὸς χαρακτηρίζοιτ' ἄν.

71. Εἰ δὲ ἀποδειξεις οἱ θεολόγοι τὰ τοιαῦτά φασι, καὶ πολὺ παρ' αὐτοῖς τὸ τῆς ἀποδειξεως ὄνομα, θαυμάζειν οὐ χρή. Διττὸν γὰρ ἡ ἀπόδειξις· καὶ τὸ μὲν ἰδίως, τὸ δέ ἐστι κοινῶς λεγόμενον, καθ' ὃ σημαινόμενον, καὶ λογογράφοι καὶ ῥήτορες καὶ πᾶς τις εἰς ἀγῶνα καθιστάμενος τὸ «ἀποδέδεικ-

---

5 ἐπιτοπλεῖστον Ms.

---

11 Basilius, *I contra Eunomium, 1: MG 29, 500 AB.* 15 Aquinas, *Summa contra Gent. I, 9 (Vat. gr. 613 f. 7r).*

sputationes instituunt, ad Scripturam respicere; ubi vero contra adversarios sermo est, quoniam ut plurimum demonstratione ab absurdo utuntur, ostendere solere multa ex fundamentis approbatis tolli, si, quae adversariis videntur, supponantur: imo horum syllogismos contra veritatem solvere eos adniti, nihil in ipsis sanum esse demonstrando. Quam quidem methodum non theologis solummodo utilem esse novimus, et ad inquisitionem veritatis necessariam, sed ad omnem etiam artem et philosophiam, quemadmodum Magnus Basilius asserit in primo libro contra Eunomium.

69. Quod autem haec veritate nitantur, tractatus de Filio vel de Spiritu Sancto demonstrabunt, qui, sive divum Gregorium, sive Chrysostomum legas, conformes esse nostris rationibus testimonium reddent. Quibus Thomas quoque in capite nono libri primi contra Gentiles consonare videtur; ait enim: « Sed quia tales rationes ad secundam veritatem haberi non possunt, non debet esse ad hoc intentio, ut adversarius rationibus convincatur; sed ut eius rationes, quas contra veritatem habet, solvantur » per veritatem, quae ex fide est.[1]

70. Quodsi categoricos quoque syllogismos [Patres] adhibuerunt, id raro accidit, et, ut ipsi loquuntur, exstimulante illorum [adversariorum] vi; [*fol. 295ᵛ*] fortasse etiam ad quoddam exercitium et solatium, admittentes illud, quod inter disceptantes probabatur, et ad hoc unum respicientes, quomodo, videlicet, per ipsos fieret, ut quisquam e fluctibus eriperetur. Huiusmodi tamen syllogismos nequaquam demonstrativos, sed dialecticos appellabimus, dum nostri compotes erimus; illis namque multa desunt eorum, e quibus demonstrativus syllogismus proprium characterem sibi vindicat.

71. Quod autem ipsi demonstrationis nomine a theologis decorentur, multumque ab eisdem haec demonstrationis appellatio circumferatur, mirandum non est. Etenim duplex habetur demonstratio: alia quidem proprie dicta, alia vero communis; quae quidem acceptio in scriptoribus etiam et oratoribus recurrit, atque in usu est omnium illorum, qui in disputationibus versantur, quippe qui ex-

---

[1] Cabasilas verba haec: τῇ της πίστεως ἀληθείᾳ — 'per veritatem, quae ex fide est' — textui S. Thomae inseruit. (Vid. pag. graecam). Ea nunc extra signum citationis collocavi, utpote quae ad Angelicum non pertineant.

ται» καὶ τὸ «ἀποδείξομέν» φησι. Καὶ τὰς μαρτυρίας δὲ καὶ τὰς διὰ τῶν βασάνων ἀποδείξεις ἀτέχνους Ἀριστοτέλης ἐν τῇ Ῥητορικῇ καλεῖ. Ἀλλ' ἡμῖν γε τοὔνομα ἐπὶ τοῦ ἰδιάζοντος παρείληπται ἀντιδιαστελλομένου πρὸς τ' ἄλλα τὰ τοῦ συλλογισμοῦ εἴδη. Εἰκότως ἄρα τὸ πάντων ἐξῃρημένον καὶ ἀποδείξεως ἐξῃρῆσθαι νομίζομεν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ δέδεικται ὡς οὐδὲ διαλεκτικῷ συλλογισμῷ τὸ ζήτημα περὶ οὗ σκοποῦμεν νυνὶ ὑπάγοιτο ἄν. Εἰ δὲ μήτε ἀποδεικτικῶς, μήτε μὴν διαλεκτικῶς τὰ ἑαυτῶν Λατίνοις συμπε-
fol. 296r ραίνειν ἐστίν, οὐκ ἄρα ἐν τῷ πολέμῳ τῷ πρὸς ἡμᾶς | συλλογισμῶν προσήκει μεμνῆσθαι καὶ ὁπωσοῦν.

72. Ἀλλ' ἃ μὲν ἄν τις εἴποι καθόλου πρὸς τοὺς τῶν Λατίνων συλλογισμούς, εἴρηται· καιρὸς δὲ ἤδη καὶ εἰς χεῖρας ἰέναι συμμίξαντας ἐγγυτέρω καὶ πρὸς ἕκαστον τῶν συλλογισμῶν ἀποδύσασθαι, καὶ δὴ καὶ τὴν ἀνάγκην αὐτῶν κατιδεῖν. Ἦ γάρ, Θεοῦ συμμαχόντος, γένοιτ' ἂν ἡμῖν τινας διασώσασθαι, ἢ τοὺς ἐθέλοντας νοσεῖν ἐλεήσομεν. Πάντως δὲ τὰ ἐκείνων πταίσματα ἐν εὐτυχίας ἡμῖν ἔσται μοίρᾳ, ἐκ τῆς ἀσθενείας τῆς πίστεως τῆς ἐκείνων τὸ ἰσχυρὸν τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας καταμαθοῦσιν. Ἔστι δὲ ὁ πρῶτος αὐτοῖς τῶν συλλογισμῶν, καὶ ᾧ μέγα ἀξιοῦσι φρονεῖν, ὡς οὐδὲ φωνὴν προέσθαι δυνησομένων ἡμῶν, οὗτος.

Λατίνων κεφάλαιον λε'. Συλλογισμὸς πρῶτος

73. «Τοῦτο δὲ καὶ ἐξ ἀναντιρρήτων λόγων δῆλόν ἐστιν. Ἐν γὰρ τοῖς πράγμασιν, ἀφαιρεθείσης ὑλικῆς διακρίσεως, ἥτις ἐν τοῖς θείοις Προσώποις τόπον οὐκ ἔχει, κατὰ μόνην ἀντίθεσιν δυνατόν τινα διακρίνεσθαι. Τὰ γὰρ πρὸς ἄλληλα μηδεμίαν ἀντίθεσιν ἔχοντα, δυνατὸν ἅμα εἶναι ἐν τῷ αὐτῷ, ὅθεν ἀδύνατον ταῦτα διακρίσεως αἴτια εἶναι· εἰ γὰρ καὶ διάφορά ἐστι τὸ

---

2 ARISTOTELES, *cf. Rhetor. I, 2 n. 2.* 20 AQUINAS, *Summa contra Gent. IV, 24 (Vat. gr. 616 f. 220r-220v; vel 613 f. 407r-407v). — Notare oportet hanc et reliquas citationes, quas ex libro IV Summae contra Gentiles desumpsit* CABASILAS, *in versione graeca (eo quod «Prooemium» extra ordinem capitum recensetur) semper una unitate praecedere numerationem capitum textus latini, sic: 25, 26, 27 loco 24, 25, 26.*

pressionibus « demonstratum est » vel « demonstrabitur » utantur. Demonstrationes autem, quae vim necessariam ex testimoniis et probatis argumentis accipiunt, in Rhetoricorum libris Aristoteles simplices appellat. [1] Attamen a nobis hoc nomen in propria significatione sumptum est, ut illud sic a reliquis demonstrationis speciebus distingueremus. Merito igitur quod a rebus omnibus abstrahitur, extra orbitam demonstrationis collocatum quoque esse iudicamus. Nihilominus etiam ostensum est ne dialecticis quidem syllogismis rei, quam in praesentiarum quaerimus, investigationem subiciendam esse. Ergo si neque demonstrativo modo, neque dialectico Latinis fas est conclusionem educere suam, igitur ad impugnandum nos [*fol. 296*r] mentionem syllogismorum quomodocumque facere non deberent.

72. Verumtamen quae in universum dicenda erant contra syllogismos Latinorum, dicta manent. Tempus iam advenisse crediderim inserendi manus et cominus pugnandi, id est, adversus unumquemque e syllogismis accingendos nos esse et vim singulorum perspiciendam. Utinam, auxiliante Deo, fiat ut, et aliqui per nos ad salutem perveniant, et eorum, qui aegrotare volunt, misereamur. Ceterum illorum errores omen nostrae felicitatis erunt, siquidem ex debilitate fidei ipsorum robur nostrae religionis intuebimur. Iam igitur, qui ex syllogismis primus ab ipsis ponitur, et cui plurimum scientiae inesse censent, ita ut neque verbum nos opponere possimus, huiuscemodi est.

Latinorum caput trigesimum quintum
Syllogismus primus

73. « Etiam hoc evidentibus rationibus apparet. In rebus enim, remota materiali distinctione, quae in divinis Personis locum habere non potest, non inveniuntur aliqua distingui nisi per aliquam oppositionem. Quae enim nullam oppositionem habent ad invicem, simul esse possunt in eodem, unde per ea distinctio causari non potest; album enim et triangulare, licet diversa sint, quia tamen non opponuntur, in eodem esse contingit. Oportet autem supponere secundum Fidei Catholicae documenta, quod Spiritus Sanctus a Filio

---

[1] « *Simplices* seu ' non artificiosae ' [demonstrationes] — ait ipse — sunt illae, quae a nobis comparatae non sunt, sed ante erant: ut testes, quaestiones, syngraphae, et quaecumque sunt eiusmodi ».

λευκὸν καὶ τρίγωνον, ἐπεὶ μὴ ἀντίκειται, πολλάκις ἐν τῷ αὐτῷ εἶναι συμβαίνει. Ἀνάγκη δὲ ὑποτίθεσθαι κατὰ τὰ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας δόγματα τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον τοῦ Υἱοῦ δια|[fol. 296v]κρίνεσθαι, ἄλλως γὰρ οὐκ ἂν ἦν τριὰς ἐν τοῖς Προσώποις, ἀλλὰ δυάς. Ἀνάγκη τοίνυν τὴν τοιαύτην διάκρισιν κατά τινα ἀντίθεσιν γίνεσθαι· οὔτε δὲ καταφάσεως καὶ ἀντιφάσεως ἀντιθέσει, οὕτω γὰρ τὰ ὄντα διακρίνεται τῶν μὴ ὄντων· οὔτε στερήσεως καὶ ἕξεως ἀντιθέσει, οὕτω γὰρ τὰ τέλεια τῶν ἀτελῶν διακρίνεται· οὔτε τῇ τῆς ἐναντιότητος ἀντιθέσει, οὕτω γὰρ διακρίνονται τὰ κατ' εἶδος διάφορα, ἡ γὰρ ἐναντιότης, ὡς διδάσκουσιν οἱ φιλόσοφοι, διαφορά ἐστι κατ' εἶδος· ἥτις δὴ διαφορὰ τοῖς θείοις οὐχ ἁρμόζει Προσώποις, ἓν γάρ ἐστιν αὐτῶν τὸ εἶδος ὥσπερ καὶ μία οὐσία, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς πρὸς Φιλιππησίους φησὶν ὁ Ἀπόστολος περὶ τοῦ Υἱοῦ, ὡς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχοντος, δηλαδὴ τοῦ Πατρός. Λείπεται τοίνυν ἀλλήλων τὰ θεῖα Πρόσωπα διακρίνεσθαι τῇ τῶν πρός τι μόνον ἀντιθέσει, οὕτω γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς διακρίνεται κατὰ τὴν ἀντίθεσιν τῆς πρὸς τὸν Πατέρα τοῦ Υἱοῦ ἀναφορᾶς· ἐν δὲ τοῖς θείοις Προσώποις οὐδεμία ἄλλη ἀναφορικὴ ἀντίθεσις εἶναι δύναται, εἰ μὴ μόνον ἡ κατ' αἰτίαν. Τὰ γὰρ ἀναφορικῶς ἀντικείμενα ἢ ἐν ποσῷ εἰσιν, ὡς τὸ διπλάσιον καὶ τὸ ἥμισυ, ἢ ἐν πάθει καὶ ἐνεργείᾳ, ὡς δεσπότης καὶ δοῦλος, κινοῦν καὶ κινούμενον, πατὴρ καὶ υἱός. Πάλιν δὲ τῶν πρός τι τῶν ἐν ποσῷ ὄντων, τὰ μὲν ἐν διαφόροις ποσοῖς θεωροῦνται, ὡς διπλάσιον καὶ | [fol. 297r] ἥμισυ, μεῖζον καὶ ἔλαττον, τὰ δὲ ἐν ἑνί, ὡς τὸ αὐτό, ὃ σημαίνει ἓν τῇ οὐσίᾳ, καὶ ἴσον, ὃ σημαίνει ἓν τῷ ποσῷ, καὶ ὅμοιον, ὃ σημαίνει ἓν τῷ ποιῷ· τὰ θεῖα δὲ Πρόσωπα οὐ δύνανται διακρίνεσθαι ταῖς ἐν διαφόροις ποσοῖς οὔσαις ἀναφοραῖς, οὕτω γὰρ ἀναιρεθήσεται ἡ τῶν τριῶν Προσώπων ἰσότης· ἀλλ' οὐδὲ ταῖς ἐν ἑνὶ οὔσαις ἀναφοραῖς, αὗται γὰρ οὐκ εἰσιν αἴτιαι διακρίσεως, μᾶλλον δὲ πρὸς ἑνότητα ἀφορῶσιν, εἰ καί τινα τούτων πολλάκις διάκρισίν τινα προεπινοεῖν ἀναγκάζουσιν· ἐν δὲ ταῖς ἐν πάθει ἢ ἐνεργείᾳ οὔσαις ἀναφοραῖς ἀεὶ θάτερόν ἐστιν ὑποκείμενον καὶ ἄνισον κατὰ δύναμιν, πλὴν ἐν μόναις ταῖς κατ' αἰτίαν ἀναφοραῖς, ἐν αἷς οὐδεμία ἐλάττωσις ἀναφαίνεται, ἐπεὶ εὑρίσκεταί τι προάγον ὅμοιον ἑαυτῷ καὶ κατὰ τὴν φύσιν καὶ τὴν δύναμιν ἴσον. Λείπεται τοίνυν τὰ θεῖα Πρόσωπα μὴ δύνασθαι διακρίνεσθαι, εἰ μὴ τῇ κατ' αἰτίαν ἀναφορικῇ ἀντιθέσει. Ἀνάγκη τοίνυν εἰ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον τοῦ Υἱοῦ διακρίνεται, ἀπ' αὐτοῦ εἶναι, οὐ γὰρ ἔστι λέγειν ὡς ὁ Υἱός ἐστιν ἐκ τοῦ Πνεύματος, ἐπεὶ μᾶλλον τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον τοῦ Υἱοῦ εἶναι λέγεται καὶ παρὰ τοῦ Υἱοῦ δίδοσθαι».

[*fol. 296*v] distinguatur: aliter enim non esset trinitas, sed dualitas in Personis. Oportet igitur huiusmodi distinctionem per aliquam oppositionem fieri. Non autem oppositione affirmationis et negationis, quia sic distinguuntur entia a non entibus. Neque etiam oppositione privationis et habitus, quia sic distinguuntur perfecta ab imperfectis. Neque etiam oppositione contrarietatis, quia sic distinguuntur quae sunt secundum formam diversa: nam contrarietas, ut philosophi docent, est differentia secundum formam. Quae quidem differentia divinis Personis non convenit, cum earum sit una forma, sicut una essentia: secundum illud Apostoli (Philip. II, 6), de Filio dicentis: ' Qui cum in forma Dei esset ', scilicet, Patris. Relinquitur igitur unam Personam divinam ab alia non distingui nisi oppositione relationis: sic enim Filius a Patre distinguitur secundum oppositionem relativam Patris et Filii. Non enim in divinis Personis alia relativa oppositio esse potest, nisi secundum originem. Nam relative opposita, vel supra quantitatem fundantur, ut duplum et dimidium; vel super actionem et passionem, ut dominus et servus, movens et motum, pater et filius. Rursus, relativorum quae super quantitatem fundantur, quaedam fundantur super diversam quantitatem, ut duplum et [*fol. 297*r] dimidium, maius et minus; quaedam super ipsam unitatem, ut idem, quod significat unum in substantia; et aequale, quod significat unum in quantitate; et simile, quod significat unum in qualitate. Divinae igitur Personae distingui non possunt relationibus fundatis super diversitatem quantitatis; quia sic tolleretur trium Personarum aequalitas. Neque iterum relationibus, quae fundantur super unum: quia huiusmodi relationes distinctionem non causant, imo magis ad convenientiam pertinere inveniuntur, etsi forte aliqua eorum distinctionem praesupponant. In relationibus vero omnibus super actionem vel passionem fundatis, semper alterum est ut subiectum, et inaequale secundum virtutem, nisi solum in relationibus originis, in quibus nulla minoratio designatur, eo quod invenitur aliquid producere sibi simile et aequale secundum naturam et virtutem. Relinquitur igitur quod divinae Personae distingui non possunt nisi oppositione relativa secundum originem. Oportet igitur quod, si Spiritus Sanctus a Filio distinguitur, quod sit ab eo: non enim est dicere quod Filius sit a Spiritu Sancto, cum Spiritus Sanctus magis Filii esse dicatur, et a Filio detur ».

Λύσις τοῦ συλλογισμοῦ, καὶ περὶ θείας διακρίσεως

74. *Οὗτος ὁ λόγος, καὶ δὴ καὶ τῶν ἑξῆς ἕκαστος, πάσαις ταῖς προειρη-*
fol. 297ᵛ *μέναις αἰτίαις εἰκότως ἐνοχοιτ' ἄν, | τῇ τε γὰρ παραδόσει τοῦ Κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων πολέμιος ἀτεχνῶς· οὐδὲ γὰρ ἐν σοφίᾳ λόγου τὸ εὐαγγέλιον καταγγέλλεσθαι θεμιτόν, καὶ τῶν μισθῶν τῆς πίστεως καὶ τῆς ἐλπίδος ἀποστερεῖ, καὶ μὴν καὶ λίθον ἕψειν δοκεῖ καὶ εἰς οὐρανὸν τοξεύειν καὶ εἰς πῦρ ξαίνειν, ὑπὲρ γὰρ ἀνθρωπίνην διάνοιαν καὶ πᾶσαν ἀπόδειξιν τὸ ζητούμενον.*

75. *Ἔτι γε μὴν οὐδὲ ἀποδεικτικός ἐστιν, οὔτε γὰρ ἐκ προτέρων καὶ αἰτίων, καὶ οὐδὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους τὰ ἄκρα καὶ τὰ μέσα αὐτῷ, ἀλλὰ τέρας τι δοκεῖ σύνθετον, τὴν μὴν τῶν προτάσεων ἐκ τῶν ὑπερουσίων καὶ ὑπὲρ νοῦν, τὴν δ' ἑτέραν ἐκ τῶν αἰσθητῶν εἰληφώς· καὶ μὴν οὐδὲ διαλεκτικός, δι' ἃ γε προείρηται. Τί τοίνυν οἰκεῖον γένοιτ' ἂν αὐτῷ πρόσρημα; πάντως τοῖς σοφιζομένοις μετὰ τῆς ἀπάτης αὐτὸν ἀπορρίψομεν, τῷ σκότῳ καὶ τοῖς αὐτὸν γεννησαμένοις τηρούμενον. Ἀλλὰ ταῦτα μέν, εἴ γε ἐνῆν, εἰ μὴ ἐπὶ τῶν ὑπερουσιων, ἐπὶ τῶν ὄντων γοῦν τἀληθὲς τιμᾶν· νῦν δὲ ἡ τοῦ ψεύδους φιλοτιμία καὶ τῶν ὄντων καθίκετο.*

76. *Ἀλλ' ἵνα ὥσπερ ὑπ' ὄψιν γένηται, πάντα τὸν συλλογισμὸν ἐκθέμενοι πρότερον, οὕτω τὴν ἀπάτην φωράσομεν. Ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα διακρίνονται· ἃ διακρίνονται, εἴ γε μὴ κατὰ τὴν ὕλην ἡ διάκρισις, ἑνί γε τρόπῳ τῆς ἀντιθέσεως διακρίνεται. Καὶ τὸ συμπέρασμα δῆλον. Τῶν δ' ἐν τῷ συλ-*
fol. 298ʳ *λογισμῷ ὑποθέσεων, ἡ μὲν ἐλάττων | ἐκ τῆς γραφῆς καὶ ἀναγκαια· τὴν δὲ μειζονα οὔτε παρὰ τῆς διδασκαλίας τοῦ Πνεύματος Θωμᾶς, ὃ ταῦτα λέγων, ἔχει λαβών, οὔτε του τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ἢ τῶν διδασκάλων ἤκουσε λέγοντος, ἀλλ' ἐκ τῶν αἰσθητῶν ταύτην ἁρπάσας, ὡς δῆθεν ἀληθεύουσαν ἐπὶ τῶν ὄντων ἁπλῶς, τῇ θεολογίᾳ ταύτην καὶ λίαν θρασέως συνῆψεν, ἵνα μὴ λέγωμεν ἀμαθῶς.*

---

24 **οὔτε του**] attic., = **οὔτε τινὸς** (in Ms **οὔτέ του**, et similiter alias).

SOLUTIO SYLLOGISMI. UBI ETIAM DE DIVINA DISCRETIONE

74. Haec quidem est argumentatio, quae, sicut reliquae, quae ipsam subsequentur, iure merito omnibus iam dictis accusationibus subiacet, [*fol. 297v*] cum prorsus contraria sit tum dominicae tum apostolicae traditioni, siquidem nefas est Evangelium in sapientia verbi praedicare. Ipsa autem et praemiis fidei ac spei privat, et insuper etiam lapidem coquit, et in caelum tela proicit, ictumque in ignem impingit, [1] quandoquidem id quod quaeritur, supra humanam mentem omnemque demonstrationem positum est.

75. Praeter quam quod revera [syllogismus ille] neque demonstrativus est, quippe qui non ex prioribus et causis eruatur, neque generis eiusdem sunt extrema et medium ipsius, sed monstrum quoddam compositum esse videtur, quandoquidem alia sane praemissarum ex superessentialibus et intellectum superantibus, alia vero ex sensibilibus desumpta est. At profecto, iuxta prius exposita, ne dialecticus quidem. Quo igitur eum apto nomine appellabimus? inter sophisticos plane et fallaces illum amandabimus, tenebris reservandum eisque, qui ipsum conceperunt. At vero si ratiocinium hoc sin minus de superessentialibus, de naturalibus saltem tanquam verum existimari liceret! sed nunc obstinatio erroris etiam haec naturalia pervasit.

76. Verum enim vero ut prius veluti sub oculos collocetur res, totum syllogismum explicabimus, et hac ratione fallaciam eiusdem deprehendemus. Igitur Filius et Spiritus distinguuntur. Quae vero distinguuntur, sin minus materiali distinctione, at certe aliquo oppositionis genere diversificantur. Conclusio patet. Ex fundamentis autem syllogismi, aliud quidem, minor nempe praemissa, [*fol. 298r*] depromitur ex Scriptura et vi necessitatis pollet; aliud vero, quod maiorem constituit, neque ex doctrina Spiritus desumpsit Thomas, qui talium auctor est, neque ex Oecumenicis Synodis, vel ex Doctoribus quibusvis ipse unquam audivit. Sed, videlicet, quod ex sensibilibus haustum, tanquam verum simpliciter de rebus naturalibus invenit, illud ipsum admodum audacter, ne dicamus insipienter, ad res theologicas adaptavit.

---

1 Locutiones proverbiales, quarum significatio est 'rem inutilem facere' (cf. H. STEPHANUS, *Thesaurus linguae graecae*, edit. F. DIDOT, Parisiis).

77. *Δῆλον δέ. Τὰ διακρινόμενα, φησὶν, ἑνί γε τρόπῳ τῶν ἀντιθέσεων διακρίνονται. Εἰ μὲν δὴ μὴ πάντα, ἀληθὴς μὲν ὁ λόγος· μερικῆς δὲ οὔσης τῆς θέσεως, ἀπηλλαγμένοι πραγμάτων πάντως ἡμεῖς. Οὐδὲ γὰρ ἀναγκαῖον, οὐδὲ συλλογισμὸς οὐδαμοῦ, οὕτω προχωροῦντος τοῦ λόγου. Εἰ δὲ πάντα ἐροῦσι, τί ἂν τις εἴποι περὶ ψυχῶν ἢ ἀγγέλων ἐξῃρημένων τῆς ὕλης, καὶ διακεκριμένων μέν, μὴ καταδεχομένων δὲ τὴν κατὰ τὴν ὕλην διάκρισιν; Εἴ τε γὰρ μὴ διακέκριται ψυχὴ πρὸς ψυχήν, καὶ πρὸς ἄγγελον ἄγγελος, οὐ πολλαὶ ψυχαί, οὐδὲ πολλοὶ ἄγγελοι. Ἀλλ᾽ ἄτοπον τοῦτό γε· περί τε γὰρ τῶν ἀγγέλων φησὶν ἡ γραφή· «Χίλιαι χιλιάδες καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν τῷ Θεῷ». Καὶ δὴ καὶ ψυχῶν γένος τοσοῦτον. Εἴ τε κἂν τούτοις κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην διάκρισις, τίς ἂν εἴη ζητητέον ἐστίν.*

78. *Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ἀντιθέσει ταῦτα διακρινοῦμεν οὔτε καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως, οὕτω γὰρ τῶν μὴ ὄντων τὰ ὄντα διαλλάτουσιν, ὡς ὁ Θωμᾶς*
fol. 298v | *βούλεται· οὔτε στερήσεως καὶ ἕξεως ἀντιθέσει, οὕτω γὰρ τὰ τέλεια διακρινοῦμεν τῶν ἀτελῶν, τελεία δὲ ἑκάστη ψυχή, ὥσπερ δὴ καὶ ἄγγελος. Οὐ μὴν οὐδὲ κατὰ τὰ ἐναντία αὐτοῖς ἡ διαφορά, οὕτω γὰρ τὰ κατ᾽ εἶδος διαφέροντα ἀλλήλων διενηνόχασι· ψυχὴ δὲ ὁμοειδὴς ἑκάστη ψυχῇ, ὥσπερ δὴ καὶ ἀγγέλῳ ἄγγελος. Ἀλλ᾽ οὐδὲ κατὰ τὰ πρός τι, ἅπερ αὐτὸς ἀναφορικὰ καλεῖ· οὔτε γὰρ κατὰ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ, οὐδὲ γὰρ ἄγγελος ἐξ ἀγγέλου ἢ ψυχὴ ἐκ ψυχῆς. Οὔτε μὴν ἐν ἑτέρᾳ ἀναφορᾷ ἐν πάθει ἢ ἐνεργείᾳ θεωρουμένη· ἐν τούτοις γάρ, ὡς καὶ ὁ Θωμᾶς φησιν, ἀεὶ θάτερόν ἐστιν ὑποκείμενον καὶ κατὰ δύναμιν ἄνισον, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἄνω τάξεων ἢ τῶν ψυχῶν χώραν οὐκ ἔχει. Ἀλλ᾽ οὐδὲ μὴν ἑτέρᾳ διακρίσει κατὰ τὰ πρός τι θεωρουμένῃ, ἢ ἐν ποσῷ ἢ ἐν ποιῷ· ὁμοειδεῖς γὰρ καὶ ἄγγελοι καὶ ψυχαί, καὶ ὁμοταγεῖς ἀλλήλοις, εἰ καὶ μὴ πάντες ἄγγελοι. Καὶ ὅλως, τίς ἂν γένοιτο διαφορὰ κατὰ τὰ πρός τι ψυχῶν καὶ ἀγγέλων, οὐ κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ καθ᾽ αὐτό, οὐδὲ πλάσαι ῥᾴδιον.*

79. *Καὶ μὴν καὶ κατ᾽ εἶδος διαφερόντων κριοῦ καὶ τράγου, καὶ ἵππου καὶ βοός, ποία ἐν τούτοις ἐναντιότης ᾗ διαφέροι ἂν εἶδος εἴδους, ὡς ὁ Θωμᾶς*

---

9 Dan. *VII, 10.*

77. Videas ergo. Quae distinguuntur, ait, per aliquam oppositionem distinguuntur. Hoc quidem (nisi de omnibus affirmetur) verum profecto est; at cum particularis sit thesis, tempus et oleum perdidimus: nam ita procedente ratiocinio, neque necessarium quidquam habebitur, neque utcumque syllogismus. Si vero illud universaliter dicitur, quid si forsitan quivis de animis et angelis contrarium diceret, qui materia orbati, distinguuntur sane, at materialem distinctionem non admittunt? Nam si animus ab animo, angelus ab angelo non discernuntur, animorum angelorumve pluralitas nequaquam habetur. Verum haec absurda sunt: de angelis enim Scriptura dicit: « Milia milium... et decies millies centena milium assistebant ei ». Animorum autem multitudo similis numeratur. Quodsi etiam in his distinctionem haberi prorsus est necessarium, quaenam illa sit investigare debemus.

78. At profecto in illis neque oppositio ulla affirmationis et negationis est, qua distinguantur, hoc enim pacto entia a non entibus dispertiuntur, quemadmodum Thomas censet; [*fol. 298*[v]] neque privationis et habitus oppositio datur, quia sic perfecta ab imperfectis distinguuntur, animorum autem unusquisque, sicut et angelorum, inter perfecta numerantur. Sed nec profecto differentia contrarietatis intercedit, hac enim ratione quae secundum formam diversa sunt, ad invicem distinguuntur, animus autem eiusdem cum animo speciei est, pariterque cum angelo angelus. Quin imo neque adest illa, quae ad aliquid est, differentia, quam ipse relativam vocat. Non quidem ratione causae et causati, cum angelus non ex angelo neque animus ex animo procedat. Neque alia relationis ratio apparet, quae in actione et passione reponeretur; in his enim, ut ipse Thomas edocet, semper alterum est ut subiectum et inaequale secundum virtutem, quod quidem in caelestibus ordinibus vel in animis locum nequaquam obtinet. Certe neque aliud distinctionis genus hic habetur ex his, quae ad aliquid sunt, vel quantitatis vel qualitatis, quia eiusdem formae eiusdemque ordinis sunt ad invicem angeli animique, quamvis non omnes angeli sint. Verbo denique, quaenam ex relativis differentiis, non accidentaliter sed per se, in angelis et animis fieri possit, non facile mente fingitur.

79. Imo etiam quoad speciem distinguuntur aries et hircus, et equus et bos; sed qualis, oro, in his contrarietas datur, qua species a specie differat, sicut arbitratur Thomas? Etenim si distinctio contrarietatis adest, quemadmodum in homine et equo, qui per rationalitatem et irrationalitatem discernuntur, plane distinctio secun-

ἀξιοῖ; Εἰ μὲν γὰρ κατ' ἐναντίωσιν ἡ διάκρισις, ὥσπερ ἄνθρωπος καὶ
ἵππος τῷ λογικῷ καὶ ἀλόγῳ διέστησαν, καὶ διάφορα πάντως κατ' εἶδος·
fol. 299r εἰ δὲ τοῦτο, οὐ πάν|τως κἀκεῖνο. Καὶ χωρὶς δὲ τούτων, τό τε λευκὸν καὶ
φαιόν, διακεκριμένα ὄντα, οὐκ ἂν ῥᾳδίως ὑπάγοιντο τῷ παρὰ τοῦ Θωμᾶ
κανόνι τῆς διακρίσεως. Οὐκοῦν ἀνάγκη ἢ μὴ διακρίνεσθαι τὰ προειρημένα,
ἢ ψεύδεσθαι τὸν προεκτεθέντα κανόνα πάντα διακρίνοντα ἢ τῇ ὕλῃ, ἢ ἑνί
γε τρόπῳ τῆς ἀντιθέσεως. Ἀλλὰ μὴν τούτων διακρινομένων, ἀνάγκη μὴ
πάντα ἀληθῆ τὸν λόγον νομίζειν, μηδὲ τῶν ὄντων διαιτητὴν ἀξιόχρεων. Οὐκοῦν οὐδ' ὅσα ἐκ τούτων Λατῖνοι περαίνειν βούλονται, πάντως ἂν εἶεν
ἀληθῆ.

80. Εἰ δὲ λέγοιεν πρὸς ταῦτα τοὺς μὲν ἀγγέλους μὴ ὁμοειδεῖς εἶναι, μηδὲ
ἔχειν τὸ αὐτὸ κατ' οὐσίαν, καὶ ταύτῃ τούτους διακεκρίσθαι, τὰς δὲ ψυχὰς
καὶ τῶν σωμάτων ἀπαλλαγείσας τῇ πρὸς τὴν ὕλην ῥοπῇ οἰκείων σωμάτων
τὴν διάκρισιν ἴσχειν, ἃ δὲ καὶ ἀναλήψονται ἐν τῷ τῆς ἀποκαταστάσεως
χρόνῳ, — οὐκ ἀναγκαῖος ὁ λόγος. Πρῶτον μὲν γὰρ ἀληθεύειν αὐτοῖς περὶ
τῶν ἀγγέλων δεδόσθω κατ' εἶδος διενηνοχότων· οὐκοῦν λεγέτωσαν τὰς
ἐναντιότητας, ᾗ διαφέρει ἄγγελος ἀγγέλου. Οὕτω γὰρ Θωμᾶς ἀξιοῖ διακρίνεσθαι τὰ κατ' εἶδος διάφορα, καὶ τὴν αἰτίαν ἐπάγων φησίν· « Ἡ γὰρ
ἐναντιότης, ὡς διδάσκουσιν οἱ φιλόσοφοι, διαφορά ἐστι κατ' εἶδος». Ἔπειτα
fol. 299v οὐδὲ κατ' εἶδος ἡ διαφορὰ τῶν δυνάμεων ἐκείνων, | οὐ γὰρ τοῦτο βούλονται οἱ τῆς Ἐκκλησίας νόμοι. Ὁ μὲν γὰρ Μέγας Βασίλειος ἐν τῷ τρίτῳ
τῶν πρὸς Εὐνόμιόν φησιν· « Ἄγγελοι πάντες ὥσπερ προσηγορίας μιᾶς,
οὕτω καὶ φύσεως πάντως τῆς αὐτῆς τυγχάνουσιν». Ὁ δὲ θεῖος Κύριλλος ἐν
τῇ ἑρμηνείᾳ τῇ εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Εὐαγγελιστήν, ἐν οἷς ἀναπτύσσει τὴν τοῦ Βαπτιστοῦ φωνὴν ὅτι ' τεθέαμαι τὸ Πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ
περιστερὰν ἐξ οὐρανοῦ ', φησίν· « Ἀγγέλου δὲ οἶμαι διοίσει κατ' οὐδὲν
ἕτερος ἄγγελος, κατά γε τὸ εἶναι τοῦθ' ὅπερ εἰσὶν ἄγγελοι δηλαδή, διὰ
τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμοειδίας, εἰς μίαν ἅπαντες ἀναδεσμούμενοι φύσιν».

81. Καὶ περὶ μὲν τῶν ἀγγέλων ταῦτα· περὶ δὲ τῶν ψυχῶν γελοῖος ὁ λόγος εἰς ταὐτὸν ἄγειν ἀπόδειξιν ἐκ φυσικῶν ὁρμωμένην ἀρχῶν καὶ τὸ τῆς
ἀναστάσεως δόγμα, χρῆμα ὑπερφυές, καὶ μεταπηδᾶν ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα.
Ἡ γὰρ πιστευωμένη παρὰ τῆς Ἐκκλησίας τῶν σωμάτων ἀνάστασις οὐ κατὰ
φυσικὸν προσδοκᾶται λόγον, ἀλλὰ ξένον τι τὸ κατ' αὐτὴν καὶ καινότατον·

---

17 ᾗ] qua (= quatenus), vel legendum fortasse αἷς? 26 κατουδὲν Ms.

---

22 Basilius, *III contra Eunomium, 1: MG 29, 656 B.* 25 Io. *I, 32.*
26 Cyrillus A., *Comment. in Ioannem II, 1: MG 73, 196 D-197 A.*

dum speciem habetur; non autem ubi haec datur, [*fol. 299r*] etiam illa detur necesse est. Praeterea, et album et fuscum discriminantur sane, at non facile distinctionum regulae a Thoma traditae subicerentur. Igitur necesse est vel praedicta non distingui, vel canonem propositum falli, qui omnia aut materiali distinctione, aut uno ex modis oppositionis diversificat. Verum cum illa distinguantur, restat prorsus cogitandum ratiocinium illud non undequaque veritate fulciri, neque rerum fidedignum iudicem esse. Itaque non omnia, quae ex his concludere Latini desiderant, reapse veritatem habere inveniuntur.

80. Si vero ad haec ipsi responderent angelos quidem non eiusdem esse speciei, neque essentiae identitatem habere, ideoque et ipsos discriminari dicerent; itemque animos, etiam a corporibus solutos, ratione propensionis ad materiam, differentiam propriorum corporum retinere, utpote qui denuo redintegrationis tempore illa sumpturi sint; — vim argumentum non affert. Nam, primum quidem, concedatur ipsis verum esse angelos secundum speciem differre, sed dicant igitur nobis quales sint contrarietates, quibus angelus ab angelo discernitur; sic enim arbitratur Thomas discriminari ea, quae secundum speciem diversa sunt, cuius rei causam inferendo ait: « nam contrarietas, ut philosophi docent, est differentia secundum formam ». Deinde, sed neque secundum speciem discrimen illarum potestatum est; [*fol. 299v*] non enim id Ecclesiae leges ferunt, ut cum Magnus Basilius in tertio contra Eunomium scribit: « Angeli omnes, ut appellationem unam, ita etiam eandem omnino in se naturam habent ». Et divus Cyrillus in commentario ad Sanctum Evangelistam Ioannem, ubi vocem illam Baptistae explicat: 'Quia vidi Spiritum descendentem quasi columbam de caelo', ita ait: « Nec angelus, opinor, ab altero angelo differat ratione angelicae substantiae, omnibus, ex eo quod eiusdem sunt speciei, in unam naturam colligatis ».

81. Et haec quidem de angelis sint dicta; circa animos autem ridicula ratio esset in idem reducere velle et demonstrationem ex principiis naturalibus ortam, et resurrectionis dogma, quod supernaturale est, ab una re in aliam transiliendo. Nam quae ab Ecclesia corporum resurrectio credenda proponitur, non secundum rationem physicam spectatur; sed alienum quid et novissimum est quod sub

καὶ διδάσκαλος ἡμῖν καὶ τούτου τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, οὗ τῇ δυνάμει καὶ τὴν ἀνάστασιν καὶ ἀφθαρσίαν καὶ τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην ἀλλοίωσιν καὶ σφόδρα ἐλπίζομεν.

82. Καὶ μὴν καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Περὶ Ψυχῆς λόγοις· «Εἴ ἐστι — fol. 300r φησίν — ἐνέργειά τις ψυχῆς χωριστὴ τοῦ ὑποκειμένου, καὶ τὴν | οὐσίαν χωριστὴν ἀναγκαῖον εἶναι». Τοῦ δὲ λόγου προϊόντος, χωριστὸν εἶναί φησι τὸν νοῦν, καὶ τοῦτον μόνον ἀθάνατον καὶ ἀΐδιον. Οὕτω δὴ τοὺς λόγους θέμενος ἀμφοτέρους, δῆλός ἐστι συνάγων χωριστὴν εἶναι τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν τοῦ σώματος. Τούτου δὲ οὕτως ἔχοντος, πῶς ποτε δόξης περὶ Ἀριστοτέλους τὸ Λατίνων ἔχει γένος; πότερον χωριζομένας τὰς ψυχὰς τῶν σωμάτων ἀλλήλαις ἑνοῦσθαι καὶ μίαν τὰς πάσας εἶναι, ἢ μεταβάλλειν ταύτας εἰς ἕτερον εἶδος ᾤετο; ἄμφω γὰρ ἀδύνατα. Οὐκοῦν καὶ ἀθανάτους αὐτὰς ἡγεῖτο καὶ ὁμοειδεῖς καὶ διακεκριμένας ἀλλήλων, καὶ οὐδὲ νεκρῶν ἀνάστασις ὅτι ποτέ ἐστιν, ᾔδει. Οὐκ ἄρα οὐδὲ Ἀριστοτέλει δοκοῦντά φασιν οἱ οὕτω τὰ ὄντα ἀξιοῦντες διακεκρίσθαι, ὡς ὁ Θωμᾶς βούλεται.

83. Ἔτι τί τῆς διακρίσεως τῆς κατὰ ἀντίφασιν καταγνόντες Λατῖνοι ἐλαύνουσι μὲν αὐτὴν ἐκ τῆς θεολογίας, ἐλαύνουσι δὲ ἐκ τῶν ὄντων, κατὰ ταύτην μόνην τὰ ὄντα τῶν μὴ ὄντων διακεκρίσθαι νομίζοντες; οὐ γὰρ ἂν τοῦτό γε συγχωρήσαιεν οἱ τὴν ἀντίφασιν οἰόμενοι καὶ ἐπὶ τῶν ὄντων καὶ μὴ ὄντων διαιρεῖν τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος. Ἔπειτα τί ἂν λέγοιεν περὶ τοῦ σημείου καὶ τῆς γραμμῆς, ἃ καὶ ὄντα εἰσί, καὶ ἑτέρως οὐ διακρίνονται εἰ μὴ τῷ τρόπῳ τῆς ἀντιφάσεως; εἴ γε τὸ μὲν ἀδιάστατον, τὸ δὲ ἐφ᾽ ἓν διαfol 300v στατόν, καὶ τοῦ μὲν μέρος ἐστὶν οὐδὲ ἕν, ἡ δέ ἐστι μέγεθος, | μῆκος μὲν ἔχον, πλάτους δὲ ἔρημον.

84. Ἀλλὰ καὶ οἱ λέγοντες πάντα τὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τὸν Υἱὸν ἔχειν πλὴν τῆς αἰτίας, καὶ αὖ πάντα πλὴν τῆς ἀγεννησίας, πῶς ποτε διακρίνουσι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν; οὐ τῇ ἀντιφάσει; τί δὲ οἱ λέγοντες μόνη πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ Πατήρ, ἢ μόνος ὁ Υἱὸς γεννητός, ἢ ὁ Παράκλητος μόνος ἐκπορευτός, οὐκ ἐν πᾶσι τούτοις ἀντίφασις; ἂν δὲ λέγωμεν ἢ μόνον τὸν ἄνθρωπον γελαστικόν, ἢ τὸ τρίγωνον μόνον τῶν ἄλλων σχημάτων τὰς τρεῖς γωνίας ἔχειν δυσὶν ὀρθαῖς ἴσας, ἆρα ληρεῖν δόξομεν ἢ οὐ διακρίνοντες τὰ ὄντα ἢ διακρίνοντες μέν, οὐχ ὑγιῶς δέ;

---

4 *videretur* CABASILAS *ex modo faciendi citationem formalia verba* ARISTOTELIS *referre, eaque ante sententiam mox citandam inveniri; ubinam autem, non apparet (De Anima III?).* 6 ARISTOTELES, *De Anima III, V, 1-2.*

illa continetur, huiusque rei magister nobis adfuit Spiritus Sanctus, cuius ope et resurrectionem incorruptam et mirabilem illam mutationem quam maxime speramus.

82. Quin imo, etiam Aristoteles in tractatibus de Anima ait: « Si operatio quaedam animi est a subiecto separabilis, substantiam [*fol. 300*[v]] eius quoque separabilem esse necesse est ». Sermone autem procedente, separabilem esse affirmat intellectum, eumque solum immortalem et aeternum. Et sic profecto, rationibus his ambabus positis, clarissime concludit substantiam animi a corpore separabilem esse. Quae cum ita sint, quomodo tandem de Aristotele Latinorum progenies opinatur? Utrum animos a corporibus exutos invicem coadunari, unumque ex omnibus effici, an omnes in aliam speciem mutari credunt? Sed utrumque absurditate laborat. Igitur et animos immortales esse arbitrabatur [Aristoteles] eiusdemque speciei, et ab invicem discriminari; mortuorum vero resurrectionem, vel etiam futuram esse, haud sciebat. Unde neque quae Aristoteli probantur, illi affirmant, qui sic entia discriminari putant, sicut Thomas edocuit.

83. Praeterea, quonam pacto differentiam contradictionis intelligunt Latini, qui eam a Divinitate excludunt, sed excludunt quoque a rebus, cum per illam solam discerni entia a non entibus arbitrentur? non enim id concederetur ab illis, qui tam in entibus quam in non entibus verum a falso per contradictionem seiungi putant. Deinde, quid de puncto et linea iudicarent, quae et entia sunt, et non nisi contradictionis modo distinguuntur? Siquidem aliud nullo intervallo continuum est, aliud autem in unum disiunctum; et punctum quidem pars est, non vero unum [totum], linea autem magnitudo est [*fol. 300*[v]] longitudinem habens, sed orbata latitudine.

84. Sed et illi, qui asserunt omnia quaecumque Pater habet et Filium habere, praeter causam, vel etiam eadem omnia possidere, praeter id solum, quod ingenitus non sit, quomodo tandem Patrem et Filium diversificant? nonne contrarietate? Quid vero? et alii affirmantes solum fontem superessentialis Divinitatis Patrem esse, vel solum Filium generatum, vel Paraclitum solum procedentem, an in his omnibus contrarietatem non inveniunt? Cum vero dicimus vel solum hominem risibilem esse, vel triangulum ex reliquis figuris esse solum, qui tres angulos habeat duobus rectis aequipollentes, nonne nugari videbimur, si vel res non discerni credamus, vel discerni quidem, non autem recto modo?

85. Ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος Διονύσιος ἐν τῷ περὶ θείας ἑνώσεως καὶ διακρίσεως λόγῳ τὸν Υἱὸν Πατρὸς καὶ Πνεύματος διακρίνων τῷ τὸν μὲν ἐξ ἡμῶν ὁλικῶς καὶ ἀληθῶς οὐσιωθῆναι, τὸν δὲ Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα μὴ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπὶ τὴν ἡμετέραν φύσιν ἐληλυθέναι, δῆλός ἐστι καὶ σφόδρα ἀποδεχόμενος καὶ ἐπὶ τῶν θείων τὴν διάκρισιν τὴν κατὰ ἀντίφασιν. Φησὶ γάρ· «Διακέκριται δὲ τῆς ἀγαθοπρεποῦς εἰς ἡμᾶς θεουργίας τὸ καθ' ἡμᾶς ἐξ ἡμῶν ὁλικῶς καὶ ἀληθῶς οὐσιωθῆναι τὸν ὑπερούσιον Λόγον, καὶ δρᾶσαι καὶ παθεῖν ὅσα τῆς ἀνθρωπίνης αὐτοῦ θεουργίας ἐστὶν ἔκκριτα καὶ ἐξαίρετα. Τούτοις γὰρ ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα κατ' οὐδένα κεκοινώνηκε λόγον, εἰ μή
fol. 301r πού τις φαίη κατὰ τὴν ἀγαθοπρεπῆ | καὶ φιλάνθρωπον ὁμοβουλίαν». Οὐκ ἄρα πάντα πρὸς ἀλήθειαν Λατίνοις τὰ περὶ διακρίσεως εἴρηται.

86. Εἰ δὲ καὶ πάλιν λέγοιεν ἐπὶ μὲν τῶν ὄντων μὴ πάνυ τοι τὸν κανόνα ἀληθεύειν αὐτῶν, ἐπὶ μέντοι τῶν ὑπερουσίων, περὶ ὧν ἡ σπουδή, καὶ λίαν αὐτὸν ὑγιῶς ἔχειν, — πρῶτον μὲν δέδεικται μήδε τοῦτο· ἔπειτα λεγέτωσαν τὴν ἀνάγκην πόθεν αὐτοῖς περὶ τῶν θείων τοιαῦτα ἐπῆλθε λογίσασθαι, εἴ γε καὶ τὰ ὄντα σαφῶς αὐτοῖς ἀντιφθέγγονται. Λείπεται λοιπὸν τὰ ζητούμενα ὡς ὁμολογούμενα αὐτοῖς ὑποτίθεσθαι· τοῦτο δὲ ἀτεχνῶς γέλως ἐκεῖνα αἰτεῖν ἅ γε δεικνύναι πρόκειται.

87. Ἔτι συγκεχωρήσθω τὸν λόγον ἀληθεύειν αὐτὸν ἐπί γε τῶν ὄντων. Ὅταν λέγωσιν ἐν τῷ οἰκείῳ συλλογισμῷ οὕτω διακρίνεσθαι τὰ διακεκριμένα, κοινῇ καὶ θεῖα καὶ τὰ ὄντα οὕτω διακρίνεσθαί φασιν, ἢ μόνα τὰ ὄντα; Εἰ μὲν δὴ μόνα τὰ ὄντα, οὐδεὶς ἔτι λόγος λοιπὸν αὐτοῖς περὶ διακρίσεως Υἱοῦ καὶ Πνεύματος· εἰ δὲ καὶ ταῦτα κἀκεῖνα, εἰπάτωσαν τί παθόντες, ὥσπερ ἐπίτηδες κακουργοῦντες τὰς ἐκ Πατρὸς Υἱοῦ καὶ Πνεύματος διαφόρους προόδους ἐν τῷ κανόνι τῷ ἑαυτῶν ἀπεκρύψαντο, καθ' ἃς οὐδεὶς τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος θεολογῶν πρὸς ἀλήθειαν καὶ τὰ θεαρχικὰ διακρίνων Πρόσωπα, ἑτέρως ἢ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱὸν δια-
fol. 301v κρίνειν ἐνόμισεν. Οὐκοῦν περὶ | διακρίσεως τῶν θείων Προσώπων ὄντος τοῦ λόγου, καὶ τῆς κυριωτάτης διακρίσεως ἐν τῇ ἀπαριθμήσει τῶν τρόπων, οὐχ ὡς ἐχρῆν, παραλελειμμένης, οὔτε πρὸς ἀνάγκην οὔτε πρὸς ἀλήθειαν ἡ τῶν προτάσεων μείζων, καὶ οὐδὲ τὸ συμπέρασμα δράσειεν ἄν.

---

6 Ps.-Dionysius, *De div. Nomin.* II, § 6: *MG* 3, 644 C.

85. Quin etiam divus Dionysius, cum in tractatu de divina unione et distinctione Filium a Patre et Spiritu discernit, eo quod ille quidem ex nobis integram veramque substantiam assumpserit, Pater vero et Spiritus non hac ratione in naturam nostram advenerint, manifeste apparet eum etiam in divinis admittere contrarietatis distinctionem. Ait enim: « Porro in benefica nostri reparatione munus hoc a Deitate distinctum est, quod propter nos ex nobis Verbum, quod supra substantiam est, integram veramque nostram substantiam assumpserit, eaque gesserit tuleritque, quae humanae ipsius actionis praecipua sunt et singularia. Haec quidem nulla ratione communia sunt Patris ac Spiritus, nisi forte quis dicat consilii benigni [*fol. 301ʳ*] atque humani communitate ». Itaque non omnia, quae de distinctione Latini dixerunt, vera sunt.

86. Iterum, si dicerent adhuc ipsorum regulam in naturalibus certe non esse omni ex parte veram, at cum de superessentialibus quaestio est, sicut in his, quae nunc agitantur, maximopere eam recte procedere; primum quidem, id non obtinere demonstratum est; deinde, argumenta proferant, ex quibus occurrit illis talia de Deitate cogitare, cum adeo clare contra ipsos naturales res vocem attollant. Ergo reliquum est, ut ipsi velut probata supponant ea, quae quaeruntur; sed ridiculum omnino videtur ea ipsa [pro principio] petere, quae demonstranda praeiacent.

87. Plura adhuc: concedatur argumentum ipsum valere quidem de naturalibus rebus. Ubi autem dicunt in suo syllogismo ita discriminari ea, quae distinguuntur, communiter ita distingui asserunt tam divina quam naturalia, an naturalia solummodo? Re quidem vera, si sola haec, nihil amplius ipsis valet ratiocinium ad Filii et Spiritus distinctionem; si autem et haec et illa ita distinguuntur, dicant nobis qua ducti passione (quemadmodum illi, qui de industria malum operantur), diversos Filii et Spiritus exitus ex Patre in ipsorum regula celaverint, cum nullus cuiusvis aevi theologus exstiterit, qui divinas Personas pro veritate discernere cupiens, aliter quam hocce modo discrimen Filii a Spiritu exsistere posse cogitarit. Igitur cum sermo [*fol. 301ᵛ*] sit circa distinctionem divinarum Personarum, et in enumeratione modorum, quibus fit, propriissima distinctio (quod minime decebat) sit praetermissa, maior praemissarum neque robur neque veritatem induit, ideoque neque conclusio educi efficaciter valet.

88. Καὶ ὅτι ταῦτα ἀληθῆ, καὶ ὡς τὸ διάφορον τῶν προόδων τὴν διαίρεσιν ἡμῖν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἔδειξε, πολλὰ τὰ μαρτύρια. Αὐτίκα ἡ γραφὴ τὸν μὲν Κύριον Υἱὸν προσεῖπεν, καί « Ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε », φησί, καὶ δὴ καὶ « Πρὸ πάντων τῶν βουνῶν γεννᾷ με ». Περὶ δὲ τοῦ Πνεύματος τοῦ Ἁγίου φησὶν ὁ Κύριος· « Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται ». Ἅπερ ἡ πρώτη τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ἀκούσασα, « Τὸ Πνεῦμα — φησί — τὸ Ἅγιον οὐ γεννώμενον ἐκ τοῦ Πατρός, ἀλλ᾽ ἐκπορευόμενον ».

89. Καὶ ὁ θεῖος δὲ Ἰουστῖνος, ὁ μάρτυς καὶ φιλόσοφος, ἐπὶ τῶν διαδόχων τῶν ἀποστόλων γεγονώς, « Ὡς ὁ Υἱός — φησίν — ἐκ τοῦ Πατρός, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός, πλήν γε δὴ τοῦ τρόπου τῆς ὑπάρξεως ». Ὁ δὲ θεῖος Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐν μὲν τῷ Περὶ Καταστάσεως ἐπισκόπων· « Πάντα ὅσα τοῦ Υἱοῦ — φησί — καὶ τοῦ Πατρός, πλὴν τῆς υἱότητος », ἐν δὲ τῷ Εἰς τὴν Πεντηκοστήν· « Πάντα ὅσα ὁ Υἱός, τοῦ Πνεύματος, πλὴν τῆς γεννήσεως », ἐν δὲ τῷ Εἰς τὰ Ἅγια Θεοφάνια λόγῳ· « Πνεῦμα Ἅγιον ἀληθῶς τὸ Πνεῦμα, προϊὸν μὲν ἐκ τοῦ Πατρός, οὐχ υἱκῶς δέ, οὐδὲ
fol. 302r γὰρ γεννητῶς, ἀλλ᾽ ἐκπορευτῶς », | ἐν δὲ τῷ πρὸς Ἥρωνα· « Κοινόν — φησίν — Υἱῷ καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι τὸ ἐκ τοῦ Πατρός, ἴδιον δὲ Υἱοῦ μὲν ἡ γέννησις, Πνεύματος δὲ ἡ ἐκπόρευσις ». Καὶ ὁ θεῖος Ἰωάννης τὰ τοιαῦτα παραλαβών· « Εἰ γὰρ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον — φησίν — ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἀλλ᾽ οὐ γεννητῶς, ἀλλ᾽ ἐκπορευτῶς· ἄλλος τρόπος ὑπάρξεως οὗτος, ἄληπτός τε καὶ ἄγνωστος », καὶ πάλιν· « Ὅτι μέν ἐστι διαφορὰ γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως, μεμαθήκαμεν, τίς δὲ ὁ τρόπος τῆς διαφορᾶς, οὐδαμῶς ».

90. Τούτων γε οὕτω κειμένων, εἰ μὲν μὴ διακρίνειν τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τοὺς θεολόγους ἐν τούτοις τοῖς λόγοις ἐροῦσιν, ἐλεήσομεν αὐτοὺς τῆς μανίας· εἰ δ᾽ ἐκείνους καὶ σφόδρα γε τοῦτο βούλεσθαι, οὐκοῦν ἔστι καὶ διακρίνειν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱὸν κατὰ τὴν θειαν παράδοσιν, καὶ οὐκ ἀνάγκη ἢ ἀδιάκριτα μένειν αὐτά, ἢ κατά τινα τῶν ἀντιθέσεων διακρίνεσθαι.

---

3 Ps. *CIX, 3.* 4 Prov. *VIII, 25.* 5 Io. *XV, 26.* 7 *in edit.* Mansi *non inveniuntur haec verba, prout iacent; cf. tamen Acta (lib. II)* Gelasii Cyziceni, *quae sine dubio prae oculis habet* Cabasilas, *ad cc. XX-XXI, ubi adest disputatio cum Philosopho (de Spiritu Sancto):* Mansi *2, 856-868.* 10 Ps.-Iustinus, *Expositio rectae Confessionis, 9 (opus spurium et, ut apparet ex secunda parte, nestorianum, incerti auctoris): MG 6, 1224 A.* 13 Nazianzenus, *Orat. XXXIV, In Aegyptiorum adventum, 10 (corr. citat.* Cabasilae*): MG 36, 252 A.* 14 Nazianzenus, *Orat. XLI, In Pentecosten, 9: MG 36, 441 C.* 15 Nazianzenus, *Orat. XXXIX, In sancta Lumina, 12 (corr. citat.* Cabasilae*): MG 36, 348 B.* 17 Nazianzenus, *Orat. XXV, In laudem Heronis philosophi, 16: MG 35, 1221 B.* 20 Damascenus, *De Fide Orthodoxa I, 8 (2 citat.): MG 94, 816 C; 824 A.*

88. Quod autem vera sint haec, et quod diversus eorum exitus discrimen Spiritus et Filii nobis ostendat, multa feruntur testimonia. Ut quaedam afferamus, Scriptura Dominum appellatione Filii decoravit: « Ex utero ante luciferum genui te », inquit, et: « Ante colles ego parturiebar ». De Spiritu autem Sancto ait Dominus: « Spiritum veritatis, qui a Patre procedit ». Quod cum audierit prima ex Universalibus Synodis: « Spiritus Sanctus — ait — non ex Patre generatus, sed procedens ».

89. Divus autem Iustinus, Martyr et Philosophus, qui successoribus Apostolorum proximus fuit, ita scripsit: « Sicut Filius ex Patre, ita et Spiritus, nisi quod exsistendi modo differt ». Et divus Gregorius Theologus in oratione de Episcoporum constitutione ait: « Quidquid item Filius habet, idem quoque Spiritus Sancti est, praeter filiationem ». Et in oratione in Pentecosten: « Omnia quaecumque Filius [habet], Spiritus Sancti sunt, si generationem excipias ». In sermone autem de sacra Theophania: « Spiritus Sanctus vere — ait — Spiritus est, procedens quidem ex Patre, non tamen filiationis modo, non enim est genitus, sed processionis ». [*fol. 302ʳ*] Tandem in oratione de Herone [Philosopho] scribit: « Hoc autem Filio et Spiritui Sancto (commune est), quod uterque eorum ex Patre sit. At vero proprietas... Filii, quod genitus sit; Spiritus Sancti, quod procedat ». Et divus Ioannes [Damascenus], haec eadem assumendo, « Quamvis enim — ait — etiam Spiritus Sanctus ex Patre procedat, non tamen generationis modo, sed processionis. Alius autem est hic exsistendi modus, perinde incomprehensus et ignotus ». Rursusque: « Et quidem generationem inter et processionem discrimen intercedere edocti sumus: ceterum quis sit huius distinctionis modus, prorsus nescimus ».

90. Quibus positis, si in his locis Filium et Spiritum a theologis non distingui [Latini] asserunt, miserebimur ipsorum ut amentium; si autem dicunt id maximopere a Patribus intentum esse, igitur distinctio Filii et Spiritus statuenda est, quae sacra traditione fulcitur; nec quidquam cogit ut ipsi vel sine divisione maneant, vel secundum modum quendam oppositionis distinguantur.

91. Ἔτι εἰ μὲν ταὐτὸν ἡγοῦνται Λατῖνοι γέννησιν καὶ ἐκπόρευσιν, οὐδεὶς ἔτι πρὸς ἐκείνους λόγος ἡμῖν, ἢ τὸ Πνεῦμα ἀξιοῦντας υἱόν, ἢ τὸν Υἱὸν οἰομένους πρόβλημα, καὶ δυάδα Υἱῶν εἰσάγοντας, καὶ δύο Πατέρας ἀξιοῦντας ἐν τῇ Τριάδι, καὶ πάντα μιγνύντας χρήματα· εἰ δὲ γέννησις καὶ ἐκπόρευσις, ὥσπερ δύο ὀνόματα, οὕτω καὶ δύο πράγματα καὶ αὐτοῖς δοκεῖ, πῶς ἂν ἀληθεύοιεν μὴ ἄλλως διακρίνεσθαι τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος, εἰ μὴ τὸ μὲν
fol. 302v αἴτιον εἴη, τὸ δὲ ὡς ἐξ αἰτίας; | Τὸ γὰρ γεννᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι καὶ ἀλλήλων ἕτερα καὶ οὐδαμῶς ἐστι ταῦτα εἰς ἀντίθεσιν ἀνάγειν τινά. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διαφόρους ὑπάρξεων τρόπους οἱ μακάριοι ἐκεῖνοι τὰ τοιαῦτα τῶν ὀνομάτων προσεῖπον. Πατέρα γὰρ καὶ Υἱὸν καὶ Πνεῦμα τῷ μὲν εἶναι ἢ τῇ οὐσίᾳ ἢ τῇ ὑπάρξει ἢ ὅπως ἄν τις χαίροι καλῶν, μηδαμῶς διενηνοχέναι, εἷς γὰρ διατοῦτο Θεὸς ἡ Τριάς· τῷ δὲ τῆς ὑπάρξεως τρόπῳ καὶ τῷ πῶς ἕκαστον αὐτῶν εἶναι, καὶ μάλα. « Ὡς γὰρ ὁ Υἱός, φησὶν Ἰουστῖνος, ἐκ τοῦ Πατρός, οὕτω καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός, πλήν γε δὴ τῷ τρόπῳ τῆς ὑπάρξεως ». Καὶ ὁ Δαμασκηνός· « Οὐ γεννητῶς, ἀλλ᾽ ἐκπορευτῶς· ἄλλος τρόπος ὑπάρξεως οὗτος, ἄληπτός τε καὶ ἀνέκφραστος ». Εἰ δὲ ταῦτα καὶ σφόδρα γε ἀληθῆ, τίς ἑτέραν διάκρισιν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος νομιεῖ, τὸν διάφορον τρόπον τῆς ὑπάρξεως παραλιπών;

92. Εἰ δὲ λέγοιεν καὶ παρ᾽ αὐτοῖς μὴ ταὐτὸν δύνασθαι γέννησιν καὶ ἐκπόρευσιν, ἐνδεᾶ δὲ τὴν διάκρισιν ταύτην εἶναι καὶ ἥκιστα ἀρκοῦσαν πρὸς θεοπρεπῆ διαίρεσιν τῶν θείων Προσώπων, — οὐκ οἶδα πότερον παραπληξίας ἢ ἀσεβείας αὐτοὺς γραψόμεθα. Τίς γὰρ τῶν ἀποστόλων ἢ τῶν διαδόχων ἐκείνων ἢ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ἢ τῶν τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων τοιαύτην ἀφῆκε φωνήν; τί γὰρ ἀτελὲς ἢ ἀσθενὲς ἐκεῖ, παρ᾽ οὗ τοῖς ἄλλοις καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ τελείοις εἶναι ἀφῖκται;

93. Ἔτι Λατίνοις μέν ἀτελῆ τὴν διάκρισιν | ταύτην ἐπῆλθεν εἰπεῖν, οὐκ οἶδα
fol. 303r ἀνθ᾽ ὅτου· τῇ δὲ τῶν ἀποστόλων παρωδόσει καὶ λίαν ἀρκοῦσαν νομίζεται. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Διονύσιος τὰ θεαρχικά διακρινων Πρόσωπα· « Τὰ δὲ διακεκριμένα τὸ Πατρὸς ὑπερούσιον ὄνομα καὶ χρῆμα, καὶ Υἱοῦ καὶ Ἁγίου Πνεύματρς, οὐδεμιᾶς ἐν τούτοις ἀντιστροφῆς, ἢ ὅλως, καινότητος ἐπεισαγο-

---

13 Ps.-Iustinus, *Exposit. rectae Confessionis, 9: MG 6, 1224 A.* 15 Damascenus, *De Fide Orthod. I, 8: MG 94, 816 C.* 28 Ps.-Dionysius, *De div. Nomin. II, § 3: MG 3, 640 C.*

91. Denique si Latinis opinio est unum idemque generationem et processionem esse, nihil amplius cum illis certandum iam erit, qui vel Spiritum filium, vel Filium spiratum arbitrantur esse, qui etiam duos Filios introducunt, duosque in Trinitate Patres, res omnes permiscentes. Verum si generatio et processio, quemadmodum duo nomina, ita quoque duae esse realitates et ipsis videntur, quonam pacto fieri posset ut verum proferant, affirmando non aliter Filium a Spiritu discriminari, quam ut illi quidem ratio causae, huic vero causati competat ratio? [*fol. 302v*] Nam generari et procedere, et mutuo diversa sunt, et nullatenus licet illa ad oppositionem quamvis adducere. Et tamen per huiusmodi nomina a beatis illis [Patribus] diversi exsistentiae modi appellati sunt. Etenim Pater et Filius et Spiritus ratione essendi, vel exsistendi, vel essentiae, vel quomodocumque hanc rem dicere cuiquam placeat, nequaquam differunt, etenim hac de causa unus Deus Trinitas est; at vero exsistentiae modo et quonam pacto unaquaeque Persona suum esse habeat, quam plurimum. Nam «sicut Filius ex Patre — Iustinus clamat —, ita et Spiritus, nisi quod exsistendi modo differt». Et Damascenus: «... non tamen generationis modo, sed processionis. Alius autem est hic exsistentiae modus, perinde incomprehensus et ignotus». Quae si vera maximopere sunt, quis aliam distinctionem Filii et Spiritus esse credet, qui diversum exsistentiae modum missum facit?

92. Sed si forte dicerent, apud ipsos etiam non idem valere generationem et processionem; insufficientem vero hanc distinctionem esse, minimeque parem ad convenientem differentiam divinarum Personarum stabiliendam; haec, inquam, si dicerent, dubitarem utrum amentiae ipsos an impietatis redarguerem. Numquid enim quivis Apostolorum vel successorum illorum vel Doctorum Ecclesiae, numquid quaedam ex Oecumenicis Synodis verbum huiuscemodi unquam protulit? Quid enim imperfectum aut debile invenire fas est ibi, unde aliis et esse et perfectos esse promanavit?

93. Deinde, Latinis quidem imperfectam distinctionem illam [*fol. 303r*] occurrit appellare, nescio cur; secundum autem apostolicam traditionem eadem ipsa valde sufficiens reputatur. Dicit enim divus Dionysius, discrimen statuens divinarum Personarum: «Discreta vero sunt Patris superessentiale nomen et res, et Filii et Spiritus Sancti, nulla in his facta reciprocatione, nec ulla prorsus communione introducta». In hoc loco Pater et a Filio et a Spiritu discriminatur, et a Spiritu quoque Filius. Sed Pater a Filio discernitur oppositionis ratione, eius, scilicet, quae secundum relationem ad

μένης ». Ἐνταῦθα ὁ Πατὴρ καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος διακέκριται, καὶ δὴ καὶ τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱός· ἀλλ' ὁ μὲν Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ τῷ τῆς ἀντιθέσεως λόγῳ, κατὰ τὰ πρός τι δηλαδή· ὁ δὲ Πατὴρ τοῦ Πνεύματος, ἢ τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱός, καὶ διακέκριται καὶ οὐδαμῶς ἀντιθέσει τινί, οὐδὲ γὰρ ὁ Πατὴρ πατὴρ τοῦ Πνεύματος, εἴπερ μήδε τὸ Πνεῦμα υἱός. Καὶ μὴν εἰ τὸ μὲν Υἱός, τὸ δε Πνεῦμα καὶ κατὰ τοῦτο τοῖς ἀποστόλοις σαφῶς ἡ διάκρισις, ποῦ ἐν τούτοις τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ; εἰ δὲ ὁ μὲν υἱὸς διατοῦθ' Υἱὸς εἴρηται, διὰ τὸ γεννητῶς προελθεῖν, ἐκεῖνο δὲ οὐχ υἱός, ἀλλὰ Πνεῦμα διὰ τὴν ἀνέκφραστον πρόοδον (καὶ δὴ καὶ τούτοις τοῖς ὀνόμασι καὶ παρὰ τῶν ἀποστόλων τὰ θεῖα διακέκριται Πρόσωπα), τίς οὕτω θρασὺς καὶ τὰ θεολογικὰ περιττός, ὥστε τὴν ἐκείνων θεολογίαν ἀτελῆ καὶ μὴ ἀρκοῦσαν ἡγεῖσθαι;

94. Ἔτι εἰ τοῖς μὲν τῶν ἀποστόλων διαδόχοις τῇ διαφόρῳ προόδῳ ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος διακρίνεται καὶ οὐδαμῶς ἑτέρως, οὕτω δὲ ἐκείνοις, ὥς γε προείρηται, τὰ θεῖα καὶ ἑνοῦται καὶ διακρίνεται, ὡς αὐτὰ τὰ θεῖα καὶ ἥνωται καὶ διακέκριται, ἀπορῶ πρὸς τίνας Λατίνοις ὁ πόλεμος. Ἢ γὰρ οὐ
fol. 303v πάντα ἀσφαλῆ | οὐδὲ ἱκανὴν τὴν διδασκαλίαν τὴν ἐκείνων ἐροῦσι (καὶ ἡ μέμψις καὶ αὐτῶν καθικνεῖται τῶν ἀποστόλων, καὶ δι' αὐτῶν ἐν αἰτίαις καὶ ὁ τοῦ Κυρίου λόγος ἐπαγγειλαμένου διδάξειν αὐτοὺς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, ὅπερ ἐστὶ τὴν τελεωτάτην θεολογίαν), ἢ εἰ ταῦτα ἀρνήσονται, πᾶσα ἀνάγκη ἢ καταθέσθαι τὸν πόλεμον ἢ καὶ πρὸς αὐτὰ τὰ θεῖα πράγματα τὴν μέμψιν τὴν ἐκείνων ἀναδραμεῖν, διακρινόμενα ἑτέρως ἢ ὡς ἐχρῆν, μετὰ τοῦ μηδὲ ἑαυτοῖς συμβαίνειν δύνασθαι.

95. Καὶ ὁ Κύριος δὲ τοῖς ἀποστόλοις τὸ μυστήριον παραδιδοὺς τοῦ βαπτίσματος, καὶ βαπτίζειν παραγγείλας εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Ἁγίου Πεύματος, δῆλός ἐστιν ἑαυτὸν τοῦ Πνεύματος τῇ γεννήσει καὶ τῇ προβολῇ διακρίνων, ἐπείπερ ὁ μὲν Υἱὸς διὰ τὸ γεννᾶσθαι, τὸ δὲ οὐχ Υἱὸς διὰ τὸ προβάλλεσθαι. Οὐκ ἄρα ἀτελῆ τὴν διάκρισιν ταύτην προσῆκε νομίζειν, ἕως ἂν ἡμῶν αὐτῶν ὦμεν.

96. Ἔτι πῶς ἀτελὴς τῇ Ἐκκλησίᾳ Λατίνων ἡ διάκρισις αὕτη νομίζεται, τελεία δὲ ἡ κατὰ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ; τοὐναντίον γὰρ ἅπαν ἐστί. Δύο γάρ τινων ἐν τῇ τῶν χριστιανῶν θεολογίᾳ ἀναγκαίων ὄντων προϋπο-

---

15 Ps.-Dionysius, *cf. De div. Nomin. II, § 6: MG 3, 644 D.* 19 *cf.* Io. *XVI, 13.*

aliquid est; Pater autem a Spiritu, vel etiam a Spiritu Filius, distinguuntur sane, nullatenus vero qualibet oppositione: Pater enim Spiritus pater non est, quandoquidem neque Spiritus est filius. Iam vero si aliud quidem Filius est, aliud autem Spiritus, et exinde Apostoli differentiam clarissime repetunt, ubinam in his causa et causarum invenitur? Si vero Filius quidem idcirco Filius nominatur, quia generationis modo profluit, tertia autem Persona non filius, sed Spiritus dicitur propter ineffabilem illam processionem, et praecise ex his nominibus ab Apostolis divinae Personae discernuntur, ecquis erit tam audax tamque peritus rerum theologicarum, qui illorum theologiam imperfectam esse minimeque sufficientem arbitretur?

94. Praeterea, si successoribus Apostolorum diversitate exitus, nulloque alio modo, Filius a Spiritu discriminandus esse videtur; si, quemadmodum in antecessum animadvertunt, sic ab illis et unio et distinctio Personarum in divinis statuuntur, prout ipsae nimirum in se vel unitae vel distinctae sunt, nescio revera contra quos Latini bellum inferant. Nam vel doctrinam illorum [*fol. 303v*] non tutam undequaque aut aptam esse dicunt (qua reprehensione etiam ipsi Apostoli plectuntur, et per ipsos in iudicium quoque venit verbum Domini promittentis Spiritum Sanctum docturum esse ipsos veritatem omnem, seu quod est idem, perfectam theologiam); vel, si id negant, prorsus necesse est ut deponatur bellum. Secus enim etiam in divinas res illorum reprehensio excurret, utpote discretas alia ratione, qua opus fuerit, quaeque praeterea secum ipsis constare non valeant.

95. Sed profecto cum Dominus mysterium baptismi Apostolis tradidit, eumque administrandum esse annuntiavit in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, clarissime videtur seipsum a Spiritu per generationem et processionem discriminasse, siquidem qui Filius est, generatione, qui autem non est Filius, processione [constituitur]. Itaque dum nostri compotes simus, imperfectam esse hanc distinctionem arbitrari non debemus.

96. Plura adhuc. Cur Latinorum Ecclesiae differentia haec imperfecta apparet, perfecta vero illa, quae est secundum causam et causatum? Omnino enim contrarium accidit. Et certe cum in christiana theologia duo sint necessario praesupponenda, Filios nempe duos non esse, Filiumque a Spiritu distingui, ex diverso illorum exsistentiae modo satis utrique rei fieri invenimus. Etenim si Filius per

κεῖσθαι, τοῦ τε μὴ εἶναι δύο Υἱοὺς καὶ τοῦ διακρίνεσθαι τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος, ὁ μὲν διάφορος τῆς ὑπάρξεως τρόπος καὶ ἀμφοτέροις ἀρκεῖ. Εἰ γὰρ ὁ μὲν Υἱὸς γεννητός, τῷ δὲ Πνεύματι τοῦτο οὐκ ἔστι, πάντως οὔτε δύο ἐν τῇ Τριάδι Υἱοί, καὶ τὸ γεννώμενον τοῦ μὴ γεγεννημένου διακέκριται. Ἂν δὲ fol. 304r *τὸ Πνεῦμα ἐκ | τοῦ Υἱοῦ ᾖ, ἡ μὲν διάκρισις ἐξανάγκης ἔποιτ᾽ ἄν, ἐπειδὴ τὸ μὲν αἴτιον, τὸ δὲ ἐξ αὐτοῦ· ὥστε δὲ μὴ εἶναι τὸ Πνεῦμα Υἱόν, πόθεν ἂν εἴη δῆλον, ἂν μὴ καὶ ὁ τῆς προβολῆς προσγένηται τρόπος, ἐνδεχομένου τοῦ Πνεύματος εἶναι μὲν ἐκ τοῦ Υἱοῦ, εἶναι δὲ ἐκείνως ὥσπερ οὗτος ἐκ τοῦ Πατρός; Ὥστε τῆς μὲν διακρίσεως τῆς κατὰ τὰς προόδους καὶ ἀμφοτέραις ἀρκούσης ταῖς ὑποθέσεσι, τῆς δὲ κατὰ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ μὴ ἂν ἄλλως ἀρκέσαι δυναμένης, εἰ μὴ καὶ τῆς ἑτέρας δεηθείη, πῶς οὐ τὸ πρᾶγμα ἀντέστραπται, καὶ ἡ μὲν τελεία καὶ ἀνενδεὴς καὶ μόνη τῇ χριστιανῶν θεολογίᾳ προσήκουσα, ἡ δὲ κατὰ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ τοὐναντίον, καὶ διατοῦτο οὐδὲ ἀξία πάροδον ἔχειν ἐν Ἐκκλησίᾳ Θεοῦ;*

97. *Ἔτι οὕτω τὸ γεννᾶσθαι ἴδιον τοῦ Υἱοῦ, ὥσπερ τὸ μὲν ἀγέννητον καὶ τὸ γεννᾶν ἴδιον τοῦ Πατρός, τὸ δὲ ἐκπορεύεσθαι τοῦ Πνεύματος. Ἀλλ᾽ ὁ Πατὴρ πρός τε τὸ Πνεῦμα καὶ τὸν Υἱόν, καὶ τὸ Πνεῦμα πρός τε τὸν Υἱὸν καὶ Πατέρα κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἰδιότητας ἐντελεῶς διακρίνονται. Καὶ τῶν ὄντων δε ἕκαστον ὡσαύτως κατὰ τὴν ἰδιότητα τὴν ἑαυτῶν τῶν ἄλλων χωρίζεται, καὶ οὐδέν ἐστιν ὃ τοῦτον δύναιτ᾽ ἂν κινῆσαι τὸν λόγον, ἕως ἂν τὸ ἑκάστου λεγόμενον ἴδιον καὶ ἀληθῶς ἐκείνου ἴδιον ᾖ. Οὐκοῦν τοῦτο καὶ τῷ Υἱῷ κατὰ πᾶσαν ἀνάγκην ἕψεται, εἴπερ τὴν ἀπόρρητον γέννησιν αὐτῷ μόνῳ προσήκειν φαμέν. Εἰ δὲ πρὸς μὲν τὸν Πατέρα διακριθείη ἂν κατὰ τὴν ἰδιότητα τὴν ἑαυτοῦ* fol. 304v *| ὁ Υἱός, πρὸς δὲ τὸ Πνεῦμα οὐδαμῶς ἢ μετρίως, οὐδὲ κυρίως ἴδιον τὸ τοῦ Υἱοῦ λέγοιτ᾽ ἄν, εἴπερ μηδὲ πρ[ὸ]ς διάκρισιν αὔταρκες. Ἀλλ᾽ εἰ τοῦτο, οὐδὲ ὑπόστασις ὁ Υἱὸς ἀληθῶς, τὸ μὲν κοινὸν τῆς θεότητος ἔχων, κατὰ δὲ τὸ ἰδιάζον καὶ λίαν ἐνδεὴς ὤν. Οὕτω γὰρ οἱ Πατέρες ὥρισαντο τὴν θείαν ὑπόστασιν τὸ κοινὸν μετὰ τοῦ ἰδιάζοντος οὕτω καλοῦντες, ὥστε εἰ τὸ γεννᾶσθαι ἴδιόν ἐστι θείου Προσώπου, τὰ δὲ ἴδια τῶν Προσώπων ἱκανὰ πρὸς διάκρισιν, ὥστε διακρῖναι τῶν Προσώπων ἕκαστον πρὸς τὰ λοιπὰ δύο, καὶ τὸ γεννᾶσθαι ἄρα ἱκανώτατον διακρῖναι τὸν Υἱὸν καὶ Πατρὸς καὶ Πνεύματος. Οὐκ ἄρα τὸ γεννᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι διάκρισις ἀτελής, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀρκοῦσα, καὶ εἰ μὴ Λατίνοις δοκεῖ.*

---

25 **προς** Ms.

generationem exsistit, Spiritus autem non hoc modo, plane fit ut et in Trinitate duo Filii non adsint, et Persona generata a non generata secernatur. E contrario, si Spiritus [*fol. 304*[r]] ex Filio esset, distinctio quidem necessario sequeretur, utpote alius causa, alius ex causa esset; at vero Spiritum Filium non esse, undenam, quaeso, pateret, nisi processionis modus adiungeretur, cum profecto Spiritus ex Filio exsistentiam acciperet, acciperet autem illo modo, quo eam Filius ex Patre haurit? Itaque distinctio, quae ex diversis modis prodeundi sumitur, sufficit ambobus salvandis fundamentis; quae vero ex causa et causato adstruitur, non aliter sufficiens haberi potest, quam alterutro deficiente. Quare igitur terminos non permutabimus, nostramque distinctionem perfectam esse censebimus, nullius indigentem, solamque christianae theologiae accommodatam; de alia vero causae et causati contrarium prorsus existimabimus, ideoque nullum ipsam ad Dei Ecclesiam aditum obtinendi dignam fore?

97. Praeterea, ita proprium est Filii quod generetur, sicut proprium est Patris ingenitum esse vel generare, et Spiritus Sancti quod procedat. Sed Pater relate ad Spiritum et ad Filium, et pariter Spiritus relate ad Filium et ad Patrem per ipsorum proprietates perfecte distinguuntur. Imo etiam unaquaeque naturalium rerum per attributa sibi propria ab aliis similiter secernitur, nihilque tandem afferri poterit, quod ab hac ratione dimoveatur, dummodo id, quod uniuscuiusque proprium dicitur, revera eiusdem proprium esse pergat. Igitur necessarium omnino est id etiam de Filio verificari, siquidem ipsi soli ineffabilem generationem convenire asserimus. Iam vero, si Filius secundum proprietatem sibi inhaerentem distingueretur quidem [*fol. 304*[v]] a Patre, a Spiritu autem nullo modo, vel non integre saltem; tunc profecto neque id, quo Filius est, utpote ad distinctionem insufficiens, proprium ipsi revera diceretur. Quodsi id non obtinet, ne hypostasis quidem Filius vere est, cum habeat sane id, quod est divinitatis commune, careat vero ea potissimum re, qua proprietas eius consistit. Sic enim Patres, coniungendo cum propriis quod commune est, divinam hypostasim definierunt, ita ut, si generari proprietas est divinae cuiusdam Personae (quae vero propria Personarum sunt, ad distinctionem sufficiunt, uniuscuiusque, scilicet, a reliquis duabus), profecto etiam generari sufficientissima proprietas sit, qua Filius et a Patre et a Spiritu distinguatur. Nequaquam igitur imperfectam differentiam constituunt generari et procedere, sed maxime sufficientem, quamtumvis aliud Latinis videatur.

98. *Ἔτι καὶ σαφέστερον δεικτέον ἐστὶ τὴν (οὐκ οἶδα ὅτι καὶ φῶ) ἢ διαφωνίαν, ἢ μάχην, ἢ διαστροφὴν Λατίνων πρὸς τὰς τῆς Ἐκκλησίας δόξας. Θωμᾶς γὰρ ἐν μὲν τῷ ἑβδόμῳ κεφαλαίῳ· «Ἀδύνατον — φησί — καθ' ἑτέραν τινὰ σχέσιν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λέγεσθαι, εἰ μὴ κατά τινα αἰτίαν, αὕτη γὰρ μόνη ἡ διάκρισις ἐν τοῖς θείοις εὑρίσκεται». Ἐν δὲ τῷ παρόντι ἑαυτοῦ κεφαλαίῳ· «Λείπεται τοίνυν — φησί — τὰ θεῖα Πρόσωπα μὴ δύνασθαι διακρίνεσθαι, εἰ μὴ τῇ κατ' αἰτίαν ἀναφορικῇ ἀντιθέσει». Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ταῦτα· τοῖς δὲ τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλοις, εἴ τις ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἀρξάμενος σκοποίη, | (fol. 305r) οὐ πάνυ τοι τὰ τοιαῦτα ἀληθῆ δοκεῖ. Ὁ γὰρ τῆς ὑπάρξεως διάφορος τρόπος τῶν τριῶν θεαρχικῶν Προσώπων οὕτως εἰς διάκρισιν αὐτοῖς ἤρκεσεν, ὡς δεῖσθαι μηδενὸς ἔτι, καὶ οὐδαμοῦ ἐν τοῖς τρόποις τούτοις ἡ κατὰ τὰ πρός τι ἀντίθεσις.*

99. *Δῆλον δέ. Ὥσπερ τὸ γεννᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι διάφοροι τρόποι ὑπάρξεων ἐδείχθησαν ἐπὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, οὕτω καὶ τὸ ἀγέννητον ὁ Μέγας Βασίλειος τρόπον ὑπάρξεως ἀπέδωκε τῷ Πατρί. Φησὶ γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Εὐνόμιον· «Ὁ δὲ τὸ ἄναρχον οὐσίαν εἶναι λέγων, παραπλήσιον ποιεῖ ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐρωτώμενος τίς ἡ τοῦ Ἀδὰμ οὐσία καὶ τίς ἡ φύσις αὐτοῦ, ὁ δὲ ἀποκρίνοιτο τὸ μὴ ἐκ συνδυασμοῦ ἀνδρὸς καὶ γυναικός, ἀλλ' ἐκ τῆς θείας χειρὸς διαπλασθῆναι. Ἀλλ' οὐχὶ τὸν τρόπον τῆς ὑπάρξεως ζητῶ, φήσειεν ἄν τις, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ὑλικὸν ὑποκείμενον, ὃ πολλοῦ δέω μανθάνειν διὰ τῆς ἀποκρίσεως· τοῦτο δὲ καὶ ἡμῖν συμβαίνει ἐκ τῆς τοῦ ἀγεννήτου φωνῆς, τὸ πῶς τοῦ Θεοῦ μᾶλλον ἢ αὐτὴν τὴν φύσιν διδασκομένοις». Οὕτω μὲν οὖν καὶ τὸ ἀγέννητον τρόπος ὑπάρξεως ἐπὶ τοῦ Πατρὸς ἀποδέδεικται.*

100. *Τούτων δὲ κειμένων, ἴδωμεν τί ποτε τοῖς θεολόγοις περὶ τῆς διακρίσεως τῶν θείων Προσώπων ἔδοξεν. Ὁ μὲν θεῖος Γρηγόριος ἐν τοῖς Περὶ Υἱοῦ τὴν θεολογίαν τὴν καθ' ἡμᾶς ὁριζόμενος, φησί· «Διατοῦτο ἐπὶ τῶν ἡμετέρων | (fol. 305v) ὅρων ἱστάμενοι, τὸ ἀγέννητον εἰσάγομεν καὶ τὸ γεννητὸν καὶ τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, ὥς πού φησιν ὁ Θεὸς καὶ Λόγος». Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς Περὶ Πνεύματος· «Αὐτὸ δὲ τὸ μὴ γεννῆσθαι καὶ τὸ*

---

3 AQUINAS, *Summa contra Gent. IV, 24 (Vat. gr. 616 f. 219v; vel 613 f. 406r). — Remittit* CABASILAS *ad argumentum 7 Latinorum: in Ms. ad fol. 172r.* 6 AQUINAS *(argum. Latinorum 35), Summa contra Gent. IV, 24 (Vat. gr. 616 f. 220v; vel 613 f. 402v).* 17 BASILIUS, *I contra Eunomium, 15: MG 29, 548 AB.* 28 NAZIANZENUS, *Orat. XXIX, 2 (theol. III), I De Filio (cum implic. citat.* Io. *XV, 26): MG 36, 76 C.* 31 NAZIANZENUS, *Orat. XXXI, 9 (theol. V), De Spiritu Sancto: MG 36, 141 D-144 A.*

98. Adhuc autem clariori in luce collocanda est (nescio quo illam nomine appellem) discrepantia, vel contentio, vel perversitas Latinorum erga fidem Ecclesiae. Etenim Thomas in capite septimo[1] aiebat: « Non potest autem secundum aliam habitudinem Spiritus Sanctus dici Spiritus Filii Dei, nisi secundum aliquam originem: quia haec sola distinctio in divinis invenitur ». Et in praesenti capite: « Relinquitur igitur — ait —, quod divinae Personae distingui non possunt, nisi oppositione relativa secundum originem ». Sed haec quidem ille; Ecclesiae vero Doctoribus, si quis ex Apostolis initia inquisitionis sumit, [*fol. 305ʳ*] nullatenus huiusmodi res veritati conformes esse videntur. Ipsis enim adeo diversitas modorum exsistentiae trium divinarum Personarum sufficiens pro earumdem differentia fuit, ut, licet in modis his nequaquam adsit oppositio illa relativa, nihil amplius esset requirendum.

99. Manifesta autem res est. Quemadmodum enim, ut demonstratum est, generari et procedere diversi sunt modi exsistentiae pro Filio et Spiritu, ita etiam Magnus Basilius tanquam modum exsistentiae Patri attribuit quod ingenitus sit. Ait enim in primo contra Eunomium: « Porro esse sine principio, essentiam esse qui dicit, non aliter facit ac si quis, interrogatus quae fuerit essentia Adae et quae ipsius natura, respondeat non ex coitu viri et mulieris, sed divina manu conformatum eum fuisse. At, inquiet quis, non modum, quo subsistat, inquiro, sed ipsum materiale hominis subiectum: quod longe absum ut discam ex responsione. Hoc autem nobis etiam contingit, cum ex ' Ingeniti ' voce magis quomodo Deus sit, quam quae sit eius natura edoceamur ». Sic igitur per Ingeniti proprietatem modus, quo Pater exsistit, demonstratur.

100. His ergo positis, videamus quid tandem theologi de divinarum Personarum distinctione docuerint. Divum Gregorium consulamus, qui in orationibus de Filio theologiam nostram definiendo ait: « Proinde finibus nostris [*fol. 305ᵛ*] nosmet continentes, ingenitum et genitum inducimus, et ex Patre procedentem, ut quodam loco Deus ipse ac Verbum pronuntiavit ». Et denuo ipse in oratione de Spiritu [Sancto]: « Quin potius — inquit — ex his verbis: quod genitus non sit et quod genitus et quod procedat, hoc effectum est

---

[1] Id est, in argumento 7 Latinorum ad fol. 172ʳ. – Praesens caput, quod statim nominatur, est argumentum Latinorum 35, cuius nunc refutationem instituit CABASILAS.

γεννῆσθαι καὶ τὸ ἐκπορεύεσθαι, τὸν μὲν Πατέρα, τὸν δὲ Υἱόν, τὸ δὲ τοῦθ' ὅπερ λέγεται Ἅγιον Πνεῦμα προσηγόρευσεν, ἵνα τὸ ἀσύγχυτον σῴζηται τῶν τριῶν ὑποστάσεων».

101. *Ὁ δὲ μακάριος Ἰωάννης ὁ Σύρος τὴν ἀκοινώνητον διάκρισιν ὥσπερ ὑποδεικνὺς τῶν θείων Προσώπων, ἐν ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τῶν Θεολογικῶν, τοιάδε φησί· «Διὰ τὸν Πατέρα ἔχει καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα πάντα ἃ ἔχει, τουτέστι, διὰ τὸ τὸν Πατέρα ἔχειν αὐτά, πλὴν τῆς ἀγεννησίας καὶ τῆς γεννήσεως καὶ τῆς ἐκπορεύσεως· ἐν ταύταις γὰρ μόναις ταῖς ὑποστατικαῖς ἰδιότησι διαφέρουσιν ἀλλήλων αἱ ἅγιαι τρεῖς ὑποστάσεις». Οἱ μὲν καθηγεμόνες τῆς πίστεως ἡμῶν τὰς θεαρχικὰς τῶν ὑποστάσεων διακρίνοντες, ταῦτα· καὶ οὐδαμοῦ ἐν τούτοις ἡ κατὰ τὰ πρός τι διαφορά. Οὔτε γὰρ τὸ ἀγέννητον τοῦ γεννητοῦ κατὰ τὰ πρός τι διΐσταται, οὔτε μὴν οὐδαμῶς ταύτῃ γε τοῦ ἐκπορευτοῦ, ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο τοῦ γεννητοῦ. Λατῖνοι δέ, τοὐναντίον ἅπαν, μὴ δύνασθαί φασι τὰ Πρόσωπα διακρίνεσθαι, εἰ μὴ κατά τινα αἰτίαν· αὕτη γὰρ μόνη ἡ διάκρισις ἐν τοῖς θείοις. Φανερᾶς δὲ οὔσης τῆς μάχης, ποτέρους νομιοῦμεν προτέρους; ἐγὼ μὲν τοὺς διδασκάλους ἂν φαίην.*
fol. 306r | *Οὐκ ἄρα μόνῃ τῇ ἀντιθέσει τῇ κατὰ τὰ πρός τι τὰ θεῖα διακρινοῦμεν, ἀλλ' ἐνίας μὲν τῶν διακρίσεων εἶναι κατὰ τά πρός τι, ὥσπερ ἐπὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ προβολέως καὶ προβλήματος, καὶ πᾶσα ἀνάγκη· πάσας δὲ ἀνάγειν ἐκεῖ, ἀδύνατον.*

102. *Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Λατῖνοι ἂν εἴποιεν ὡς ἄλλο ἐστι τῷ Υἱῷ εἶναι, καὶ ἄλλο προβολεῖ αὐτῷ εἶναι, εἴ γε ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα· προβολεὺς μὲν γὰρ πρὸς τὸ Πνεῦμα, Υἱὸς δὲ πρὸς τὸν Πατέρα, διακριθείη δ' ἂν καὶ κατ' ἀμφότερα τοῦ Πνεύματος. — Ἀλλ' ἡ μὲν τῶν διακρίσεων κατὰ τὰ πρός τι, πρόβλημα γὰρ τὸ Πνεῦμα· ᾗ δὲ τὸ μὲν Υἱός, τὸ δὲ πρόβλημα οὐκ ἂν διακριθείη κατὰ τὰ πρός τι, ὥστε καὶ κατὰ τὴν ἐκείνων ὑπόθεσιν οὐδεμία ἀνάγκη πᾶσαν διάκρισιν ὑπὸ τὰ πρός τι ἀνάγεσθαι.*

103. *Καὶ πάλιν Λατῖνοι μὲν μὴ ἀρκεῖν φασι πρὸς διάκρισιν τῶν θείων Προσώπων τοὺς διαφόρους τῶν ὑπάρξεων τρόπους· τοῖς δὲ τῶν ἀποστόλων διαδόχοις καὶ πάνυ γε ταῦτα ἔδοξεν ἱκανά. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Ἰουστῖνος ἐν τῷ Περὶ Πίστεως τρίτῳ κεφαλαίῳ· «Τὸ ἀγέννητον καὶ γεννητὸν καὶ*

---

6 Damascenus, *De Fide Orthodoxa I, 8: MG 94, 824 B.* 31 Ps.-Iustinus, *Expositio rectae Confessionis, 3: MG 6, 1212 AB.*

ut alius Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus appelletur, atque ita inconfusa trium Personarum distinctio... conservetur ».

101. Beatus autem Ioannes Syrus, velut demonstrans incommunicabilem differentiam divinarum Personarum, in hunc modum in octavo theologicorum capite loquitur: « Rursusque propter Patrem habet Filius quidquid habet, et Spiritus; hoc est, propterea quod Pater haec habet: modo tamen ingeniti, geniti et processionis proprietates excipias. In his enim duntaxat proprietatibus tres Sanctae Trinitatis Personae inter se distinguuntur ». Haec igitur antesignani nostrae fidei, cum hypostases divinas discriminare, intendunt; nec ullibi in his locis differentia illa relativae oppositionis invenitur. Neque enim ingenitum a genito relative, nec profecto sic a procedente ullo modo separatur; sed neque hic a genito ita distinguitur. At vero Latini contrarium omnino effingunt, quippe qui divinas Personas nullo alio modo discriminari posse aiant, nisi secundum aliquam causam: quia haec sola distinctio in divinis invenitur. Nunc vero cum oppositio perspicua sit, quosnam praestantiores esse iudicabimus? Equidem pro Doctoribus suffragium ferrem. [*fol. 306*[r]] Non ergo sola relativa oppositione divinas Personas distinguemus; sed quibusdam certe distinctionem, quae relationem importat, convenire, et quidem necessario, dicimus, quemadmodum sunt Pater et Filius, spirans et spiratus; pro omnibus autem hanc inducere, nefas arbitramur.

102. Nihilo tamen minus Latini forsan dicerent aliud esse Filio Filium esse, et aliud eidem Spiratorem esse (si modo ex ipso Spiritus est); nam qua Spirator est, ad Spiritum [refertur], qua Filius, ad Patrem; discriminatur autem a Spiritu quoad utrumque. Sed, tunc, una ex distinctionibus relativa esset, quia Spiritus spiratur; quatenus autem hinc Filius, hinc vero spiratus ponitur, relativa distinctio iam non haberetur; ac proinde nihilo cogeremur distinctionem quamlibet, secundum illorum hypothesim, sub ordine relativae oppositionis collocare.

103. Rursus. Latini quidem asserunt ad discrimen divinarum Personarum non sufficere exsistentiae modos esse diversos; successoribus vero Apostolorum illos plane aptos esse visum est. Ait enim divus Iustinus in tertio capite de fide: « Ingenitum, Genitum et Procedens non essentiam declarant, sed hypostases significant. Satis enim sunt nobis ad discernendas Personas; et Patris et Filii et Spiritus Sancti peculiariter cuiusque indicant hypostasim ». Quomodo

ἐκπορευτὸν οὐκ οὐσίας δηλωτικά, σημαντικὰ δὲ τῶν ὑποστάσεων εἰσίν· ἱκανὰ γὰρ ἡμῖν διακρῖναι τὰ Πρόσωπα, καὶ τὴν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ Ἁγίου Πνεύματος ἰδιαζόντως δεικνύειν ὑπόστασιν». Τίς ἂν ἐνέγκαι τὴν τοσαύτην πρὸς τὰς ἀποστολικὰς παραδόσεις διαφωνίαν;

104. *| Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ ⌈δευτέρῳ καὶ⌉ τρίτῳ τῶν Περὶ Πίστεως κε-*
fol. 306v *φαλαίων· « Τὸ ἀγέννητον καὶ γεννητὸν καὶ ἐκπορευτὸν οὐκ οὐσίας ὀνόματα, ἀλλὰ τρόπος ὑπάρξεως τοῖς ὀνόμασι τούτοις χαρακτηρίζεται· ἡ δὲ τῆς οὐσίας δήλωσις τῇ « Θεὸς » ὀνομασίᾳ σημαίνεται, ὡς εἶναι τὴν διαφορὰν τῷ Πατρὶ πρὸς τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα κατὰ τὸν τῆς ὑπάρξεως τρόπον· ᾗ γὰρ ὁ μὲν ἔχει τὸ εἶναι ἀγεννήτως, ὁ δὲ γεννητῶς, τὸ δὲ ἐκπορευτῶς, τὰ τῆς διαφορᾶς ἐπιθεωρεῖσθαι πέφυκε». Ποῦ ποτε ἐν τούτοις ἡ κατὰ τὰ πρός τι ἀντίθεσις; ποῦ δὲ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐξ αἰτίας; Θωμᾶς δέ· « Οὐ δύνανται — φησί — διακρίνεσθαι τὰ θεῖα, εἰ μὴ τῇ κατ' αἰτίαν ἀναφορᾷ». Οὐκ ἄρα οὐδ' ἡμᾶς δίκαιον τὴν τοιαύτην φωνὴν καταδέχεσθαι, ἕως ἂν πρὸς τοὺς ἀποστόλους βλέπωμεν.*

105. *Ἔτι τῶν ἐν τῇ θεολογίᾳ διακρίσεων μὴ δυναμένων εἰς τὰ πρός τι πασῶν ἀνάγεσθαι, ὡς ἐδείξαμεν, ἡμεῖς πάσας ἱκανῶς διακρίνειν φαμέν, καὶ οὐδεμιᾶς αὐτῶν οὐδέπω κατέγνωμεν, οὐδ' ἂν καταγνοίημεν, ἕως ἂν ὦμεν ἡμῶν αὐτῶν, οὐδὲν γὰρ ἀτελὲς ἐκεῖ οὐδ' ἐξίτηλον οὐδ' οἷον ἂν δικαίως αἰτίαν δέξαιτο. Λατῖνοι δὲ τὰς μὲν ὡς ἀτελεῖς ἐλαύνοντες, τὰς δὲ κατὰ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ κηρύγματι κατάγοντες ἑαυτῶν, ἔλαττον ἂν εἰκότως δια-*
fol. 307r *μαρτεῖν ἐνομίζοντο, εἰ τὰς μὲν ἑτέρας μᾶλλον διακρίνειν | ἔλεγον, ἧττον δὲ τὰς κατὰ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ. Διατί; ὅτι αἱ μὲν εἰ καὶ διακρίνουσι, ἀλλὰ καὶ εἰς ἕνωσιν φέρειν αὐτάρκεις, αἱ δὲ μὴ κατ' αἰτίαν, διακρίνουσι μόνον, ἑνοῦσι δὲ οὐδαμῶς· τοῦτο δὲ ἐκείνου πρὸς διάκρισιν μᾶλλον δράσειεν ἄν.*

106. *Δῆλον δέ. Πατὴρ γὰρ καὶ Υἱὸς κατ' αὐτό γε καὶ διακέκριται καὶ μὴν*

---

5 *δευτέρῳ καὶ*] tollendum videtur; vid. notam 6 infra.

---

6 Ps.-Iustinus, *Expositio rectae Confessionis, 3: MG 6, 1209 B. (Notabis nihil huiusmodi inveniri ad caput 2* Ps.-Iustini; *ideoque verba* Cabasilae *«δευτέρῳ καὶ» expungenda censeo).* 12 Aquinas, *Summa contra Gent. IV, 24 (Vat. gr. 616 f. 220v; vel 613 f. 407v).*

igitur adeo magna discrepantia ab apostolicis traditionibus tolerari poterit?

104. [*fol. 306*[v]] Et denuo ipse [Iustinus] in tertio capite de fide: «Ingenitum, Genitum et Procedens — inquit — non essentiae sunt nomina, sed modi exsistentiae, atque his nominibus denotatur modus exsistentiae; essentiae autem notio Dei appellatione significatur, ita ut Patri quidem differentia sit a Filio et a Spiritu secundum exsistentiae modum, ⟨identitas autem secundum essentiae rationem⟩.[1] Quatenus ille quidem ingenite habet esse, hic autem genite, et Spiritus procedendo, differentia his spectari solet». Ubinam in his oppositio relativa? Ubinam causa et ex causa profluens? Thomas autem: «Divinae Personae — ait — distingui non possunt, nisi oppositione relativa secundum originem». Igitur iustum est ut nos, dum ad Apostolos oculos convertimus, illa verba non recipiamus.

105. Addas, quaeso, illud: cum in Deitate non omnes distinctiones ad relativas, ut ostendimus, reduci possint, asserimus omnes illas ad distinguendum pares esse, nullasque earum reprehendimus nec reprehendemus, dum nostri compotes esse pergamus, quoniam in illis nihil quidquam imperfectum aut inefficax invenitur, nihil quidquam, quod iure redargui mereatur. Latini vero, qui alias quidem ut imperfectas reiciunt, alias autem, scilicet eas, quae sunt secundum causam et causatum, per praeconem ipsorum introducunt, minus forsitan errasse crederentur, si dicerent potiori iure illas ad distinctionem aptas esse, [*fol. 307*[r]] non adeo autem has, quae ex causa et causato repetuntur. Quam ob causam? quia hae quidem, etsi discernere possint, idoneae tamen sunt etiam ut ad unionem ducant; quae vero secundum causam non se habent, discernunt solummodo, nequaquam uniunt; quod certe potius quam illud ad distinctiones stabiliendas aptum est.

106. Exinde res patebit: Pater enim et Filius secundum idem et distinguuntur et profecto uniuntur. Quid enim ad rationem unitatis et communionis in natura propius feret, quam quod ille quidem genuerit, hic autem generatus exsistat? Dicit enim divus Gregorius in oratione de Filio: «Filius ergo mihi dici videtur, quia essentia idem

---

[1] Haec verba uncinis inclusa a Cabasila omittuntur.

καὶ ἥνωται. Τί γὰρ εἰς ἑνώσεως καὶ συμφυσίας λόγον αἴτιον ἄλλο γένοιτ' ἄν, ἢ ὅτι ὁ μὲν γεγέννηκεν, ὁ δὲ ἐγεννήθη; Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Γρηγόριος ἐν μὲν τῷ Περὶ Υἱοῦ λόγῳ· «Δοκεῖ γάρ μοι λέγεσθαι Υἱός, ὅτι ταὐτόν ἐστι τῷ Πατρὶ κατ' οὐσίαν, καὶ οὐκ ἐκεῖνο μόνον, ἀλλὰ κἀκεῖθεν». Ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ καὶ ἡ ἕνωσις καὶ ἡ διάκρισις γνώριμος· εἰπὼν γὰρ ὁ διδάσκαλος ὅτι ταὐτόν εστι κατ' οὐσίαν, ἐπήγαγε· «Καὶ οὐκ ἐκεῖνο μόνον, ἀλλὰ κἀκεῖθεν»· τοῦτο δέ ἐστι διακρίνοντος. Ἐν δὲ τῷ Περὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος λόγῳ· «Οὐ γὰρ ἐπειδή — φησί — κατά τινα σχέσιν ὑψηλοτέραν Υἱὸς ὁ Υἱός (οὐ δυνηθέντων ἡμῶν ἄλλως ἢ οὕτως ἐνδείξασθαι τὸ ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ ὁμοούσιον), ἤδη καὶ πάσας οἰητέον τὰς κάτω κλήσεις καὶ τῆς ἡμετέρας συγγενείας μεταφέρειν ἐπὶ τὸ θεῖον». Ἐνταῦθα ἀνάπαλιν πρότερον τὴν διάκρισιν δείξας διὰ τοῦ εἰπεῖν «ἐκ τοῦ Θεοῦ», τὴν ἕνωσιν προσέθηκε διὰ τῆς τοῦ «ὁμοουσίου» φωνῆς. Τοῦτο καὶ περὶ τοῦ προβολέως καὶ τοῦ προ-
fol. 307v βλήματος λέγειν ἐστίν· ἀλλὰ τὸ ἀγέννητον καὶ γεννητὸν καὶ | ἐκπορευτόν, ἕκαστον πρὸς ἑκάτερον, ἑτερότητα μόνον, οὐ μὴν ταὐτότητα, δείκνυσιν οὐδεμίαν. Ὥστε εἰ ὅλως Λατίνους διακρίσεις διακρίσεων προτέρας ἄγειν ἐχρῆν καί τι καὶ λέγειν δοκεῖν, τὰς τὸν διάφορον τῆς ὑπάρξεως τρόπον δεικνύσας μᾶλλον ἑλέσθαι ἔδει, ὡς μόνον διακρινούσας, τῶν ἄλλων ἐχουσῶν καὶ τοῦτο κἀκεῖνο.

107. Ἔτι ὁ θεῖος Διονύσιος, ὡς ἐν τῷ δευτέρῳ δέδεικται λόγῳ, περὶ πάσης θείας ἑνώσεως καὶ διακρίσεως λέγειν ἐπαγγειλάμενος, καὶ τηρήσειν τὰ ἐν ταῖς γραφαῖς περὶ τούτων ἀπλήθυντα καὶ ἀμείωτα, οὐδαμοῦ φαίνεται διελὼν τὸν Υἱὸν ἀπὸ τοῦ Πνεύματος κατὰ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ. Οὐκ ἄρα ᾔδει τὴν διάκρισιν ταύτην ἐν ταῖς γραφαῖς. «Καθόλου δὲ οὐ τολμητέον εἰπεῖν οὔτε μὴν ἐννοῆσαι περὶ Τριάδος παρὰ τὰς τοῦ Πνεύματος ἀποφάσεις», αὐτὸς ἂν καὶ μάλα δικαίως εἴποι. Εἰ δὲ τὴν μὲν διάκρισιν τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ, ἐπὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος οὐδὲ ἐννοῆσαι θέμις, διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐν ταῖς γραφαῖς, τὴν δὲ κατὰ τὰς διαφόρους προόδους ἀτελῆ καὶ μὴ αὐτάρκ[η] καὶ Λατῖνοι καὶ Θωμᾶς οἴ[ον]ται, οὐκ ἄρα διακεκριται τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱός, οὐδὲ Τριὰς ὁ Θεός. Ἀλλ' ἄτοπον· καὶ μὴν εἰ οὐ μόνον ἱκανὰ πρὸς διάκρισιν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος τὸ γεννᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι δέδεικται, ἀλλὰ καὶ μόνην ταύτην διάκρισιν ἐκ τῶν θεοπνεύστων γρα-
fol. 308r φῶν ἐδιδάχθημεν, Λατῖνοι δὲ | τἀναντία τούτων φασί, τί τις ἂν ποιήσειε πρὸς τοσαύτην ἀνωμαλίαν; Ταύτῃ τοι καὶ ὁ θεῖος Γρηγόριος διαρρήδην

29 αὐτάρκὴ Ms. || οἶεται Ms.

3 Nazianzenus, *Orat. XXX*, 20 *(theol. IV)*, *II De Filio: MG 36, 128 D.*
8 Nazianzenus, *Orat. XXXI*, 7 *(theol. V)*, *De Spiritu Sancto: MG 36, 140 CD.*
24 Ps.-Dionysius, *De div. Nomin. I*, *§ 1: MG 3, 588 A.*

est cum Patre; neque id solum, sed quia etiam ex illo est ». In hoc quidem loco et unionis et distinctionis notae apparent: cum enim Doctor protulisset illum essentia eundem cum Patre esse, adiunxit: « neque id solum, sed etiam quia ex illo est »; quod sane ad distinctionem confert. In oratione vero de Spiritu Sancto: « Non enim, quia secundum excelsiorem quandam relationem Filius est Filius (quod, videlicet, aliter quam hoc modo, indicare nequeamus id, quod ex Deo est, essentiaque idem cum ipso), idcirco terrena quoque omnia cognationisque nostrae nomina ad Deum necessario transferenda esse putandum est ». In hoc autem loco prius, e contra, discrimen indicavit, verba illa « ex Deo » adhibendo; at quod unionem infert apposuit loquutione illa: « essentiaque idem cum ipso ». Id ipsum quoque de spirante et spirato dicere fas est. Sed Ingenitum, Genitum et [*fol. 307*v] Procedens, unumquodque relate ad aliud, diversitatem solummodo, non quidem identitatem ullam ostendunt; ita ut, si in universum liceret Latinis distinctiones distinctionibus praestantiores afferre et de illis iudicium pronuntiare, opportunum esset potius illas, quae modorum exsistentiae differentiam prae se ferunt, seligere, utpote solum ad distinguendum aptas; dum aliae non solum hoc, sed etiam aptitudinem ad unionem secum habent.

107. Denique divus Dionysius, sicut in secundo tractatu demonstratum est,[1] cum de omnibus unionibus et distinctionibus divinis sermonem instituere praenuntiasset, et promisisset se ea, quae de his rebus in Scriptura exstant, immultiplicata et immutata servaturum, nullibi apparet Filium a Spiritu ratione causae et causati discriminasse; ergo hanc distinctionem in Scripturis ipse non invenit. « Universe igitur audendum non est vel dicere vel cogitare quidquam de Trinitatis mysterio, praeter id, quod a Spiritu [Sancto] declaratum est », optimo quidem iure ipse dicere posset. Quodsi distinctionem illam de causa et causato nefas est de Filio et Spiritu cogitare, eo quod in Scripturis non inveniatur, alia vero, quae ex differentia progressionum eruitur, ut imperfecta et insufficiens a Latinis et a Thoma existimatur, nihil ergo discernuntur Filius et Spiritus, nec Deus Trinitas est. Verum enim vero id absurditatem parit. Et re quidem vera cum non modo generari et procedere demonstrata sint ad distinctionem apta, sed etiam unam hanc distinctionem a divinitus inspiratis Scripturis edocti simus; Latini autem [*fol. 308*v] omnino his contrarium proferant, quid tandem ad tantam anomaliam fieri

---

[1] Alludit Cabasilas ad alteram ex illis quinque dissertationibus, quae partem secundam totius Trinitarii sui operis constituunt. (Cf. fol. 66r ss.).

αὐτὸ τοῦτο δεικνύς, ὡς οὐκ ἔστιν ἄλλως διακρίνεσθαι τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱόν, ἢ κατὰ τὰς διαφόρους προόδους, νῦν μέν φασι· «Πάντα ὅσα τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ Πνεύματος, πλὴν τῆς υἱότητος», νῦν δέ· «Πάντα ὅσα ὁ Υἱός, τοῦ Πνεύματος, πλὴν τῆς γεννήσεως». Εἰ δὲ καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος αἴτιος, οὐκ ἄρα ἀληθὴς ὁ λόγος «πάντα τὰ τοῦ Υἱοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα ἔχειν, πλὴν τῆς γεννήσεως»· τὴν γὰρ αἰτίαν ἔχειν καὶ τὸ Πνεῦμα, παγχάλεπον. Ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς τῶν θείων Προσώπων διακρίσεως ἱκανὰ καὶ ταῦτα.

108. Κεφάλαιον δὲ τοῦ λόγου· εἰ καὶ πάντα τὰ εἰρημένα Θωμᾷ καὶ Λατίνοις ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ μετὰ τῆς ἀληθείας ἦν, καὶ πάντα θεῖα καὶ ἀνθρώπινα τοῖς ἐκείνου συνέβαινε, καὶ οὐδὲν ἀντιβαῖνον ἦν τοῖς λόγοις τοῖς αὐτοῦ, οὐδ᾽ οὕτω συμπεραίνειν εἶχε τὸ βούλημα τὸ ἑαυτοῦ. Τούτων γὰρ ὑποκειμένων, εἴ τις πάντα συγχωρήσειε, συνάγεται μὲν ἐξανάγκης ὅτι τῷ αἰτίῳ καὶ τῷ ἐξ αὐτοῦ ὁ Υἱὸς τοῦ Πνεύματος διακρίνεται. Ὅτι δὲ ὁ μὲν Υἱὸς αἴτιος, τὸ Πνεῦμα δὲ ἐξ αὐτοῦ, οὐδὲν μᾶλλον ἢ τοὐναντίον· ἔξεστι γὰρ καὶ ἡμῖν, ὑποθεῖσιν ἐκεῖνα, οὐδὲν ἧττον δεῖξαι τὸ μὲν Πνεῦμα αἴτιον, ἐκ τούτου δὲ τὸν Υἱόν.

109. Εἰ δὲ λέγοιεν· ἀλλὰ τοῦτο οὐκ ἐνδέχεται, διὰ τὸ τὸ μὲν Πνεῦμα τοῦ Υἱοῦ
fol. 308v λέγεσθαι καὶ παρ᾽ αὐτοῦ δίδοσθαι, | οὗ τὸ ἀνάπαλιν δέ, οὐκ ἀναγκαῖος ὁ λόγος· δέδεικται γὰρ μὴ διὰ τὴν αἰτίαν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἢ τοῦ Υἱοῦ λέγεσθαι ἢ παρ᾽ αὐτοῦ δίδοσθαι. Εἰ δὲ καὶ πάλιν φαῖεν· ἀλλὰ ῥητῶς ἀπείρηται μὴ εἶναι τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πνεύματος, ἀλλ᾽ ὡσαύτως καὶ τοῦτο διαρρήδην ἀπηγόρευται μὴ εἶναι τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ, καὶ μὴ ἔχειν τὸν Υἱὸν τὴν αἰτίαν τοῦ Πνεύματος.

110. Εἰ δὲ καὶ πάλιν λέγοιεν· ἀλλὰ τὸ γεννᾶν μόνῳ τῷ Πατρὶ πρόσεστι, καὶ οὐκ ἂν γένοιτο τοῦτο καὶ τῷ Πνεύματι, ὥστε εἶναι ἐκ τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱόν, οὐκοῦν εἴη ἂν τοὐναντίον, ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον· — ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦτο πρὸς ἀνάγκην κατ᾽ αὐτοὺς εἰπεῖν. Ὥσπερ γὰρ τὸ γεννᾶν μόνῳ τῷ Πατρὶ προσεῖναι διαρρήδην εἴρηται, οὕτω δὲ καὶ μόνην πηγὴν εἶναι τὸν Πατέρα θεότητος εἴρηται, καὶ πάντα τὰ τοῦ Πατρός, καὶ τοῦ

2 Nazianzenus, *Orat. XXXIV, In Aegyptiorum adventum, 10: MG 36, 252 A.* 3 Nazianzenus, *Orat. XLI, In Pentecosten, 9: MG 36, 441 C.*

posset? Quapropter et divus Gregorius explicite id ipsum suggerens, Filium nempe a Spiritu non discerni nisi secundum emanationis diversitatem, nunc quidem ait: « Quidquid Filius habet, idem quoque Spiritus Sancti est, praeter filiationem », nunc vero: « Omnia quaecumque Filius [habet], Spiritus Sancti sunt, si generationem excipias ». Age iam, si Filius auctor quoque est Spiritus [Sancti], nequaquam vera procedit illa ratio: « omnia quae Filii sunt, etiam Spiritus sunt, praeter generationem », quandoquidem Spiritum esse quoque causam, perquam periculosum est. Sed de divinarum Personarum distinctione haec sufficiant.

108. Nunc autem, ut paucis rem totam complectamur, etiamsi cuncta, quae a Latinis et a Thoma in hoc argumento dicta sunt, veritate fulcirentur, omniaque tam divina quam humana ipsius placitis consonarent; etiamsi nihil esset quod eiusdem ratiocinationibus opponeretur, ne sic quidem vi concludendi pollerent haec, quae ab ipso adstruuntur. Si quis enim, illis suppositis, omnia illa concederet, necessario sequeretur distinctionem Filii a Spiritu in ratione causae et causati esse reponendam. Attamen quod Filius causa sit, Spiritus autem ex hac causa promanet, nihilo magis quam contrarium obtinet; siquidem etiam nobis, sub illorum positione, non minus ostendere fas esset Spiritum causam esse, a qua Filius profluere diceretur.

109. Quodsi ita responderent: sed hoc admitti non potest, quia Spiritus quidem esse Filii dicitur et ab ipso datur, [*fol. 308v*] at vicissim contrarium non obtinet; vim argumentum non extorquebit, nam demonstratum est non ratione causae Spiritum Sanctum vel Filii nominari vel ab eo tribui. Si vero rursus opponerent aperte prohiberi Filium ex Spiritu esse dicere, pariter quoque respondebimus explicite interdici affirmare Spiritum ex Filio esse, illumque causam habere Spiritus Sancti.

110. Verum si adhuc ita loquerentur: at generandi facultas est unius Patris, ac proinde nequaquam Spiritui etiam conveniret, ita ut ex ipso Filius promanaret; ergo contrarium habeatur oportet: Spiritum Sanctum ex Filio procedere. Sed neque hoc etiam apud ipsos vim necessariam adipiscitur. Quemadmodum enim generare soli Patri inesse explicite dicitur, sic etiam solum Patrem fontem esse divinitatis scriptum est, Filiumque habere cuncta, quae Patris sunt, praeter causam, solumque Patrem causam esse. Itaque, cum haec omnia similiter proferantur, si fontem divinitatis eius-

Υἱοῦ εἶναι, πλὴν τῆς αἰτίας, καὶ ὡς μόνος ὁ Πατὴρ αἴτιος. Ὥστε τούτων εἰρημένων ὡσαύτως, εἰ μὲν τὸ πηγάζειν θεότητα καὶ τὴν αἰτίαν κοινὰ νομιοῦμεν καὶ τῷ Υἱῷ, διατί μὴ καὶ τὸ γεννᾶν εἴη ἂν καὶ τοῦ Πνεύματος; Εἰ δ' ἐκεῖνο οὐκ ἔξεστι, πάντως οὐδὲ ταῦτα· ἰδιότητες γὰρ πάντα ἐδείχθησαν τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, καὶ τούτοις διακρίνουσι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν. Οὐκ ἄρα ὑγιές, οὐδὲ ἕν, ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ· οὐκοῦν πρὸς ἕτερον λόγον ἀνάγκη Λατίνους ὁρᾶν, ἐπειδὴ τὸ μὴ πεισθῆναι πρόθεσις αὐτοῖς ἐξαρχῆς.

fol. 309r

| Λατίνων κεφάλαιον λς'. Συλλογισμὸς δεύτερος

111. « Ἔτι, ὡς ἔχει τὸ προβάλλον πρὸς τὸ προβαλλόμενον καὶ τὸ προβάλλειν πρὸς τὸ προβάλλεσθαι, οὕτως ἔχει καὶ τὸ γεννῶν πρὸς τὸ γεννώμενον καὶ τὸ γεννᾶν πρὸς τὸ γεννᾶσθαι. Ἐὰν δὲ τέσσαρά τινα ἀνάλογον ᾖ, καὶ ἐναλλὰξ ἀνάλογον ἔσται. Οὐκοῦν εἴη ἄν· ὡς τὸ προβάλλον πρὸς τὸ γεννῶν, οὕτω τὸ γεννώμενον πρὸς τὸ προβαλλόμενον· ἣν ἄρα διαφορὰν ποιήσει τὸ προβάλλον καὶ τὸ γεννῶν, τὴν αὐτὴν πάντως καὶ τὸ γεννώμενον καὶ τὸ προβαλλόμενον. Ἀλλὰ τὸ μὲν προβάλλον καὶ τὸ γεννῶν, εἰ καὶ διαφέρουσιν, ἀλλ' οὖν οὐχ ἱκανὰ πρὸς Προσώπων διάκρισιν, θεωροῦνται γὰρ ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ Προσώπῳ τῷ τοῦ Πατρός· ὥστε καὶ τὰ ἀντικείμενα τούτοις, τὸ γεννᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι, οὐκ ἂν ἔχοιεν ἱκανῶς πρὸς τὸ διακρίνειν Πρόσωπα, εἰ καὶ πρὸς ἄλληλα διαφέρουσιν. Ἢ οὖν σχέσιν τινὰ διδόναι πᾶσα ἀνάγκη μεταξὺ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος διακριτικὴν τῶν Προσώπων, ἢ πάντως τὸ ἕτερον ἕψεται, μὴ διακρίνεσθαι τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱόν. Εἰ δὲ τοῦτο βλάσφημον κομιδῇ, θάτερον ἐξανάγκης δοτέον ἐστί, λέγω δὴ τὴν σχέσιν· αὕτη δ' ἂν εἴη τὸ ἐξ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι».

Λύσις τοῦ κεφαλαίου, καὶ περὶ διακρίσεως θείας

112. Καὶ οὗτος ὁ λόγος ἐκ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας εἰς τὴν τῶν χριστιανῶν
fol. 309v θεολογίαν παρεισέδυ, λαθὼν μετά | τινος αἰτίας, διασαλεύειν ἐπιχειρῶν τὴν θείαν παράδοσιν, ὡς ἀτελῆ καὶ μὴ τὸ αὔταρκες ἔχουσαν ὥστε τὸν Υἱὸν διαστεῖλαι τοῦ Πνεύματος. Καὶ πειρᾶται μὲν τὴν ἑαυτοῦ ἀμορφίαν καταχέειν τῆς πίστεως, ἁλίσκεται δὲ ψευδόμενος οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ὑπερουσίων, ἀλλ' ἤδη καὶ ἐπὶ τῶν ὄντων αὐτῶν. Δῆλον δέ· τὴν μὲν γὰρ ἐκτεθειμένην

demque causam communem esse Filio credimus, quam ob rem non esse Spiritui [Sancto] communem etiam generandi potestatem arbitrabimur? Sed revera si id nefas est, plane etiam illud; singula enim haec proprietates constituere Personae Patris demonstrata sunt, quibus ipse a Filio distinguitur. Igitur nihil sanum est, ne minimum quidem, in syllogismo hoc; ad alium ergo Latini respiciant oportet, utpote ipsorum propositio ex argumentis primo loco agitatis non suadetur.

[*fol. 309r*] Latinorum caput trigesimum sextum Syllogismus secundus

111. Item. « Quemadmodum se habet spirans ad procedens et spirare ad procedere, ita quoque generans ad genitum et generare ad gigni. Ubi autem quattuor quaelibet proportionem servant, proportio haec mutuo [inter terminos] dabitur. Igitur haberi poterit: sicut spirans ad generantem, ita et genitum ad procedens. Ergo quam differentiam efficiant spirans et generans, eandem prorsus genitum et spiratum constituent. Sed spirans et generans, quamquam discriminantur, minime sufficiunt ad Personarum distinctionem, quandoquidem in una eademque, Patris scilicet, cernuntur. Igitur etiam quae his opponuntur, gigni, inquam, et procedere, nequaquam paria erunt ad Personas discernendas, etiamsi ad invicem distinguantur. Ergo vel relatio quaedam detur necesse est inter Filium et Spiritum, quae Personas secernat, vel omnino aliud extremum habebitur, Filiusque a Spiritu nequaquam distingui poterit. At vero si id admodum blasphemum apparet, relinquitur ut aliud concedi debeat, relatio, videlicet, illa; quae nihil est aliud quam ex Filio Spiritum [Sanctum] procedere ». [1]

Capitis solutio: et adhuc de divinis distinctionibus

112. Haec quoque ratio, ex sapientia mundi hausta, in christianam theologiam, nescio cuius causa, [*fol. 309v*] subintroducta est, divinamque traditionem dimovere satagit, quasi haec impar et imperfecta esset ad distinctionem Filii et Spiritus declarandam. Et quidem conatur ut sua ipsius deformitas in fidem excurrat. Verumtamen non in supernaturalibus modo, sed etiam in ipsis naturalibus

---

[1] Hoc argumentum S. Thomae Cabasilas tribuit, eius tamen non est, quemadmodum ostendit Demetrius Cydonius in refutatione Cabasilae (Vat. gr. 614 fol. 118r et Vat. gr. 1103 fol. 24r-24v). - De hac quaestione in Introductione mea sermo est ad pp. 108-110.

ἀντιστροφὴν ἐπί τινων ἀληθεύειν, καὶ πάνυ φημί, καὶ δέδεικται τοῦτο ἐπί τε μεγεθῶν καὶ ἐπ' ἀριθμῶν, ἄν τε ἀριθμητικὴν μεσότητα, ἄν τε γεωμετρικήν τις ζητῇ.

113. *Ὅτι δὲ εἰ ἐπί τινων ἀληθὴς ἡ ἀντιστροφή, ἤδη καὶ καθόλου, καὶ ἐὰν τέσσαρά τινα πρὸς ἄλληλα οὕτω σχέσεως ἔχῃ, ὥστ' εἶναι ὡς τὸ πρῶτον πρὸς τὸ δεύτερον, οὕτω τὸ τρίτον πρὸς τὸ τέταρτον, δεήσει καὶ ἐναλλὰξ κατὰ πάντα ὡσαύτως ἔχειν, δηλονότι, ὡς τὸ πρῶτον πρὸς τὸ τρίτον, οὕτω τὸ δεύτερον πρὸς τὸ τέταρτον. Τοῦτο δὲ φορτικὸν καὶ μὴ ἀναγκαῖον εἶναι, πᾶς τις ἂν ὑγιαίνων εἴποι. Εἰ μὲν γὰρ ἡ ἀντιστροφὴ ἐπὶ πάντων ἁπλῶς ἀληθής, καὶ ἐπ' ἐνίων ταύτην ἀληθεύειν ἀνάγκη· εἰ δ' ἐπί τινων ἀνάγκη, οὔπω δοκεῖ καὶ εἰ καθόλου μετὰ τῆς ἀληθείας ὁ λόγος. Οὗ μὴ δειχθέντος μηδέπω μηδὲ εἰς ἐπιστήμην ἐληλυθότος, ἀμφίβολος μὲν ὁ λόγος καὶ ἐπὶ τῶν ὄντων, οὐκ ἂν ἀναγκαῖα δὲ πάντως τὰ ἐξ αὐτοῦ περαινόμενα. Εἰ δὲ*
fol. 310r *ὅτι ἐπὶ μεγεθῶν ἢ ἀριθμῶν ἀληθὴς ἡ ἀντιστοφή, ἀληθὴς καὶ περὶ ὧν | σκοποῦμεν νυνί, ἐπί τε τοῦ γεννᾶν καὶ γεννᾶσθαι, καὶ προβάλλειν καὶ ἐκπορεύεσθαι, ἄτοπος ὁ λόγος· οὔτε γὰρ ταῦτα μεγέθη ἢ ἀριθμός, οὔτε μὴν ἡ σχέσις ἐν λόγοις ἢ διαφοραῖς ἀριθμῶν. Λείπεται λοιπὸν χάριν ταῦτα αἰτεῖν τοὺς ἀκούοντας, ὃς δὴ τρόπος δείξεως καταγελαστότατος.*

114. *Ὅτι δὲ καὶ ἀνάγκη μὴ ἐπὶ πάντων ἁπλῶς τὴν ἀντιστροφὴν ἀληθεύειν, ἐνταῦθα ἂν γένοιτο δῆλον· ἀντίκειται γὰρ ὡς τὸ ἀγένητον τῷ γενητῷ οὕτω τὸ ἄφθαρτον τῷ φθαρτῷ, ἀλλ' ἐναλλὰξ οὐκ ἂν σῴ[σ]ειε τὴν ὁμοίαν σχέσιν. Οὐδὲ γὰρ ὡς τὸ ἀγένητον πρὸς τὸ ἄφθαρτον οὕτω δὴ πρὸς τὸ φθαρτὸν καὶ τὸ γενητόν· τὸ μὲν γὰρ ἀγένητον, καὶ ἄφθαρτον ἐξανάγκης, τὸ δὲ γενητὸν οὐ πάντως γε καὶ φθαρτὸν φαῖεν ἂν καὶ ἄγγελοι καὶ ψυχαί. Πάλιν ἔστω πρῶτον μὲν καὶ δεύτερον, ζῷον καὶ οὐ ζῷον, τρίτον δὲ καὶ τέταρτον, ἔμψυχον καὶ μὴ ἔμψυχον· ἀλλ' ἐναλλὰξ ἀντιστρέφειν ταῦτα οὐκ ἔνι. Οὐ γὰρ ὡς ζῷον πρὸς ἔμψυχον, οὐ ζῷον πρὸς τὸ μὴ ἔμψυχον· τὸ μὲν γὰρ ἔμψυχον τῷ ζῴῳ ἐξανάγκης ἕπεται, τὸ δὲ μὴ ἔμψυχον οὐχ οὕτω γε τῷ μὴ ζῴῳ, τὰ γὰρ φυτὰ οὐ ζῷα μέν, ἔμψυχα δέ. Καὶ ἀστρονόμος δὲ πρὸς ἀστρονομικὰ οὕτως ἂν ἔχοι, ὥσπερ δὴ πρὸς τὰ στρατηγικὰ στρατηγός·*

---

21 σῴζειε in Ms: barbarismus (confusio temporis praesentis, cum forma aoristi); revera melius forsitan apponeretur tempus praesens σῴζοι.

rebus, fallax esse deprehenditur. Patet: nam reciprocationem illam in quibusdam veram esse, plane equidem fateor, cum ostendatur id ita esse de magnitudinum terminis et de numeris, sive medietatem arithmeticam sive geometricam quaeras.

113. At non ideo, quia de aliquibus vera esse invenitur correlatio illa, generalis iam esse debet; neque enim si quattuor extrema dentur mutuo ita relata: sicut primum ad alterum est, ita tertium ad quartum; non inde requiritur proportionem hanc, mutatis inter se terminis, similiter exsistere, adeo ut dici etiam possit: sicut primum ad tertium est, ita quoque secundum ad quartum. Id enim durum est, et a quovis sanae mentis necessitatem involvere minime diceretur. Profecto, si de omnibus simpliciter illa reciprocatio vera esset, etiam de particularibus eam verificari oporteret; at vero etiamsi de quibusdam necessaria sit, nondum tamen de omnibus ratio illa vera esse iudicabitur. Quod cum nullatenus demonstretur, neque ad certitudinem scientiae ducere possit, dubium quidem argumentum etiam circa res naturales exinde obtinebitur, nulloque modo necessaria erunt, quae ex tali ratiocinio concludentur. Quod autem idcirco quia de magnitudinibus et numeris vera habetur reciprocatio, vera quoque dicenda sit [*fol. 310*^{r}] de terminis, quos nunc examinamus, scilicet, generare et gigni, spirare et procedere, absurda ratiocinatio est. Etenim haec neque numeri sunt neque magnitudo quaelibet, neque eorum relatio in numericis rationibus vel differentiis consistit. Reliquum est igitur, ut haec gratiam ab audientibus poscant, quibus profecto hic demonstrationis modus valde ridiculus apparet.

114. Quod autem non simpliciter de omnibus reciprocationem illam verificari necesse sit, exinde clare patebit. Contraponuntur enim haec: quemadmodum se habet increatum ad creatum, ita etiam incorruptibile ad id, quod corruptionem patitur; at similis relatio extremorum mutatione non salvaretur. Neque enim obtinet illud: sicut increatum ad incorruptibile, ita se habet creatum ad corruptibile; siquidem quod increatum est, incorruptibile erit quoque: quod autem est creatum, non necessario etiam esse corruptibile angeli aut animi respondere possent. Rursus ponantur extrema haec: ut primum quidem et ut alterum, animal et non animal; ut tertium vero et ut quartum, animatum et non animatum. Sane haec invicem permutare nequaquam licet. Non enim valet hoc: sicut datur relatio animalis ad animatum, ita quoque non animalis ad inanimatum; siquidem animatum necessario ex animali sequitur; quod vero inanimatum est, non eodem modo ex non animali concluditur, plantae

ἀλλ᾽ οὐκέτι καὶ ἐναλλάξ, ὡς ἀστρονόμος πρὸς στρατηγόν, καὶ ἀστρονομικὰ πρὸς στρατηγικά. Στρατηγὸς μὲν γὰρ καὶ ἀστρονόμος γένοιτ᾽ ἂν ὁ
fol. 310v αὐτός, ἀστρονομικὰ δὲ καὶ στρατηγικὰ παντάπασιν | ἕτερα.

115. Ἵνα δὲ μὴ πολλὰ λέγωμεν, οὐδ᾽ ἐπὶ μεγεθῶν ἁπλῶς ἀληθὴς ἡ ἀντιστροφή, ἂν μὴ τὰ μεγέθη ὁμογενῆ ὑποκέηται. Εὐθεῖαν γὰρ καὶ περιφέρειαν ἄν τις διέλῃ, ἔσται μὲν ὡς ἡ εὐθεῖα πρὸς τὸ μέρος τὸ ἑαυτῆς, οὕτω πρὸς τὸ οἰκεῖον ἡ περιφέρεια· ἀλλ᾽ ἐναλλὰξ οὐκ ἂν σῴζοιτο τὸ ἀνάλογον. Ποῦ γὰρ τοῦτο ἐνταῦθα, ὅπου γε οὐδὲ λόγον εἶναι ἐνδέχεται; εἴπερ ἐκεῖνα πρὸς ἄλληλα λόγον ἔχειν μεγέθη λέγεται, ἃ δύνανται πολλαπλασιαζόμενα ἀλλήλων ὑπερέχειν· τοῦτο δὲ οὐκ ἂν γένοιτο οὐδεμιᾷ μεχανῇ τῇ εὐθείᾳ καὶ τῇ περιφερείᾳ.

116. Καὶ μὴν καί, κατὰ τὸν λόγον τὸν ἐκείνων, ἐὰν λέγωμεν ὡς δημιουργὸς πρὸς δημιούργημα, καὶ μὴν καὶ δημιουργεῖν πρὸς τὸ δημιουργεῖσθαι, οὕτω γεννῶν πρὸς γεννώμενον καὶ τὸ γεννᾶν πρὸς τὸ γεννᾶσθαι, τί ἐροῦσι; πότερον καὶ ἐναλλὰξ τὴν ἀναλογίαν τηρεῖσθαι; Εἰ μὲν δὴ μηδαμῶς λέγοιεν, ἑάλωσαν πρὸς τὸ ψεῦδος βλέποντες· εἰ δὲ καὶ πάνυ φαῖεν, οὐδὲ τὸ γεννώμενον τῆς οἰκίας κατὰ τὸν ἐκείνων διακέκριται λόγον, ὅτι τὸ μὲν ἐγεννήθη, ἡ δὲ ἐποιήθη, ἐπεὶ περὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν καὶ ἀμφότερα θεωροῦνται, τό τε γεννᾶν καὶ κτίζειν. Ἀλλ᾽ ἄτοπον, καὶ τὸ ταῦτα ἀξιοῦν, βλασφημία σαφής· ἴσον γάρ ἐστι μηδὲ τῆς κτίσεως λέγειν τὸν Υἱὸν διενηνοχέναι ὅτι ὁ μὲν ἐγεννήθη, ἡ δὲ παρήχθη, ἐπεὶ τὸν αὐτὸν καὶ Θεὸν καὶ Πατέρα εἶναι ἀνάγκη.

117. | Εἰ δέ τις τὴν διαφορὰν ἐνταῦθα τὴν ὕλην λέγει ποιεῖν, ἄτοπος ὁ
fol. 311r λόγος. Ἕπεται γὰρ ὡς, εἴ γε μὴ ὕλη ἦν, μὴ διακεκρίσθαι τῆς κτίσεως τὸν Υἱόν. Ἀλλὰ τί ἂν λέγοιεν περὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τῆς νοητῆς κτίσεως; ἐν οὐδετέρῳ γὰρ ὕλη. Οὐκοῦν δεήσει, τῆς ἀντιστροφῆς σῳζομένης, μὴ διακρίνεσθαι τὸν Υἱὸν τῆς νοητῆς κτίσεως, ἃ μηδ᾽ ἂν ὁ διάβολος εἴποι ποτέ. Καὶ γεωμέτρης μὲν καὶ ἀριθμητικὸς ὁ αὐτὸς ἂν γένοιτο, τὰ δὲ γεωμετρικὰ οὐκ ἔστιν ἐφαρμόσαι τοῖς ἀριθμητικοῖς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησίν. Εἰ δὲ ταῦτα

---

29 Aristoteles, *cf. ex. gr. Analyt. poster. I, 7 n. 3.*

enim animalia non sunt, at certe animatae dicuntur. Perinde quoque astronomus ad scientiam astronomicam se habet, sicut dux ad militares res; sed correlatio tollitur si dicimus: quemadmodum astronomus ad ducem, sic ad militiam astronomia. Nam astronomus et dux etiam unus idemque esse possunt, strategia vero et astronomia undequaque [*fol. 310*v] diversae esse cognoscuntur.

115. Quin etiam, ne plura dicamus, ne de proportionibus quidem exsistit illa conversio, ita ut simpliciter vera non sit, nisi magnitudines homogeneae esse supponantur. Revera si quis rectam [lineam] et circulum comparare vellet, sic proportionem institueret: quemadmodum recta se habet ad partem sui ipsius, ita etiam circulus relate ad sibi propriam. Sed mutatione facta, proportio non salvaretur; quomodo enim haec locum inveniret ibi, ubi neque licet rationem instituere? Siquidem illae magnitudines rationem [mathematicam] ad invicem habere dicuntur, quae multiplicata possunt mutuo superadiungi: quod quidem nullo prorsus modo inter rectam et circulum dari contingit.

116. Sed adhuc plura. Nam si secundum ipsorum ratiocinium ita diceremus: sicut creator ad creationem et creare ad esse creatum, ita se habent generans ad genitum et generare ad gigni; quid responderent? An proportionem servari quoque terminis transmutatis? Profecto si negative respondent, falsitatem videntes, capiuntur; si vero omnino affirmant, ergo nullum discrimen ex ipsorum mente generatum aliquod inter et domum intercedit, quorum aliud quidem per generationem, aliud autem per effectionem habetur, idcirco quia in uno eodemque utraque coniuncta contemplari fas est, generare, inquam, et mundum condere. Verum haec absurda sunt. Quod si vera existimantur, apertam blasphemiam continebunt, idem enim esset ac affirmare Filium et creationem minime distingui (quamvis ille quidem generatus sit, haec autem producta), idcirco quia unus idemque sit Deus [Creator] et Pater necesse est.

117. [*fol. 311*r] Quodsi quis materialem distinctionem hic intercedere dicit, inepta ratio est. Sequitur enim Filium et creationem, si materia non adesset, non distingui. Sed quid dicere possent, de Filio et creatione mente solummodo cogitata, ubi materia non adest? Igitur necesse erit ut, si salvatur reciprocatio terminorum, Filius a cogitata creatione non discernatur; quod sane ne a diabolo quidem unquam dici potuisset. Revera geometra et mathematicus idem esse accidit; sed quae ad geometriam spectant, arithmeticis rationibus non sunt adaptanda, sicut Aristoteles praecipit. Iam, si haec sunt

ἄτοπα καὶ παρὰ τὴν τῶν πραγμάτων ἀκολουθίαν καὶ πρὸς ἀσέβειαν φέροντα, ἔστιν ἐξανάγκης, κατὰ τὰς θείας παραδόσεις, καὶ διακρίνεσθαι τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος ταῖς διαφόροις προόδοις, καὶ εἰ τὸ γεννᾶν καὶ προβάλλειν περὶ ταὐτὸ θεωρεῖται πρόσωπον, τὸν Πατέρα, ἐπεὶ καὶ ἀπόστολοι καὶ οἱ ἐκείνων διάδοχοι καὶ ἁπλῶς οἱ τῆς ἡμετέρας θεολογίας διδάσκαλοι καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος, ὡς ἐδείξαμεν, ἑαυτὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τῇ γεννήσει διέκρινε καὶ τῇ προβολῇ, καὶ ταῦτα εἰδότες ὡς τὸ γεννᾶν καὶ προβάλλειν περὶ ἓν θεωρεῖται πρόσωπον, τὸν Πατέρα.

118. Ἔτι καὶ ψεῦδος τὰ θεωρούμενα ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ προσώπῳ μὴ πρὸς διάκρισιν εἶναι αὐτάρκη. Περὶ ἕκαστον γὰρ σχεδὸν τῶν ἀνθρώπων καὶ τὸ γεννᾶν καὶ ⟨τὸ⟩ γεννᾶσθαι θεωρεῖται. Οὐκοῦν, τούτου τοῦ λόγου κρατοῦν-
fol. 311v τος, οὐκ ἂν διακρίνοιμεν | ἄνθρωπον ἀνθρώπου κατὰ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ· διαβήσεται δὲ ἡ ζημία καὶ ἐπὶ τῶν θείων, καὶ οὐδὲ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, ἢ τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα τῇ ἀναφορᾷ διελοῦμεν, ἐπεὶ Θωμᾶς καὶ Λατῖνοι ἐκ τῶν ὄντων καὶ καθ' ἡμᾶς τὰς ἀφορμὰς τῶν προτάσεων τῶν οἰκείων συλλογισμῶν λαμβάνειν ἔγνωσαν.

119. Καὶ μὴν εἰ τὸ γεννᾶν καὶ ἐκπορεύεσθαι διακρίνει τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ ἀδύνατον τὰ τοιαῦτα συνδραμεῖν, διατί, βέλτιστε ἀνδρῶν Θωμᾶ, εἴποι ἄν τις, κατὰ τὴν σὴν ὑπόθεσιν, καὶ τὰ ἀντικείμενα οὐ διακρίνει τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, λέγω δὴ τὸ προβάλλειν καὶ τὸ γεννᾶσθαι; καὶ τὸ ἀδύνατον κἀν τούτοις ὥστε συνιέναι τὰ τοιαῦτα εἰς ἕν.

120. Εἰ δὲ ἀκίνητον Θωμᾶς νομίζει τὸν λόγον τὸν ἑαυτοῦ, καὶ οἴεται μὴ δύνασθαι τὸ γεννᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι διακρίνειν τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα, ὅτι καὶ τὰ ἀντικείμενα, τὸ γεννᾶν καὶ προβάλλειν, οὐ διακρίνει Πρόσωπα, περὶ ἕνα γὰρ τὸν Πατέρα ἀμφότερα· οὐκοῦν ἑπέσθω τοῖς νόμοις τοῖς αὐτὸς αὑτοῦ. Καὶ ἐπεὶ περὶ ἕνα τὸν Υἱὸν καὶ ἀμφότερα ἀξιοῖ, τό τε γεννᾶσθαι, τό τε προβάλλειν, καὶ ἀδύνατον ταῦτα Πρόσωπα διακρίνειν, μηδὲ τὰ ἀντικείμενα τούτοις, τὸ γεννᾶν καὶ ἐκπορεύεσθαι, τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα διακρινέτωσαν· ὡς ἐνδεχομένου συνιέναι ταῦτα εἰς ἕν, ἢ τὸν Πατέρα δηλονότι μὴ μόνον γεννᾶν, ἀλλὰ καὶ ἐκπορεύεσθαι, ἢ τὸ Πνεῦμα μὴ προϊέναι μόνον, ἀλλὰ δὴ καὶ γεννᾶν.

121. | Εἰ δὲ ἄτοπον καὶ αὐτοῖς τὸ τοιοῦτον δοκεῖ, καὶ τῆς τῶν χριστιανῶν
fol. 312r θεολογίας λύσις σαφής, καὶ ἀδύνατον καὶ αὐτοῖς νομίζεται τὰ τοιαῦτα συνδραμεῖν, οὐκοῦν καὶ τὰ ἀντικείμενα τούτοις, τό τε προβάλλειν καὶ τὸ γεν-

absurditatis plena et praeter consequentiam rerum posita; si eadem ad impietatem perducunt, oportet omnino, secundum divinas traditiones, Filium et Spiritum ex diverso exsistentiae modo diversos dici, licet generare et spirare in eadem Persona Patris esse intelligantur; quandoquidem et Apostoli, et eorum successores, et simpliciter theologiae nostrae doctores, imo et Dominus ipse, ut ostendimus, Filium et Spiritum per generationem et processionem seiunxerunt, etiamsi probe scirent generandi et spirandi facultatem in una Patris Persona coniunctam perspici.

118. Praeterea, falsum est ea, quae in una eademque persona cogitantur, insufficientia ad distinctionem esse; de plerisque enim, paene dicam, hominibus et gigni et gignere verificatur. Igitur si ratiocinium hoc vim obtineret, nequaquam hominem [*fol. 311*[v]] ab homine per causam et causatum distingueremus; iactura autem in Deitatem pertransibit, et neque Patrem et Filium, vel Patrem et Spiritum relative distinguemus, siquidem Thomas et Latini ex naturalibus rebus et quae nostra attinent, topica praemissarum ad syllogismos suos sumere noverunt.

119. Et certe, si generare et procedere diversificant Patrem et Spiritum, ideoque illa concurrere simul non possunt, quam ob rem, forsan aliquis dicat, o Thoma, optime virorum, non etiam distinguent Patrem et Filium (secundum hypothesim tuam) oppositae proprietates, id est, spirare et gigni? Etiam hic impossibile est ut in unum haec coniungantur.

120. Verum enim vero si Thomas ratiocinium suum incommovibile reputat, neque posse Filium ac Spiritum per generationem et processionem discerni, eo quod oppositae proprietates generandi et spirandi Personas minime dividunt, utpote quae de uno Patre utraque dicantur, sequatur igitur ipse proprias leges: et siquidem in uno Filio utraque inveniri credit, et gigni et spirare, impossibile est autem ut ex his Personae discernantur, ergo neque ex oppositis, generare, inquam, et procedere, Patrem a Spiritu contradistinguat; ceu si possibile esset in unum coalescere haec, videlicet: vel Patrem non solum generare, sed et procedere, vel Spiritum non prodire solum, sed et gignere posse.

121. [*fol. 312*[r]] At vero si etiam ipsis absurdum hoc videtur, utpote clarissima eversio theologiae christianae; si etiam ipsi censent huiusmodi proprietates simul stare non posse, ergo nec etiam

νᾶσθαι, ἀδύνατον περὶ τὸν Υἱὸν θεωρεῖσθαι ἀμφότερα. Ἀλλὰ τὸ μὲν γεννᾶσθαι ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ ἀφαιρεῖν, ἴσον ἐστὶ μηδὲ λέγειν εἶναι Υἱὸν τὸν Υἱόν. Οὐκοῦν ἀνάγκη πᾶσα μηδαμῶς τὸ προβάλλειν νομίζειν αὐτοῦ. Εἰ δὲ ψευδὴς μὲν ὁ καθόλου τῆς ἀντιστροφῆς ἐξέληκται λόγος, ἀδύνατον δὲ Λατίνοις ἐξ ἑτέρων τὸν λόγον δεῖξαι τὸν ἑαυτῶν, ὥς ἐστιν, ὡς τὸ γεννᾶν πρὸς τὸ προβάλλειν, οὕτω γεννᾶσθαι πρὸς ἐκπορεύεσθαι, συνάγεται δὲ οὐδὲν ἄνευ καθολικοῦ τινος ἀξιώματος, οὐκ ἄρα ἐξανάγκης, ἀλλὰ μετὰ μόνον τοῦ βούλεσθαι, ἐπὶ τὰ τοιαῦτα τῶν συμπερασμάτων ἦλθον Λατῖνοι.

122. Ἔτι, εἰ καὶ τὴν ἐναλλὰξ ἀντιστροφήν, περὶ ἧς ἡμῖν ὁ λόγος, ἐπί γε τῶν ὄντων πάντα ἀληθεύειν δοίημεν, οὐδ᾽ οὕτως ἂν ἡμῖν Λατῖνοι δικαίαν ἐπῆγον ἀνάγκην τὸ συμπέρασμα καταδέξασθαι, οὔτε γὰρ αἱ προτάσεις οἰκεῖαι καὶ συγγενεῖς τῇ θεολογίᾳ, ὥς γε ἐν τοῖς ἔμπροσθεν εἴρηται, τοῦτο δὲ τὴν ἀνάγκην καὶ σφόδρα κωλύειν ἐδείξαμεν· καὶ τοῖς οὕτω δὲ ἔχουσι τῶν συλλογισμῶν, οἱ τὰς μὲν τῶν ὑποθέσεων ἐκ τῆς γραφῆς, τὰς δὲ ἐκ
fol. 312ᵛ κοινῶν ἐννοιῶν εἰλήφασιν, εἰ πάντα πιστεύσαιμεν, | ὅτι περὶ τῶν ἐσχάτων ὁ κίνδυνος καὶ εἴρηται καὶ δέδεικται.

123. Οὐ μὴν ἀλλ᾽ ἐνταῦθα ἄν τις κατίδοι καὶ λίαν σαφῶς τὴν φαυλότητα τῆς ὑπερηφάνου ταύτης ἀντιστροφῆς. Κινδυνεύει γὰρ αὐτὴν ὑφ᾽ ἑαυτῆς ἀναιρεῖσθαι ὅ φασι περὶ τοῦ κακοῦ, ὅτι τὸ τοιοῦτον καὶ ἑαυτῷ κακόν. Εἰ γάρ τις ἀνάπαλιν τῇ σχέσει χρησάμενος οὑτωσὶ λέγει· ὡς γεννώμενον πρὸς γεννῶν, οὕτως ἐκπορευόμενον πρὸς προβάλλον, οὐκέτι καὶ ἐναλλὰξ ἀντιστρέφειν ἕξει, ὡς εἶναι· ὡς γεννώμενον πρὸς ἐκπορευόμενον, οὕτω τὸν γεννῶντα πρὸς τὸν προβάλλοντα. Τὸ μὲν γὰρ γεννητὸν ἐκπορευτὸν εἶναι, ἀδύνατον· τὸν δὲ γεννήτορα καὶ προβολέα εἶναι, ἀνάγκη.

124. Ἔτι ὅπερ ἐν τῷ πρὸ αὐτοῦ κεφαλαίῳ εἴρηται, εἰρήσεται καὶ νυνί· καὶ τὸν λόγον δὲ τὸ εὔλογον ἔχειν φαμὲν καὶ ἐν ἑκάστῳ σχεδὸν τῶν συλλογισμῶν περὶ ὧν ἡ πρόθεσις. Εἰ γάρ τις συγχωρήσειε καὶ τὴν ἀντιστροφὴν πανταχῇ χωρεῖν, καὶ μὴν καὶ χώραν κἂν τοῖς ὑπερουσίοις αὐτῇ μεταδοίη, καὶ ἄτοπον μηδὲν ἐκ τῶν λόγων ἕπεσθαι λέγοι, μήτε μὴν μηδεμίαν θεολογικὴν ἀπόφασιν ἀναιρεῖσθαι, συνάγοιτο μὲν ἂν ἔκ γε τῶν λόγων μὴ σφόδρα ἀρκεῖν πρὸς διάκρισιν τοὺς διαφόρους τῆς ὑπάρξεως Υἱοῦ καὶ Πνεύματος τρόπους· εἶναι δὲ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ, οὕτω ζητεῖται καὶ τούτων ὑποκειμένων, ὥσπερ ἂν εἴ τις ζητοίη εἴ γε καὶ ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πνεύματος.
fol. 313ʳ Ὥστε καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο περὶ τῶν συλλογισμῶν | τούτων λέγειν εἴχομεν,

illas, quae his opponuntur, id est, gigni et spirare, ullatenus credant ambas de Filio praedicari. Atqui Filium exspoliare proprietate, qua gignitur, idem est ac asserere Filium non esse Filium. Ergo necesse est omnino ut nequaquam illi spiratio tribuatur. Age vero, si in genere falsum esse correlationis argumentum deprehensum est, ac aliunde nefas est Latinis ex aliis ostendere rem suam, scilicet, proportionem illam: sicut habetur generare ad spirare, ita etiam gigni ad procedere; cum praeterea nihil concludatur, nisi ex aliquo universali principio, ergo nequaquam ex vi ratiocinii, sed ex sola velleitate, ad has conclusiones Latini devenerunt.

122. Insuper, etsi correlationem mutuam esse veramque in omnibus naturalibus rebus concederemus, ne sic quidem Latini iustam nobis vim inferrent, ut conclusionem eorum amplecteremur; neque enim praemissae propriae sunt et illius generis, quod theologiae accommodatur, sicut in his, quae praecedunt dictum est, ubi exinde vel maxime necessitatem argumenti frustrari demonstravimus. Praeter quam quod si plene confidimus syllogismis ita conformatis, ut alia praemissarum ex Scripturis, alia vero ex communibus intelligibilibus desumatur, [*fol. 312*^{v}] periculum extremum curritur, sicut et affirmatum et demonstratum est.

123. Nihilominus etiam hic videri posset, et clarissime quidem, huius superbae correlationis vacuitas. Ipsa enim in se suscipere videtur, quod de nequam dicitur, scilicet ipsum, etiam sibimet nequam esse. Etenim si quis vicissim proportionem adhibens, ita diceret: sicut se habet genitus ad generantem, ita quoque ad spirantem procedens, non licebit terminos ita permutare, ut resultet: sicut habetur genitus ad procedens, sic quoque generans ad spirantem; nam qui genitus est, procedens esse non potest, generans autem spirans quoque sit necesse est.

124. Praeterea, quod in capite praecedenti dictum est, id etiam nunc affirmabimus, asserentes rationem hanc probabilitatem habere in unoquoque fere syllogismorum, de quibus quaestio movetur: si quis enim concederet correlationem illam ubique dari, et quidem ipsam etiam in supraessentialibus locum obtinere, diceretque nihil absurdum ex his rationibus fluere, nullamque theologicam affirmationem sublevari; concluderetur quidem ex syllogismis non plane sufficere ad distinctionem Filii ac Spiritus diversos exsistentiae modos, at vero Spiritum ex Filio procedere, etiam his suppositis, perinde investigaretur, ac si quis quaereret an etiam Filius ex Spi-

ἱκανόν γε καὶ τοῦτο Λατίνους πεῖσαι σιγῆσαι, καὶ πᾶσι μᾶλλον ἢ τοῖς λόγοις τούτοις θαρρεῖν. Οὐκ ἄρα μέτα τοῦ λογιζομένου ἐπὶ ταῦτα ἀφίκοντο.

Λατίνων κεφάλαιον λζʹ. Συλλογισμὸς τρίτος

125. « Ἔτι, ἐκ τοῦ Πατρός ἐστιν ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον· ἀνάγκη τοίνυν τὸν Πατέρα πρὸς ἑκάτερον ἀναφέρεσθαι, ὡς τὴν ἀρχὴν πρὸς τὰ ἐκ τῆς ἀρχῆς· ἀναφέρεται δὲ πρὸς τὸν Υἱὸν τῇ τῆς πατρότητος ἀναφορᾷ, οὐ μέντοι πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον· οὕτω γὰρ υἱὸς ἂν ἦν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, ἡ γὰρ πατρότης πρὸς τὸν υἱὸν μόνον λέγεται. Ἀνάγκη τοίνυν ἐν τῷ Πατρὶ εἶναί τινα σχέσιν ἑτέραν, δι᾽ ἧς πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἀναφέρεται, καὶ καλεῖται αὕτη πνοή. Ὁμοίως δὲ οὔσης σχέσεώς τινος ἐν τῷ Υἱῷ, ᾗ πρὸς τὸν Πατέρα ἀναφέρεται, καὶ λεγομένης υἱότητος, ἀνάγκη κἀν τῷ Ἁγίῳ Πνεύματι εἶναι σχέσιν ἑτέραν, ᾗ πρὸς τὸν Πατέρα ἀναφέρεται, καὶ λέγεται αὕτη ἐκπόρευσις. Καὶ οὕτω κατὰ τὴν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ γέννησιν δύο σχέσεις εἰσί, μία μὲν ἐν τῷ αἰτίῳ, ἄλλη δὲ ἐν τῷ αἰτιατῷ, ἡ πατρότης δηλονότι καὶ ἡ υἱότης, καὶ ἕτεραι δύο κατὰ τὴν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος πρόοδον, πνοὴ δηλονότι καὶ ἐκπόρευσις. Ἡ δὲ πατρότης αὕτη καὶ ἡ πνοὴ δύο πρόσωπα οὐ ποιοῦσιν, ἀλλ᾽ ἐν ἑνὶ Προσώπῳ, τῷ τοῦ Πατρός, ἄμφω εἰσίν, ἐπεὶ μὴ ἔχουσιν ἀντίθεσιν πρὸς ἀλλήλας. Οὐδ᾽ ἄρα ἡ υἱότης
fol. 313v καὶ ἡ ἐκπόρευσις δύο ποιήσουσι πρόσωπα, ἀλλὰ | πρὸς ἓν ἂν ἀνεφέροντο, εἰ μή τινα εἶχον πρὸς ἀλλήλας ἀντίθεσιν· οὐκ ἔστι δὲ ἄλλη παρὰ τὴν κατ᾽ αἰτίαν ἐν τοῖς θείοις ἀντίθεσις· ἀνάγκη τοίνυν ἐν τῷ Υἱῷ καὶ τῷ Πνεύματι τὴν κατ᾽ αἰτίαν εἶναι ἀντίθεσιν οὕτως, ὥστε θάτερον ἐκ τοῦ ἑτέρου εἶναι».

Λύσις τοῦ κεφαλαίου

126. Οὗτος ὁ λόγος τῷ πρὸ αὐτοῦ σχεδὸν ὁ αὐτός ἐστι, ταύτῃ τοι καὶ τὰ εἰρημένα πρὸς ἐκεῖνον καὶ πρὸς τοῦτον ἀρκέσει· τοσούτῳ δὲ διαφέρει, ὅτι ἐν ἐκείνῳ μὲν καὶ ἀνάγκης πρόσχημα ἦν, τὸ τῆς ἀντιστροφῆς ἀξίωμα, ἐνταῦθα δὲ οὐδὲ τοῦτο. Οἴεται δὲ ὅμως συνάγειν μὴ δύνασθαι τὴν υἱότητα καὶ τὴν προβολὴν διακρίνειν τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, ὅτι περ μηδὲ ἡ πατρότης καὶ ἡ πνοή, δηλαδὴ τό τε γεννᾶν καὶ προβάλλειν, δύο ποιεῖ πρόσωπα· παραπλήσιον ποιῶν, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἠξίου μὴ δύνασθαι τὰ θεολογικὰ τῶν μαθηματικῶν διακρίνεσθαι, ὅτι περ Ἱερόθεος ἢ Διονύσιος καὶ μαθηματικὸς καὶ θεολόγος ἑκάτερος. Ἔχει γὰρ οὕτως.

---

5 AQUINAS, *Summa contra Gent. IV, 24 (Vat. gr. 616 ff. 220v-221r; vel 613 f. 407v).*

ritu proveniat. Unde etiamsi nihil aliud de syllogismis [*fol. 313*[r]] his suppeteret nobis dicendum, id certe sufficeret ut Latinis et tacere, et cuivis rei potius quam illis confidere persuaderemus. Non igitur hoc syllogismo scopus eorum obtineri potuit.

Latinorum caput trigesimum septimum
Syllogismus tertius

125. « Item. A Patre est Filius et Spiritus Sanctus. Oportet igitur Patrem referri et ad Filium et ad Spiritum Sanctum ut principium ad id, quod est a principio. Refertur autem ad Filium ratione paternitatis: non autem ad Spiritum Sanctum, quia tunc Spiritus Sanctus esset filius: paternitas enim non dicitur nisi ad filium. Oportet igitur in Patre esse aliam relationem, qua referatur ad Spiritum Sanctum, et vocetur spiratio. Similiter cum in Filio sit quaedam relatio, qua refertur ad Patrem, quae dicitur filiatio, oportet quod in Spiritu Sancto sit etiam alia relatio, qua referatur ad Patrem, et dicatur processio. Et sic secundum originem Filii a Patre sint duae relationes, una in originante, alia in originato, scilicet, paternitas et filiatio; et aliae duae ex parte originis Spiritus Sancti, scilicet, spiratio et processio. Paternitas igitur et spiratio non constituunt duas Personas, sed ad unam Personam Patris pertinent: quia non habent oppositionem ad invicem. Neque igitur filiatio et processio duas Personas constituerent, sed [*fol. 313*[v]] ad unam pertinerent, nisi haberent oppositionem ad invicem. Non est autem dari aliam oppositionem nisi secundum originem. Oportet igitur quod sit oppositio originis inter Filium et Spiritum Sanctum, ita quod unus sit ab alio ».

Capitis solutio

126. Ratiocinium hoc praecedenti quadamtenus simile est; quocirca ad refellendum ipsum illa quoque sufficient, quae adversus illud dicta fuere. Differentia autem in eo est, quod illud quidem speciem saltem argumentationis induebat, ratione, scilicet, axiomatis illius reciprocationis; nunc vero ne hoc quidem datur. Existimat enim pariter concludi non posse per filiationem et processionem Filium et Spiritum Sanctum discriminari, quandoquidem neque per paternitatem et spirationem, videlicet, per actum generandi et spirandi, duae Personae constituuntur. Illud autem perinde est ac si quis arbitraretur theologicam scientiam a mathematica distingui non posse, eo quod Hierotheus vel Dionysius mathematicus simul et theologus uterque diceretur. Sic enim se ratio habet.

127. *Τὸ μὲν αὐτὸ διαφόρως προάγειν, καὶ πάνυ τοι δυνατόν, καὶ δῆλον τοῦτο
οὐ μόνον ἐπὶ Θεοῦ, οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον τὰ ἐξ αὐτοῦ προάγοντος, ἀλλὰ
κἀπὶ τῶν κτισμάτων· τὰ δὲ διαφόρως προαγόμενα καὶ ἓν εἶναι, ὅτι ὑφ'
fol. 314r ἑνὸς ἀξιοῦν, ἄλογον καὶ τοῖς φαινομένοις πολέμιον. Κτίζει μὲν γὰρ | καὶ
γεννᾷ ὁ Θεός· Υἱῷ δὲ καὶ ποιήματι τί ἂν γένοιτο κοινόν; Καὶ γεωργεῖ μὲν
καὶ οἰκοδομεῖ ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος· καρπὸς δὲ καὶ οἰκία παντάπασι διακέ-
κριται. Καὶ τὸ πῦρ καὶ θερμαίνει καὶ φωτίζει καὶ τήκει καὶ ξηραίνει· δεκ-
τικὰ δὲ φωτὸς καὶ τηκτὰ καὶ ξηρὰ καὶ θερμὰ οὐκ ἂν εἴη ταὐτά.*

128. *Ἔτι τὸ μὲν διαφόρως ἀλλοιούμενον κατὰ συμβεβηκὸς καὶ οὐκ καθ' αὑτὸ
ἓν εἶναι, καὶ πάνυ φαμέν· δύναται γὰρ τὸ αὐτὸ καὶ θερμαίνεσθαι καὶ λευ-
καίνεσθαι, ἐπεὶ οὐ τῆς οὐσίας, ἀλλὰ περὶ τὴν οὐσίαν, τὸ πάθος. Οὕτω γὰρ
καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς τὸ μουσικὸν καὶ λευκὸν ἓν εἶναί φη-
σιν, ὅτι τῷ αὐτῷ ταῦτα συμβέβηκε, καθ' αὑτὸ δὲ οὐδαμῶς· λευκότης γὰρ καὶ
θερμότης ἕτερα τῷ εἴδει, εἴπερ καὶ ὄψις καὶ ἁφὴ οὐ ταὐτόν. Εἰ δ' ἐπὶ τῶν
συμβεβηκότων τὰ διαφόρως ἐνεργούμενα ἓν εἶναι καθ' αὑτὸ ἀμήχανον, σχολῇ
γε ἂν τοῦτο δοίημεν ἐπὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, ἐκ τοῦ Πατρὸς διαφόρως εἰλη-
χότων τὴν ὕπαρξιν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἔχοι τὸ ἓν διαφόρους ὑπάρξεις, ἐπεὶ
ἑκάστῳ ἑνὶ πάντως δήπου καὶ μία ὕπαρξις.*

129. *Ἔτι καὶ Θωμᾶς αὐτὸς διάφορον εἴρηκε τὸν τρόπον τῆς θείας γεννή-
σεως τοῦ τρόπου τῆς προβολῆς· τοῦτο γάρ φησι διὰ τῆς πατρότητος καὶ
τῆς πνοῆς, μηδαμῶς συγχωρῶν τῇ πατρότητι καὶ πρὸς τὸ Πνεῦμα τὸν Πα-
τέρα ἀναφέρεσθαι, ἵνα μὴ γένηται τὸ Πνεῦμα υἱός. Οἱ δὲ διάφοροι τρό-
fol. 314v ποι | πάντως δήπου καὶ πρὸς διαφορὰν αὐτάρκεις ἂν εἶεν.*

130. *Εἰ δὲ λέγοιεν οὐ πάντα τὰ διάφορα καὶ πρὸς διάκρισιν ἱκανά, τὸ γὰρ
λευκὸν καὶ θερμὸν καὶ μουσικὸν εἰ καὶ ἕτερα, ἀλλ' οὖν οὐχ ἱκανὰ πρὸς
διάκρισιν, ἕως ἂν ᾖ τὸν αὐτὸν καὶ λευκὸν καὶ θερμὸν καὶ μουσικὸν εἶναι,—
ἀλλὰ πρῶτον μὲν οὐκ εἴρηται ἡμῖν ἁπλῶς τὰ διάφορα, ἀλλ' αἱ διάφοροι
ὑπάρξεις. Ἔπειτα τὸ εἶναι ταὐτὸ θερμὸν καὶ λευκὸν καὶ μουσικὸν κατὰ συμ-
βεβηκὸς τοῦτό γε, καὶ οὐκ καθ' αὑτό. Οὗ δὲ παντάπασιν οὐδεμία χώρα*

---

12 ARISTOTELES *non in Analyticis, ut videtur, sed saepius id dixit in aliis libris: cf. Phys. II, 15 et Metaphys. III (IV, 14); IV (IX, 1), (XXX, 2); VI (VI, 3).*

127. Quod profecto res aliqua diversimode producatur, plane fieri potest, sicut patet non solum in Deo, qui diverso modo ea, quae sunt, ex se ipso producit, sed etiam in creaturis; quod autem illa, quae varie producuntur, unum efficiant, eo quod de uno aestimentur, improbabile est contrariumque rebus. Deus enim et creat [*fol. 314*r] et gignit; quid autem Filio cum creaturis habetur commune? Simili ratione unus idemque homo et colit terram et aedificat domum; fructus vero [terrae] domusque undequaque differunt. Ignis quoque et calefacit et illuminat et emollit et siccat; sed numquid quae ad lumen sunt apta et quae liquefaciunt et calida et sicca identica sunt?

128. Item. Quod diversimode mutatur, plane dicitur secundum accidens, et non per se, unum esse; eadem enim res et calorem et albedinem recipere potest, quia passio illa non essentiae est, sed circa essentiam versatur. Sic, exempli gratia, Aristoteles in Analyticorum libris musicum et album unum esse profert, quia uni eidemque illa adveniunt, at nequaquam per se, quippe quae albedo et calor specie diversae sint, quemadmodum et visus et tactus identitatem non habent. Iam vero, si quae diversis modis in accidentalibus efficiuntur, unum per se constituere nequeunt, frustra hoc ipsum, de Filio et Spiritu agentes, concederemus, eo quod varie ex Patre exsistentiam nanciscantur; quod enim unum est, diversos exsistentiae modos habere non potest, siquidem singulis unitatem habentibus una prorsus undequaque inest exsistentia.

129. Insuper ipse Thomas dixit divinae generationis modum modumque processionis esse diversos. Id enim dicit, cum paternitatem et spirationem ponit, nullatenus concedens Patrem ad Spiritum ratione paternitatis referri, ne etiam Spiritus filius fiat. Age vero, diversitas modorum [*fol. 314*v] prorsus ad distinctionem etiam sufficiens esse absque dubio credenda est.

130. Quodsi dicerent non omnia, quae diversa sunt, ad distinctionem apta esse, album enim et calidum et musicum, etiamsi sint diversa, non tamen ad distinguendum sunt paria, dum idem esse possunt et album et calidum et musicum. At, primum quidem, non id simpliciter de his, quae diversa sunt, nos affirmavimus, sed de his, quibus diversitas exsistentiae adest. Deinde, quod album et calidum et musicum unum sint, per accidens est, et non per se. Ubi autem nihil undequaque accidentale evenit, nulla omnino ratione vel Filium spiratum esse vel Spiritum esse filium per phantasiam effingere licet. Itaque neque ratio haec Latinorum veritati confor-

συμβεβηκότι, πάντως οὐδεμιᾷ μηχανῇ ἢ τὸν Υἱόν ἐστι φαντάζεσθαι πρόβλημα, ἢ τὸ Πνεῦμα υἱόν. Οὐκ ἄρα οὐδ' οὗτος πρὸς ἀλήθειαν Λατίνοις ὁ λόγος εἴργασται, εἴ γε καὶ ἐν τοῖς οὖσί ἐστι τὸ αὐτὸ διαφόρως προάγειν, τῶν ἐξ ἐκεινον προϊόντων μὴ συνιόντων εἰς ἕν.

Λατίνων κεφάλαιον λη'. Συλλογισμὸς τέταρτος

131. « Ἔτι, τὰ εἰς ἕν τι κοινὸν συνιόντα, εἰ πρὸς ἄλληλα διακρίνοιντο, ἀνάγκη διακρίνεσθαι διαφοραῖς τισι καθ' αὑτάς, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός, τὸ κοινὸν διαιρούσαις, ὥσπερ ὁ ἄνθρωπος καὶ ὁ ἵππος κοινωνοῦσιν ἀλλήλοις κατὰ τὸ ζῷον, καὶ διακρίνονται ἀλλήλων οὐ τῷ λευκῷ καὶ τῷ μέλανι, ὅ κατὰ συμβεβηκός ἐστι τῷ ζῴῳ, ἀλλὰ τῷ λογικῷ καὶ ἀλόγῳ, ὃ καθ' αὑτό ἐστι τῷ ζῴῳ· ἐπεὶ γὰρ ζῷόν ἐστι τὸ ἔχον ψυχήν, ἀνάγκη τούτῳ διακρί-
fol. 315r νεσθαι τῷ τοιάνδε ἢ τοιάνδε ἔχειν ψυχήν, λογικὴν δηλονότι | ἢ ἄλογον. Φανερὸν δὲ ὡς ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον κατὰ τὸ ἀφ' ἑτέρου εἶναι κοινωνοῦσιν, ἄμφω γὰρ παρὰ τοῦ Πατρός εἰσι, καὶ κατὰ τὸ κοινόν, εἰς ὅπερ συνίασιν, ἀμφοτέρων ὁ Πατὴρ διαφέρει τῷ εἶναι ἀγέννητος. Εἰ τοίνυν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον τοῦ Υἱοῦ διακρίνεται, ἀνάγκη τοῦτο διαφοραῖς τισι γίνεσθαι, καθ' ἑαυτὰς διαιρούσαις τὸ ὂν ἀφ' ἑτέρου· ἃς δὴ διαφορὰς ἀδύνατον εἶναι πλὴν τοῦ αὐτοῦ γένους, τουτέστι, πρὸς τὸ κατ' αἰτίαν ἀναφερομένας, ὥστε δηλονότι τὸ ἕτερον αὐτῶν εἶναι ἐκ τοῦ ἑτέρου. Λείπεται τοίνυν πρὸς τὸ διακρίνεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον τοῦ Υἱοῦ, ἀναγκαῖον εἶναι παρὰ τοῦ Υἱοῦ εἶναι».

Λύσις τοῦ κεφαλαίου

132. *Καὶ οὗτος ὁ λόγος ἐκ τοῦ αὐτοῦ γυμνασίου φασί. Κοινωνεῖ μὲν γὰρ ὁ Υἱὸς τῷ Πνεύματι κατὰ τὸ ἀφ' ἑτέρου εἶναι, ἐκ τοῦ Πατρὸς δηλαδή· καὶ κοινὸν αὐτοῖς τὸ ἐκ τοῦ Πατρός, καὶ πρὸς ἄλληλα δὲ τὸ Πνεῦμα καὶ ὁ Υἱὸς διακρίνονται. Ὅτι δὲ τὰ εἰς ἕν τι κοινὸν συνιόντα, εἰ πρὸς ἄλληλα διακρίνοιντο, ἀνάγκη διακρίνεσθαι διαφοραῖς τισι καθ' αὑτάς, καὶ μὴ κατὰ τὸ συμβεβηκός, τὸ κοινὸν διαιρούσαις, καὶ ὅτι ἐπὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἀδύνατον τὰς διαφορὰς εἶναι πλὴν τοῦ αὐτοῦ γένους, τουτέστι, πρὸς τὸ κατ' αἰτίαν ἀναφερομένας, τοῦτο δὲ πόθεν ἔχει λαβών; ἐκ ποίας ἀνάγκης, ἢ γραφικῆς, ἢ λογισμῶν;*

---

6 Aquinas, *Summa contra Gent. IV, 24 (Vat. gr. 616 f. 221r; vel 613 ff. 407v-408r).*

mari videtur, siquidem etiam in naturalibus potest unum idemque diversimode produci, quin ea, quae exinde derivantur, in unum coeant necesse sit.

Latinorum caput trigesimum octavum
Syllogismus quartus

131. « Adhuc. Quaecumque conveniunt in aliquo communi, si distinguantur ad invicem, oportet quod distinguantur secundum aliquas differentias per se, et non per accidens, pertinentes ad illud commune: sicut homo et equus conveniunt in animali, et distinguuntur ad invicem non per album et nigrum, quae se habent per accidens ad animal, sed per rationale et irrationale, quae per se ad animal pertinent; quia cum animal sit quod habet animam, oportet quod hoc distinguatur per hoc, quod est habere animam talem vel talem, ut puta rationalem, [*fol. 315r*] vel irrationalem. Manifestum est autem quod Filius et Spiritus Sanctus conveniunt in hoc, quod est esse ab alio, quia uterque est a Patre; et secundum hoc Pater convenienter differt ab utroque, inquantum est innascibilis. Si igitur Spiritus Sanctus distinguatur a Filio, oportet quod hoc sit per differentias, quae per se dividant hoc, quod est esse ab alio. Quae quidem non possunt esse nisi differentiae eiusdem generis, scilicet, ad originem pertinentes, ut unus eorum sit ab alio. Relinquitur igitur quod ad hoc, quod Spiritus Sanctus distinguatur a Filio, necesse est quod sit a Filio ».

Solutio capitis

132. Hoc quoque ratiocinium ex eadem palaestra, ut dicitur, est. Etenim conveniunt Filius et Spiritus secundum hoc, quod ab alio sunt, scilicet, a Patre: quia uterque a Patre est. Ad invicem etiam Spiritus et Filius distinguuntur. Quod vero quaecumque in aliquo communi conveniunt, si distinguantur ad invicem, discriminentur oporteat secundum aliquas differentias, quae per se et non per accidens, ad illud commune pertineant; et, quod ad Filium et Spiritum attinet, differentiae illae non possint esse nisi eiusdem generis, id est, quae ad causam referantur; hoc, inquam, undenam desumptum habetur? ex quo fonte? Scripturaene an humanae rationis?

133. f. l. 315v Ἀλλ᾽ ὅτι μὲν οὐδαμῶς ταῦτα ἐκ τῆς γραφῆς, οὐδ᾽ ἂν Λατῖνοι | ἀρνήσαιντο· λείπεται δὴ πρὸς τὰ καθ᾽ ἕκαστα ἀπιδόντας γυμνάσαι τὸν λόγον. Τοῦτο γὰρ ἀληθὲς μὲν ἐπί τε ἀνθρώπου καὶ ἵππου κοινωνούντων ἀλλήλοις τῷ ζῴῳ, καὶ διακρινομένων διαφοραῖς τισι, τῷ λογικῷ καὶ ἀλόγῳ, καθ᾽ αὐτάς, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός, τὸ κοινὸν διαιρούσαις, λέγω δὴ τὸ ζῷον.

134. Καὶ μὴν καὶ ἐπ᾽ ἄλλων ἀληθεύειν ἔνι τὸν λόγον· εἰ δὲ καὶ ἐν πᾶσιν ἀνάγκη τὸν λόγον σῴσεσθαι, τοῦτο δὴ ζητητέον ἂν εἴη. Αὐτίκα κριὸς καὶ τράγος, καὶ ἵππος καὶ ὄνος καὶ εἰς ἕν τι κοινόν, τὸ ζῷον, πάντα ἔρχεται, καὶ οὐ δή που διακρίνονται διαφοραῖς τισι, καθ᾽ ἃς ἂν διαιρεθείη τὸ κοινὸν καθ᾽ αὐτὸ καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός· ἕκαστον γὰρ τούτων ἄλογον, καὶ ἀνάγκη ταῦτα μὴ διακρίνεσθαι τῷ τοιάνδε ἢ τοιάνδε ἔχειν ψυχήν, καὶ ἣν ἐκεῖνος διαφοράν φησι καθ᾽ αὐτό. Ὥστε ἢ λέγειν ἂν εἴη δίκαιος αὐτὸς τὰς τοιαύτας διαφοράς, ἢ μὴ διακρίνεσθαι κατὰ τὸν λόγον τὸν ἐκείνου μήτε τὸν κριὸν τοῦ τράγου, μήτε τὸν ἵππον τοῦ ὄνου.

135. Καὶ Πέτρου δὲ καὶ Ἀνδρέου διακεκριμένων καὶ εἰς ἕν τι κοινὸν συνιόντων, ἢ τὸν ἄνθρωπον ἢ τὸν Ἰωνᾶν, ὑφ᾽ οὗ δὴ γεγέννηνται, τὰς διαφορὰς Λατῖνοι λεγέτωσαν καθ᾽ ἃς διαιρεθείη τὸ κοινὸν ὁ ἄνθρωπος ἢ ὁ Ἰωνᾶς, f l. 316r καθ᾽ αὐτὸ καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός. Καὶ φαιοῦ δὲ καὶ λευκοῦ | καὶ διακεκριμένων καὶ εἰς ἕν τι κοινὸν συνιόντων, τὸ χρῶμα, οὐκ ἂν ἔχοιμεν ῥᾳδίως δεικνύναι τὰς διαφοράς, καθ᾽ ἃς ταῦτα διενηνόχατον, αἳ γένοιντ᾽ ἂν τῷ χρώματι καθ᾽ αὐτὸ καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός. Καὶ μὴν καὶ τὸ γεννᾶν καὶ τὸ προβάλλειν καὶ τὸ δημιουργεῖν καὶ ἀλλήλων ἕτερα τῷ λόγῳ καὶ εἰς ἕν τι κοινόν, τὸν Πατέρα, συνίασι, καὶ οὐδέπω καὶ τήμερον τὰς διαφορὰς τούτων ἠκούσαμεν, καθ᾽ ἃς ἂν διαιρεθείη τὸ κοινόν, ὁ Πατὴρ δηλαδή, καθ᾽ αὑτὸ καὶ οὐκ κατὰ συμβεβηκός.

136. Ἔτι εἰ πάντα ἀληθεύειν νομιοῦμεν τὸν λόγον, οὐκ ἂν φθάνοιμεν τῇ μανίᾳ συνηγοροῦντες τοῦ Ἀρείου. Ὁ γὰρ Υἱὸς τῷ Πατρὶ ἢ τῷ Πνεύματι ἢ Θεὸς κοινωνῶν, εἰ διακριθείη ἑκατέρου τούτων τῇ καθ᾽ αὐτὸ διαφορᾷ τοῦ κοινοῦ, λέγω δὴ τῆς θεότητος, ἄλλη μὲν ἂν εἴη θεότης Πατρός, ἄλλη δὲ Πνεύματος, Υἱοῦ δὲ ἑτέρα. Οὐκ ἄρα πάντα ἀληθεύειν τὸν λόγον τοῦτόν ἐστιν, οὔτ᾽ ἐπὶ τῶν ὑπερουσίων, οὔτ ἐπὶ τῶν ὄντων. Εἰ δὲ μήτε τις ἀνάγκη θεία καὶ γραφικὴ τῷ προεκτεθειμένῳ λόγῳ συνηγορεῖ, μήτε μὴν ἐκ λογισμῶν ἔστι τὰ τοιαῦτα περαίνειν, τί ποτε ἐροῦμεν περὶ τοῦ συμπεράσματος;

---

2 καθέκαστα Ms et alias deinde.

133. At neque ab ipsis Latinis negaretur huiusmodi res ex Scripturis nequaquam [*fol. 315v*] erutas fuisse. Restat ergo ut, ad singula quaeque respicientes, rationem exerceamus. Iam, hoc quidem veritate pollet, cum de homine et equo sermo est, quippe qui ad invicem in animalitate conveniant, et aliquibus differentiis dividantur, scilicet, rationalitate et irrationalitate, quae per se et non per accidens, ad illud commune, quod est animal, pertinent.

134. Imo ratio haec de aliis etiam rebus veritate pollere dici potest. Utrum autem in omnibus salvare fas sit idem ratiocinium, id profecto in quaestione est. Ut exemplis utar, aries et hircus, et equus et asinus, tum in communi aliquo, quod est animal, conveniunt, tum differentiis aliquibus minime distinguuntur, secundum quas per se, et non per accidens, illud commune divideretur. Singula enim haec irrationalia sunt, ideoque necesse est haec non dispesci per hoc, quod est habere animam talem vel talem, et per differentiam quam 'per se' Thomas nuncupavit. Itaque iustum esset ut huiuscemodi differentias ipse assignaret, quia secus, ex eius ratione, neque aries ab hirco, neque ab asino equus discernerentur.

135. Proferant pariter Latini Petri et Andreae, qui diversi sunt, differentias, secundum quas per se et non per accidens commune illud, in quo conveniunt, distinguatur, scilicet, homo, vel Ionas, a quo geniti sunt. Fuscum item et album, [*fol. 316r*] et dividuntur et in aliquo communi conveniunt, quod est color; attamen haud facile differentias ostenderemus, quibus haec discriminantur, quaeque colori per se, non vero per accidens, advenire dicerentur. Quin imo et generare et spirare et mundum condere ratione ad invicem sunt diversa, et insimul in aliquo communi, videlicet Patre, conveniunt; at nunquam ad hodiernam usque diem horum differentias proferre audivimus, secundum quas illud commune, id est, Pater, per se et non per accidens distinguatur.

136. Praeterea, si ratiocinium hoc quoad omnia verum esse iudicaremus, non possemus non insaniae Arii patrocinari. Etenim Filius, qui cum Patre et Spiritu commune habet quod Deus sit, si ab unoquoque eorum discriminaretur differentia, quae per se ad commune illud, Deitatem, inquam, pertineret; alia quidem divinitas Patris esset, alia Filii, alia autem Spiritus Sancti. Igitur nequaquam quoad omnia syllogismus verus est, neque in naturalibus, neque in his, quae naturam supergrediuntur. Iam, si propositae rationi nulla vis sacrae Scripturae patrocinatur; si ne ex humanis quidem ratiociniis illam educere fas est, quid tandem de conclusione dicendum?

137. Οὐ μὴν ἀλλ᾽ εἰ καὶ πάντα ἀληθεύειν τὸν λόγον ἐνῆν, οὐδ᾽ οὕτως ἂν ἡμῖν δικαίαν μέμψιν ἐμέμφοντο, ἀποποιουμένοις τὸν λόγον οὕτω τῶν προειρημένων παραδειγμάτων ἀνομοίως ἐχόντων τῇ κοινότητι τῶν ὑπερουσίων·
fol. 316v | οὐκοῦν τῶν μὲν ὄντων καὶ ψευδομένων καὶ τὸ ἀνόμοιον πάντῃ γε ἐχόντων, ἑτέρων δὲ ὁμοίων μήτε ὄντων μήτε ἐλπιζομένων, πόθεν αὐτοῖς ἡ τοῦ συμπεράσματος ἀνάγκη; ἀνάγκη γὰρ μήδε συλλογίζεσθαι μήδε συμπεραίνειν, εἴ γε μηδὲν καθόλου προϋποκέοιτο.

138. Ἔτι γέννησις καὶ προβολὴ διάφοροι τρόποι ὑπάρξεων· ταῦτα δὲ οἷς δὴ καὶ πρόσεστιν οὐκ ἂν εἴη κατὰ συμβεβηκός, καὶ μὴν καὶ συμβεβηκότι οὐδεμία χώρα ἐν τοῖς ὑπερουσίοις· ὥστε καὶ διάφορα ταῦτα καὶ ἥκιστα κατὰ συμβεβηκὸς ἡ διαφορά. Εἰ δὲ ταύτην ἴσασι Λατῖνοι κυρίως διαφοράν, οὐκ ἂν εἶεν δίκαιοι ἑτέραν ζητεῖν, τὴν κυρίως ἐν χεροῖν ἔχοντες. Ἔτι τῶν διακρινομένων ταῖς καθ᾽ αὐτὸ διαφοραῖς τοῦ κοινοῦ καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός, ἑτέρων ὄντων τῷ εἴδει καὶ τῇ οὐσίᾳ, πᾶσα ἂν εἴη συμφορὰ ἐπὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος διαφορὰν ζητεῖν, καθ᾽ ἣν ἂν τὸ κοινὸν αὐτῶν, ὁ Πατήρ, διαιρεθείη οὐσιωδῶς· τοῦτο γὰρ ἀδιανόητον κομιδῇ, καί, ὃ νοεῖν ἔχομεν, ἀπωλείας σαφῆς ἀφορμή. Εἶεν· τὰ δ᾽ ἐφεξῆς οἷα;

Λατίνων κεφάλαιον λθ´. Συλλογισμὸς πέμπτος

139. « Ἔτι εἴ τις λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον δύνασθαι διακρίνεσθαι τοῦ Υἱοῦ οὐ τῷ ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ εἶναι, ἀλλὰ ταῖς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἑκατέρου διαfol. 317r φόροις προόδοις, πάλιν εἰς ταὐτὸ περιελθεῖν ἀναγκαῖον. Εἰ γὰρ ὁ | Υἱὸς ἄλλος ἐστὶ παρὰ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, ανάγκη καὶ ἄλλην εἶναι πρόοδον ἑκατέρου· δύο δὲ προόδους οὐ δύνατον διακρίνεσθαι, εἰ μὴ ἢ τοῖς ὅροις, ἢ τῇ ἀρχῇ, ἢ τῷ ὑποκειμένῳ. Τοῖς μὲν ὅροις· ὥσπερ ἡ μὲν τοῦ ἵππου πρόοδος ἀπὸ τοῦ ζῴου διαφέρει τῆς τοῦ βοὸς τοῖς ὅροις, καθόσον αἱ δύο αὗται πρόοδοι τελευτῶσιν εἰς διαφόρους τῷ εἴδει φύσεις. Τῇ δὲ αρχῇ· ὥσπερ

12 χεροῖν] forma poetica pro χειροῖν. 19 λέγει] in versione Cydoniana λέγοι (Vat. gr. 616 fol. 221r; vel 613 fol. 408r).

19 AQUINAS, *Summa contra Gent. IV, 24 (Vat. gr. 616 f. 221r-221v; vel 613 f. 408r-408v).*

137. Nihilominus, etsi ratiocinium hoc veritatem quoad omnia continere probaretur, ne sic quidem iusta nos reprehensione plecterent [Latini], si illud adhuc repudiaremus, cum exempla supra allata nullo modo proportionata sint, ut ad communitatem cum superessentialibus admittantur. [*fol. 316*^{v}] Igitur cum illa, quae afferuntur et falsitate laborent et improportionata prorsus habeantur; alia vero, quae proportionem servent, neque sint neque fore sperentur, undenam ipsis necessitas pro conclusione? Ergo restat ut neque syllogismos conficiant neque apponant conclusionem, siquidem nihil ipsis tanquam fundamentum omnino subiacet.

138. Adhuc. Generatio et processio diversi modi sunt exsistendi, qui profecto quibus insunt, nequaquam per accidens inesse dicuntur, imo nullus in superessentialibus locus accidentibus est. Unde et diversa sunt illa et minime accidentali differentia. Iam vero, si discrimen hoc Latini tanquam propriam differentiam norunt, non recte procedunt inquirentes aliam, cum propriam ambabus manibus apprehendere possint. Praeter quam quod cum ea, quae differentiis per se et non per accidens a communi quodam diversificantur, specie et essentia differant, plena esset ruina talem differentiam in Filio et Spiritu requirere, secundum quam Pater, qui ipsis communis est, essentialiter discriminaretur; id enim et intellectu valde durum, et, ut cogitare debemus, aperta perditionis occasio est. Et haec quidem sic; qualia vero sunt quae sequuntur?

Latinorum caput trigesimum nonum
Syllogismus quintus

139. « Amplius. Si quis dicat Spiritum Sanctum distingui a Filio, non quia sit a Filio, sed propter diversam originem utriusque a Patre: in idem hoc realiter redire necesse est. Si enim [*fol. 317*^{r}] Spiritus Sanctus est alius a Filio, oportet quod alia sit origo vel processio utriusque. Duae autem origines non possunt distingui, nisi per terminum, vel principium, vel subiectum. Sicut origo equi differt ab origine bovis ex parte termini: secundum quod duae origines terminantur ad naturas specie diversas. Ex parte autem principii: ut si supponamus in eadem specie animalis quaedam generari ex virtute activa solis tantum; quaedam autem, simul cum hac, ex virtute activa seminis. Ex parte subiecti, differt generatio huius equi et illius secundum quod natura speciei in diversa materia recipitur. Haec autem distinctio, quae est ex parte subiecti, in divinis Personis locum habere non potest, cum sint omnino immateriales. Similiter etiam

ἂν εἴ τις ὑπόθοιτο τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ εἶδος ζῴων τινὰ μὲν γίνεσθαι ἐκ τῆς ποιητικῆς δυνάμεως τοῦ ἡλίου μόνον, τινὰ δὲ ἐκ ταύτης τε καὶ τῆς ποιητικῆς τοῦ σπέρματος δυνάμεως. Τῷ δὲ ὑποκειμένῳ· ὥσπερ ἡ τούτου τοῦ ἵππου γένεσις ἢ ἐκείνου, καθόσον τὸ τῆς φύσεως εἶδος διάφοροι ὑπεδέξαντο ὕλαι. Ἡ μὲν οὖν ἐκ τοῦ ὑποκειμένου διάκρισις ἐν τοῖς θείοις Προσώποις τόπον οὐκ ἔχει, ὅτι πάντῃ εἰσὶν ἄϋλοι· ὁμοίως δὲ οὐδὲ ἐκ τῶν ὅρων, εἰ οὕτω θεμιτὸν φάναι, δύναται εἶναι τῶν προόδων διάκρισις, ἐπεὶ τὴν αὐτὴν καὶ μίαν θείαν φύσιν, ἣν ὁ Υἱὸς τῷ γεννᾶσθαι λαμβάνει, λαμβάνει καὶ τὸ Ἅγιον Πνεῦμα τῷ προϊέναι. Λείπεται τοίνυν ἑκατέρας προόδου τὴν διάκρισιν εἶναι τῇ ἀρχῇ. Φανερὸν δὲ ὡς ἀρχὴ τῆς προόδου τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατὴρ μόνος ἐστίν· εἰ τοίνυν καὶ τῆς τοῦ Ἁγίου Πνεύματος προόδου μόνος ὁ Πατὴρ ἀρχή ἐστιν, ἡ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος πρόοδος οὐχ ἑτέρα
fol. 317v *ἔσται τῆς τοῦ Υἱοῦ γεννήσεως, οὕτω δὲ οὐδὲ | ὁ Υἱὸς τοῦ Ἁγίου Πνεύματος διακεκριμένος. Πρὸς τὸ τοίνυν καὶ τὰς προόδους καὶ τοὺς προϊόντας διακεκρίσθαι, ἀνάγκη λέγειν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον μὴ ἐκ τοῦ Πατρὸς εἶναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. — Εἰ δέ τις πάλιν λέγοι ὅτι διαφέρουσιν αἱ πρόοδοι τῇ ἀρχῇ, καθόσον ὁ Πατὴρ τὸν μὲν Υἱὸν ὡς νοῦς λόγον γεννᾷ, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον κατὰ τὸν τῆς βουλήσεως τρόπον ὥσπερ ἀγάπην, ἀνάγκη πάντως κατὰ τὴν ἐν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τῆς βουλήσεως πρὸς τὸν νοῦν διαφοράν, τοὺς δύο προϊόντας διακρίνεσθαι καὶ τὰς δύο προόδους· ἀλλ' ἡ βούλησις καὶ ὁ νοῦς ἐν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ οὐ πραγματικῶς διακρίνονται, ἀλλὰ λόγῳ μόνῳ, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ δέδεικται. Ἕπεται τοίνυν καὶ τὰς δύο προόδους καὶ τὰ δύο προϊόντα λόγῳ μόνῳ διαφέρειν. Τὰ δὲ λόγῳ μόνῳ διαφέροντα ἀλλήλων ἀντικατηγοροῦνται, ἀληθὲς γάρ ἐστι λέγειν τὴν τοῦ Θεοῦ βούλησιν τὸν νοῦν εἶναι αὐτοῦ, καὶ τὸ ἀνάπαλιν· ἀληθὲς ἄρα ἔσται καὶ τὸ λέγειν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον εἶναι Υἱόν, καὶ τὸ ἀνάπαλιν, ὅπερ ἐστὶ τῆς σαβελλιανῆς ἀθείας. Οὐκ ἄρα πρὸς τὸ διακρίνειν τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα ἀρκεῖ τὸ λέγειν τὸν μὲν Υἱὸν ὡς λόγον ἐκ νοῦ προϊέναι, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον κατὰ τὸν τῆς βουλήσεως τρόπον, εἰ μὴ μετὰ τούτου λέγοιτο καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον».*

Λύσις τοῦ κεφαλαίου, καὶ περὶ θείας διακρίσεως

140. | Οἱ μὲν δὴ Λατῖνοι τοιαῦτα, ἡμεῖς δὲ ὥσπερ ἐν διαγράμματι τὸν συλ-
fol. 318r λογισμὸν ἐκθέμενοι πρότερον, οὕτω τὴν δύναμιν τὴν αὐτοῦ καὶ δὴ σκοπῶμεν. Ἔχει γὰρ οὕτως· ἡ τοῦ Υἱοῦ γέννησις καὶ ἡ τοῦ Πνεύματος προβολὴ πρόοδοί εἰσι διαφέρουσαι· αἱ διάφοροι πρόοδοι ἢ τῇ ἀρχῇ, ἢ τοῖς ὅροις, ἢ τῷ ὑποκειμένῳ διενηνόχασι· καὶ τὸ συμπέρασμα δῆλον. Ἀλλὰ τοῖς ὅροις

---

22 Aquinas, *cf. Summa contra Gent. I, 45 (quoad intellectum), 73 (quoad voluntatem).*

ex parte termini, ut ita liceat loqui, non potest esse processionum distinctio: quia unam et eandem divinam naturam, quam accipit Filius nascendo, accipit Spiritus Sanctus procedendo. Relinquitur igitur, quod utriusque originis distinctio esse non potest, nisi ex parte principii. Manifestum est autem, quod principium originis Filii est Pater solus. Si igitur processionis Spiritus Sancti principium sit solus Pater, non erit alia processio Spiritus Sancti a generatione Filii: et sic nec [*fol. 317*^{v}] Spiritus Sanctus distinctus a Filio. Ad hoc igitur quod sint aliae processiones et alii procedentes, necesse est dicere quod Spiritus Sanctus non sit a solo Patre, sed a Patre et Filio. Si quis vero iterum dicat, quod differunt processiones secundum principium, inquantum Pater producit Filium per modum intellectus, ut Verbum, Spiritum autem Sanctum per modum voluntatis, quasi Amorem: secundum hoc oportebit dici, quod secundum differentiam voluntatis et intellectus in Deo Patre distinguantur duae processiones et duo procedentes. Sed voluntas et intellectus in Deo Patre non distinguuntur secundum rem, sed solum secundum rationem: ut in primo libro ostensum est. Sequitur igitur quod duae processiones et duo procedentes differant solum ratione. Ea vero, quae solum ratione differunt, de se invicem praedicantur: verum enim dicetur quod divina voluntas est intellectus eius, et e converso. Verum ergo erit dicere quod Spiritus Sanctus est Filius, et e converso: quod est sabellianae impietatis. Non igitur sufficit ad distinctionem Spiritus Sancti et Filii dicere, quod Filius procedat per modum intellectus, et Spiritus Sanctus per modum voluntatis, nisi cum hoc dicatur, quod Spiritus Sanctus sit a Filio ».

Solutio capitis; ubi adhuc de divinis distinctionibus

140. [*fol. 318*^{r}] Haec quidem Latini; nos autem imprimis velut in compendium redigemus syllogismum hunc, ut ita quod sit illius robur bene perspiciatur. Sic itaque habet: Generatio Filii et Spiritus processio modi progrediendi diversi sunt. Diversi autem modi progrediendi vel per principium, vel per terminum, vel per subiectum distinguuntur. Conclusio ergo est manifesta. Iam vero, ex parte termini vel ex parte subiecti divinos progrediendi modos discriminari perquam periculosum est, et, ut ipsis videtur, absurda consectaria

ἢ τῷ ὑποκειμένῳ τὰς θεαρχικὰς τῶν προόδων διακρίνειν, πανχάλεπον, καί, αὐτοῖς δοκεῖ, δέει τῶν ἑπομένων ἄτοπον· λείπεται δὴ τῇ ἀρχῇ τὰ τοιαῦτα διενηνοχέναι, δηλονότι, τῷ τὴν μὲν τοῦ Υἱοῦ πρόοδον ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς εἶναι, τὴν δὲ τοῦ Πνεύματος ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ.

141. Ἀλλ᾿ ὁ μὲν συλλογισμός, οὗτος· ἡμεῖς δὲ πρὸς ταῦτα τί μὲν πρῶτον, τί δὲ δεύτερον, τί δὲ μεταταῦτα ἐροῦμεν; Αὐτίκα τὸ καὶ ἡμᾶς τὰ ἴσα λέγοντας ἐξεῖναι συνάγειν τὸν Υἱὸν ἐκ Πατρὸς γεννᾶσθαι καὶ Πνεύματος, ὑποθεμένους πρότερον διὰ τὰ προδεδειγμένα τὸ Πνεῦμα ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς προϊέναι, ὥστε οἷς λόγοις ταῦτα ἐκεῖνοι λύσουσι, τοῖς αὐτοῖς καὶ ἡμῖν ἐξέσται χρωμένοις τὰ παρ᾿ ἐκείνων λύειν. Τοῦτο δὲ πᾶς τις, οἶμαι, δίκαιόν γε ἐρεῖ. Οὐκοῦν εἰ μὲν τὰ παρ᾿ ἡμῶν τὸ ἄτοπον ἔχουσι, διατί μὴ καὶ τὰ ἐκείνων; εἰ δὲ μετὰ τοῦ ἀληθεύειν ἐκεῖνοι, πάντως δήπου καὶ τὰ ἡμέτερα.

142. fol. 318v Ἀλλ᾿ ἔστω ταῦτά γε. Πάλιν δὴ τοῦ συλλογισμοῦ τούτου τὴν μὲν | τῶν προτάσεων ἐλάττονα παρὰ τῆς γραφῆς Θωμᾶς εἴληφε, κατὰ θείαν ἀποκάλυψιν δηλαδή, σημείοις καὶ τέρασι βεβαιωθεῖσαν, ὡς τὸ ἱερόν φησιν εὐαγγέλιον, τὴν δὲ μείζονα οὔτε παρὰ τῆς διδασκαλίας τοῦ Πνεύματος ἔχει λαβών, οὔτε του τῶν τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων ἤκουσε λέγοντος. Ἀλλὰ Λατίνοις καὶ τῇ δόξῃ τῇ αὐτοῦ χαριζόμενος, ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἤ καί τινων ἀναπλασμάτων ἢ ὀνειράτων, εἰ δεῖ γε εἰπεῖν, ταύτην ἁρπάσας (τὰ γὰρ γένη καὶ τὰ εἴδη ἐπινοίαις τισὶν, οὐ πραγματικῶς, ὑφέστηκεν, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησίν), οὕτω προσαρμόζειν ταύτην πειρᾶται τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ Πνεύματος, τὰ θεῖα καὶ ἀπερινόητα καὶ ὑπερφυᾶ τοῖς αἰσθητοῖς καὶ ὑλαίοις συντάττων, καὶ τὴν ἐλευθερίαν τὴν αὐτῶν ἀφαιρούμενος, καὶ ὑπὸ τὴν τούτων ἀνάγκην κἀκεῖνα ὑπάγων, καὶ πάντα ὁμοῦ μιγνύς, καὶ μὴ διαστέλλων, ὃ δή φασιν, ἱεροῦ μεταξὺ καὶ βεβήλου. Τοῦτο δὲ καὶ παρὰ τὰς θείας καὶ πνευματικὰς παραδόσεις ἐδείξαμεν, καὶ παρὰ τὸ τῶν διδασκάλων βούλημα, καὶ παρ᾿ αὐτὰ τὰ πράγματα, καὶ παρὰ τὰς μεθόδους τὰς λογικάς, ἃς Ἀριστοτέλης μετὰ τοῦ ἀληθεύειν ἐξέθετο.

143. Ἔτι τοῦ συλλογισμοῦ τούτου οὕτω προϊόντος ὡς ἔφημεν, εἰ μὲν ἐκ τοιούτων λόγων οὐδὲ Λατίνοις δοκεῖ ἀναγκαῖον συνάγεσθαι δύνασθαι, οὐδ᾿ ἡμεῖς γε πρὸς ταῦτα ἔτι ἐροῦμεν, ἀρκοῦσαν ἔχοντες τὴν εὐγνωμοσύνην τὴν

---

15 *cf.* Io. *IV, 48 (cf. quoque* Act. *XV, 12;* Rom. *XV, 19) ...*

secum infert; ergo sane restat ut illi ex parte principii distinguantur, et sic patet progressum quidem Filii ex solo Patre esse, qui vero Spiritus Sancti est, ex Patre simul et ex Filio.

141. Attamen syllogismus huiusmodi est; nos vero quid primum ad haec, quid vero deinceps, quid postremo dicemus? Illud videlicet: nos quoque posse ex eadem argumentatione concludere Filium ex Patre et ex Spiritu generari, si prius supponamus ex his, quae in antecessum demonstrata sunt, Spiritum Sanctum ex solo Patre prodire; ita ut, quibus illi rationibus haec nostra dissolvere poterunt, eisdem nos utentes, quae illorum sunt, solvere valeamus. Quilibet autem, opinor, id iustum esse dicet. Igitur si nostra conclusio absurditatem continet, quare non etiam quae illorum est? Quodsi placita illorum donantur veritate, profecto etiam nostra vera erunt.

142. Verumtamen relinquamus haec. Rursus in syllogismo hoc [*fol. 318v*] minorem quidem praemissarum e fonte Scripturae Thomas hausit, videlicet, ex divina revelatione, signis et prodigiis confirmata, ut sacrum Evangelium ait; maiorem autem neque ex Spiritus doctrina desumere potuit, nec eam ex Doctoribus Ecclesiae talia loquentibus audivit. Sed Latinis indulgens [Thomas] propriaeque opinioni, cum ex sensibilibus, vel etiam ex quibusdam commentis, vel (si ita loqui fas est) e somniorum visionibus eam apprehenderit, (nam genera et species, ut etiam Aristoteles dicit, conceptibus quibusdam, non rebus subiacent), inde praemissam illam doctrinae Spiritus adaptare conatus est, dum divina et incomprehensibilia et supernaturalia simul cum sensibilibus et materialibus rebus composuit, eademque exspolians libertate, quae ipsis propria est, sub caducarum rerum necessitatem subegit et, cuncta permiscens, a sacris (ut fert proverbium) profana minime seclusit. Quod quidem et contra divinas et spirituales traditiones esse demonstravimus, et contra Doctorum opiniones rerumque naturam, et contra logices methodum, quam Aristoteles cum veritate coniunctam proposuit.

143. Plura adhuc: ex fontibus his, quos dicebamus, prodeunte syllogismo nostro, si ex huiusmodi rationibus vel Latinis ipsis nihil necessarium concludi posse videtur, plura adhuc proferre nos non pergemus, illorum candore contenti. At vero si adversus haec, [*fol. 319r*] illos reclamare contingat, nihil, quo haec fulciantur, praesto erit, quippe quae secum ipsis pugnent, dum, ab omnibus

fol. 319r *αὐτῶν· εἰ δὲ πρὸς ταῦτα | ἀντιβοήσουσιν, οὐδὲ ἕξουσιν οὗ στήσονται, ἀλλήλοις πολεμοῦντες καὶ παρὰ πάντων ἐλαυνόμενοι καὶ πρὸς τοὺς διδασκάλους τοὺς ἑαυτῶν κακῶς ἔχοντες. Θωμᾶς γάρ, ὁ ταῦτα ἐκθέμενος, μεθ' ἡμῶν ἵσταται τούτῳ τῷ μέρει· ἐδείξαμεν γὰρ αὐτὸν οὕτω περὶ τούτων γνώμης ἔχοντα, ὡς πάντα μᾶλλον ἢ καὶ ἀνάγκην ἡντινοῦν ἐκ τοιούτων λόγων ἀφικνουμένην οἴεσθαι. Φησὶ γάρ· « Εἰσαχθήσονται δὲ παρ' ἡμῶν πρὸς τὴν δήλωσιν ταύτης τῆς ἀληθείας καί τινες πιθανοὶ λόγοι, ὅσον μέντοι πρὸς διατριβὴν τῶν πιστῶν καὶ γυμνάσιον ». Εἶτα τὴν αἰτίαν ἐπάγων, φησί· « Τὸ γὰρ τῶν ἀποδείξεων ἐνδεὲς μᾶλλον αὐτοὺς εἰς τὸ τῶν αἱρέσεων ἔχεσθαι βεβαιώσει ». Καὶ πάλιν· « Τὰ αἰσθητὰ τῶν πραγμάτων, ἐξ ὧν ἡ ἀνθρωπίνη ἀπόδειξις τὴν ἀρχὴν λαμβάνει, ἔχουσί τι ἐν ἑαυτοῖς τῆς θείας ὁμοιότητος ἴχνος, οὕτω μέντοι ἀτελές, ὥς τε πρὸς τὸ τὴν τοῦ Θεοῦ οὐσίαν δεικνύναι εὑρίσκεσθαι παντάπασιν ἀδρανῆ ». Καὶ πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ κεφαλαίῳ· « Ἔστι μέντοι χρήσιμον ἐν ταῖς τοιαύταις τῶν ἀποδείξεων ἀσθενέσιν ἀμηγέπη οὔσαις γυμνάζειν ἑαυτὴν τὴν ἡμετέραν διάνοιαν, ἐφόσον ἄπεστιν ἡ τοῦ καταλαμβάνειν ἢ ἀποδεικνύναι τὰ τοιαῦτα δύνασθαι οἴησις ».*

144. *Ἔτι τὰ μὲν προϊόντα, δηλαδὴ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα, κατὰ τὰς προόδους διαφόρους οὔσας διενηνοχέναι, καὶ σφόδρα* fol. 319v *| οἱ θεολογοῦντές φασι, καὶ οὐδείς ἐστιν ὃς τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος ἑτέρως διακρίνειν ἐνόμισεν· αὐτὰς δὲ τὰς προόδους τίνι τὸ διάφορον ἔχουσιν, οὔτ' εἶπεν οὐδεὶς οὐδέπω, καὶ ἀγνοεῖν δὲ ὁμολογοῦσι πάντες κοινῇ, καὶ ἡμᾶς ταῦτα περιεργάζεσθαι βουλομένους καὶ σφόδρα ἀπείργουσι, Θεῷ μόνῳ τῆς τούτων ἐπιστήμης παραχωροῦντες.*

145. *Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Γρηγόριος· « Ἀκούεις γέννησιν; τὸ πῶς μὴ περιεργάζου· ἀκούεις Πνεῦμα τὸ προϊὸν ἐκ τοῦ Πατρός; τὸ ὅπως μὴ πολυπραγμόνει ». Καὶ ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῷ περὶ Τριάδος κεφαλαίῳ· « Ὅτι μέν ἐστι διαφορὰ γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως μεμαθήκαμεν, τίς δὲ ὁ τρόπος τῆς διαφορᾶς οὐδαμῶς ». Καὶ πάλιν ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ κεφαλαίῳ· « Εἰ γὰρ καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρός, ἀλλ' οὐ γεννητῶς λέγομεν, ἀλλ' ἐκπορευτῶς· ἄλλος τρόπος ὑπάρξεως οὗτος ἄρρητός τε καὶ ἀνέκφραστος ». Καὶ πάλιν ὁ θεῖος Γρηγόριος ἐν τῷ πρὸς Ἥρωνα· « Εἰ δὲ τὸν τρόπον*

15 *ἀμηγέπη*] vid. num. 47, pag. 224.

6 Aquinas: *Summa contra Gent. I, 9 (2 citat.; Vat. gr. 613 f. 7v).* 10 Aquinas, *Summa contra Gent. I, 8 (2 citat.; Vat. gr. 613 ff. 6v, 7r).* 24 Nazianzenus, *De Dogmate et Constitutione episcoporum, 11: MG 35, 1077 C.* 26 Damascenus, *De Fide Orthodoxa I, 8 (2 citat.): MG 94, 824 A;816 C.* 31 Nazianzenus, *Orat. XXV, In laudem Heronis Philosophi, 16 (cum implic. citat.* Mt. *XI, 27;* Io. *X, 15;* I Cor. *II, 10-11): MG 35, 1221 C.*

reiecti, etiam ab eorum magistris male tractantur. Etenim Thomas, idem ipse qui syllogismum exponebat, quoad rem hanc nobiscum militat: ostendimus enim ipsum hanc de his rebus opinionem habere, ut quaevis potius quam argumentum concludens qualecumque ex huiusmodi rationibus obtineri posse censeat. Ita enim scribit: « Sunt tamen ad huiusmodi veritatem manifestandam rationes aliquae verisimiles inducendae, ad fidelium quidem exercitium et solatium ».[1] Statimque rationem subiungit: « Quia ipsa rationum insufficientia eos [id est, adversarios] magis in suo errore confirmaret ». Et in alio loco: « Res quidem sensibiles, ex quibus humana ratio cognitionis principium sumit, aliquale vestigium in se divinae imitationis retinent, ita tamen imperfectum, quod ad declarandam ipsius Dei substantiam omnino insufficiens invenitur ». Rursusque in eodem capite: « Utile tamen est ut in huiusmodi rationibus, quantumcumque debilibus, se mens humana exerceat, dummodo desit comprehendendi vel demonstrandi praesumptio ».

144. Praeterea, Filium et Spiritum discriminari, per diversum exsistendi modum, quo sc. [a Patre] progrediuntur, maximo quidem opere [*fol. 319v*] a theologis affirmatur, quorum nullus est, qui alia ratione Filium a Spiritu distinguere cogitaverit. At vero quanam in re diversitas illa progressionum consistat, ne ab uno quidem unquam dictum esse reperitur, cum e contrario ignorantiam suam omnes uno ore fateantur, arceantque nos a desiderio curiosius inquirendi res, quarum scientiam soli Deo concedunt.

145. Nam divus Gregorius ita ait: « Audis generationem? Modum curiosius ne inquiras. Audis Spiritum ex Patre procedere? Id, quomodo fiat, ne anxio studio perscruteris ». Et Damascenus in capite de Trinitate: « Et quidem — inquit — generationem inter et processionem divinam discrimen intercedere edocti sumus: ceterum quis sit huius distinctionis modus, prorsus nescimus ». Rursusque ipse in eodem capite: « Quamvis enim etiam Spiritus Sanctus ex Patre procedat, non tamen generationis modo, sed processionis. Alius autem est hic existentiae modus, perinde incomprehensus et ignotus ». Et iterum divus Gregorius in oratione de laudibus Heronis ait: « Quodsi mo-

---

[1] Sequuntur immediate verba haec: « *non autem ad adversarios convincendos* », quibus S. THOMAS mentem suam de valore ratiocinii in quaestione Trinitaria admodum perspicuam reddidit; ea autem, quae minime sibi favebant, NILUS CABASILAS praetermisit. Sed non animadvertit ex hac omissione verbum sequentis loquutionis « *αὐτοὺς* » indeterminatum et sine sensu induci.

ἐπιζητεῖς, τί καταλείψεις τοῖς μόνοις γιγνώσκειν ἄλληλα καὶ γιγνώσκεσθαι ὑπ᾽ ἀλλήλων μαρτυρουμένοις;» Καὶ ἡ ἕκτη δὲ σύνοδος ἐν ταῖς πράξεσι ταῖς ἑαυτῆς· «Τῶν αἱρετικῶν, φησί, ἴδιον τὸν τρόπον περιεργάζεσθαι τῶν προόδων Υἱοῦ καὶ Πνεύματος».

146. Ἡ μὲν τῆς Ἐκκλησίας δόξα, τοιαύτη· Λατῖνοι δὲ τὴν τῶν θείων προόδων διαφορὰν διαρρήδην ζητοῦντες καὶ τί ποτε διαφέρει πρόοδος Υἱοῦ καὶ
fol. 320r πρόοδος Πνεύματος πρόβλημα ποιούμενοι ἄντικρυς, | πάντως ταῖς εἰρημέναις αἰτίαις ἔνοχοι· ἀδυνάτων τε γὰρ ἐφίενται καὶ ἃ μὴ παραδέδοται παρὰ τῆς γραφῆς, καὶ οὐ πόρρω τῆς τῶν αἱρετικῶν τὰ τοιαῦτα γνώμης. Καὶ μὴν εἰ τὸ μὲν ζητούμενον τοῦτό γέ ἐστιν εἰ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεται, τοῦτο δὲ πειρῶνται δεικνύναι ἀδύνατα ὑποτιθέμενοι πρότερον, πῶς οὐ γελοῖος ὁ οὕτως ἀποδεικνύς;

147. Ἔτι εἰ ὁ μὲν τῆς διαφορᾶς τῶν προόδων τρόπος οὐδαμῶς εἰς τὴν τῶν θεολόγων ἀφῖκται διάνοιαν, καὶ Θεῷ μόνῳ τὸ τοιοῦτον γνωστόν, καὶ διανοίαις ἀνθρωπίναις ἀνεπινόητον καὶ λόγοις ἄρρητον, ὁ δὲ τῆς διαφορᾶς τῶν προόδων τρόπος, ὃν ἐξεῦρε Θωμᾶς, ὅτι διενηνόχασι τῇ ἀρχῇ, ἐφόσον ἡ μὲν τοῦ Υἱοῦ πρόοδος ἐκ μόνου τοῦ Πατρός ἐστιν, ἡ δὲ τοῦ Πνεύματος ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ ἀνθρώποις ἔγνωσται καὶ δὴ καὶ ῥητὸν τὸ τοιοῦτον, πῶς οὐ πᾶσα ἀνάγκη ὡς οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τρόπος, ᾧ κατὰ ἀλήθειαν αἱ ὑπερφυεῖς διεστήκασι πρόοδοι, ἀλλὰ τερατώδης τις καὶ περιττὸς τὴν ἀπάτην, καὶ ἱκανὸς Θεοῦ καὶ τῆς ἀληθείας τοὺς πειθομένους ἀπαγαγεῖν;

148. Ἔτι τὰς προόδους Λατῖνοι ἢ τοῖς ὅροις ἢ τῇ ἀρχῇ ἢ τῷ ὑποκειμένῳ διαφέρειν λέγοντες, περὶ ποίων προόδων φασί; πότερον περὶ ἐκείνων, αἳ καὶ εἰς ἀνθρωπίνην γνῶσιν ἀφίκοντο ἐκ τῶν καθ᾽ ἕκαστα ἀνειληφυῖαι τὰς ἀφορμάς, ἢ περὶ τῶν ἀπερινοήτων καὶ ὧν οὔτε ἐπιστήμη οὔτε νόησις οὔτε
fol. 320v αἴσθησις | οὔτε τις ἐπαφή, αἳ καὶ τὸν ἀγγελικὸν νοῦν κατόπιν ἀφῆκαν; Εἰ μὲν δὴ περὶ τούτων, καὶ πῶς ἀπερινόητα καὶ κρείττω ἢ κατ᾽ ἐπιστήμην καὶ ἐπαφήν, ἃ καὶ ὑπὸ τὸν διαιρετικὸν ἐτέλεσαν τρόπον; εἰ δὲ περὶ ἐκείνων, οὐκοῦν οὐδαμῶς ὁ λόγος περὶ τῶν προόδων Υἱοῦ καὶ Πνεύματος. Ὥστε οὕτω τοῦ λόγου τὸ ἀναγκαῖον ἔχοντος· εἰ μὲν ἡ ἐλάττων τοῦ συλλογισμοῦ ἀληθής, ψευδὴς ἡ μείζων, αἱ γὰρ ἀπερινόητοι πρόοδοι, ἕως ἂν ἀληθῶς τοῦτό γε ὦσιν, ἀπερινοήτους καὶ τὰς διαφορὰς τὰς αὐτῶν ἔχουσι, καὶ οὐδενὶ συγ-

---

3 *verba haec Synodi in editione* MANSI, *ut puto, non inveniuntur; citatio bis quoque occurrit in* GEORGIO SCHOLARIO, *sed ipsam editor Operum eius nec etiam invenire potuit (cf.* PETIT-SIDÉRIDÈS-JUGIE, *Œuvres complètes ... II 82, 279).*

dum quaeris, quid eis relicturus es, quos solos mutuo se cognoscere, atque a se mutuo cognosci Scriptura testatur? ». Sexta vero Synodus in Actis suis scribit: « Haereticorum proprium est modum perscrutari, quo processiones Filii et Spiritus fiunt ».

146. Haec quidem est Ecclesiae fides; Latini vero, cum explicite quaerant divinarum progressionum differentias, et illico problema statuant, quid tandem progressio Filii a progressione Spiritus differat, [*fol. 320r*] praedictarum inculpationum omnino sunt rei, absurda enim et quae ab Scripturis non traduntur praecipiunt; imo vero ab opinionibus haereticorum non procul absunt. Et certe, si quod quaeritur id est, an etiam a Filio Spiritus procedat, illudque, absurda prius fundamenta iacientes, demonstrare intendunt, quî fieri possit ut, qui hoc pacto ad demonstrandum sese accingit, non derideatur?

147. Quin etiam, si ex una parte modus, quo progressiones diversae sunt, nullatenus ad intelligentiam theologorum devenit, cum is uni Deo sit cognitus, mentibus autem humanis inintelligibilis prorsus et inexplicabilis verbis sit; ex alia vero parte non solum ab hominibus cognosci, sed etiam exprimi verbis potest ille, quem Thomas adinvenit, progressionum diversitatis modus, scilicet, discrimen in ratione principii consistere, quatenus exitus quidem Filii ex solo Patre sit, processio autem Spiritus ex Patre simul Filioque; quomodo necessarium non erit non hunc esse modum verum, quo supernaturales progressiones discriminantur, sed e converso monstruosum quodammodo et erroribus onustum aptumque qui homines in ipso fidentes a Deo et a veritate longe arceat?

148. Praeterea cum Latini distingui progressiones aiunt vel ratione termini, vel principii, vel subiecti, de quibus progressionibus loquuntur? Utrum de his, quae ad humanam cognitionem pervenire valent, utpote quae argumenta earum ex singularibus desumantur, an de incomprehensibilibus, de quibus neque scientia, neque cogitatio, neque sensatio [*fol. 320v*] neque contrectatio quaevis haberi potest, quae etiam intelligentiam angelorum retro relinquunt? Etenim si de his quidem postremis sermo est, quomodo et inintelligibiles illae essent et vel scientia vel experientia potiores, quae etiam ad hoc pervenerunt, ut disiunctivo modo proferantur? Si vero de aliis, igitur nullatenus de progressionibus Filii ac Spiritus quaestio movetur. Quam ob rem si talis est necessitas huius syllogismi, si minor eius vera est, falsa maior esse videbitur; nam incomprehensibiles progressiones, dum vere hoc decorentur nomine, incomprehensibiles quoque habebunt ipsarum differentias, nullique facile permit-

χωρήσουσι ῥᾳδίως οὐδὲ εἰς ζήτησιν αὐτῶν ἀφικέσθαι. Εἰ δὲ ἀληθὴς ἡ μείζων, τοῦ λόγου γε ὄντος περὶ τῶν ἐν τοῖς οὖσι προόδων, ψευδὴς ἡ ἐλαττων· γέννησις γὰρ Υἱοῦ καὶ προβολὴ Πνεύματος, εἰ καὶ πρόοδοι καὶ διαφέρουσαι, ἀλλ' ὑπερούσιοι δή τινες καὶ οἷαι μηδὲ εἰς ἐπιστήμην ἐλθεῖν. Οὐκ ἄρα τὸ συμπέρασμα ἀναγκαῖον.

149. *Ἔτι τὸν συλλογισμὸν ἐγγυτέρω γενομένους θεωρητέον ἐστίν. Ἔστι γὰρ αὐτοῖς τὸ συμπέρασμα συλλογισμὸς ὑποθετικός, οὐκ ἐξ ἀκολουθίας προιών, ἀλλ' ἐκ διαζευκτικοῦ, τῇ ἀναιρέσει τῶν δύο τὸ λοιπὸν μετ' ἀνάγκης εἰσάγων. Ἁμαρτάνει δέ, οὐχ ὥστε καὶ συγγνώμης τυχεῖν. Τῶν γὰρ οὕτως ἐχόντων συλλογισμῶν ἢ ἐν τοῖς ἀμέσοις ἐναντίοις, ἢ ἐν τοῖς ἐμμέσοις μέν, τὸ δὲ μέσον ὡρισμένον ἔχουσι θεωρουμένων· οὕτω γὰρ τῶν ἄλλων ἀναι-*
fol. 321r *ρουμένων, | ἐξανάγκης εἰσάγεται τὸ καταλειπόμενον. Οὗτος ⟨δέ⟩, καθάπερ τύραννος ὑπερήφανος, πάντα πρὸς τὴν βούλησιν στρέφων τὴν αὐτοῦ, οὐδαμῶς ἐξ ἐναντίων εἴληφε τὸ ἑπόμενον· τίς γὰρ ἐναντιότης ἐν τοῖς ὅροις καὶ τῷ ὑποκειμένῳ καὶ τῇ ἀρχῇ;*

150. *Ἀλλ' ἔστω τοῦτο. Ἔπειτα καὶ τὴν τοῦ ἑπομένου διαίρεσιν οὐ πάντα ὑγιαίνειν φαμέν· τρεῖς γὰρ τρόπους προόδων Θωμᾶς εἰληφώς, προάγει τούτους μετὰ τοῦ διαζευκτικοῦ, ὥσπερ ἀνάγκης οὔσης πᾶσαν πρόοδον ὑπὸ τὰ εἰρημένα τελεῖν, καὶ μηδεμίαν οὕτως ἰσχυρὰν εἶναι, ὥστε τὴν διαίρεσιν τὴν αὐτῶν διαφεύγειν δύνασθαι. Τοῦτο δὲ πολλοῦ μὲν ἱδρῶτος, πολλῆς δὲ γυμνασίας, πολλῶν δὲ ἀποδείξεων δεῖ, εἰ μέλλοιμεν πιστεύειν μηδεμίαν ἐν τοῖς οὖσι πρόοδον τὰ προειρημένα διαδιδράσκειν, μήτε μὴν εἰς ἐλάττω πάντα ἀναφέρεσθαι δύνασθαι. Ὅτι δ' ἐγχωρεῖ πλείω εἶναι τὰ τῆς διακρίσεως τῶν προόδων αἴτια, δῆλον ἐκεῖθεν· δύο γὰρ ψυχῶν πρόοδοι καὶ δύο ἀγγέλων ἐκ τῆς οἰκείας ἀρχῆς καὶ διαλλάτουσί [πῃ] καὶ οὔτε τῇ ἀρχῇ διενηνόχασιν, ἐκ τῆς αὐτῆς γὰρ προῆλθον· οὔτε τοῖς ὅροις, οὐ γὰρ κατ' εἶδος ψυχὴ ψυχῆς οὐδὲ ἄγγελος ἀγγέλου διακρίνεται· οὔτε μὴν τῷ ὑποκειμένῳ, οὐ γὰρ ἐν ὕλῃ τὰ τοιαῦτα. Καὶ περὶ τοῦ ἑβδόμου δὲ καὶ πέμπτου καὶ τρίτου ἀριθ-*
fol. 321v *μοῦ εἴ τις τὰς προόδους | τούτων τὰς ἐκ τῆς μονάδος ἢ τοῦ ἀριθμοῦ σκοποίη, οὔτε τῇ ἀρχῇ διϊσταμένας ἂν ἴδοι, οὔτε τοῖς ὅροις, οὐ γὰρ κατ' εἶδος διάφορον ἕβδομον καὶ πέμπτον καὶ τρίτον· ἕκαστον γὰρ τούτων καὶ ἀριθμὸς καὶ περιττὸς καὶ δὴ καὶ πρῶτος καὶ ἀσύνθετος. Καὶ μὴν οὐδὲ κατὰ τὸ ὑποκείμενον ἡ διαφορά, οὐ γὰρ τὰ τοιαῦτα διὰ τὴν ὕλην διακριθεῖεν ἄν.*

---

25 in Ms πῆ (= πῇ); correxi, ut patet, ex sensu.

tent ut ad ipsarum investigationem accedat. Econtra si maior veritatem continet, cum agatur de progressionibus, quae in rerum natura sunt, fallitur minor: generatio namque Filii et processio Spiritus, etsi progressiones sint et quidem diversae, at supraessentiales sunt sane, et huiusmodi quae sub scientiam venire nequeant. Igitur conclusio nullam necessitatem involvet.

149. Verumtamen adhuc propius [Latinorum] syllogismus inspiciendus est. Nam ut suam conclusionem educant, syllogismum conditionatum adhibent, qui non ex consequentia fluit, sed ex disiunctione, siquidem duobus membris reiectis, tertium necessario infertur. Peccat vero, ita ut assensum minime extorqueat: nam syllogismi qui sic habentur vel in immediate oppositis locum obtinent, vel in his, quae mediata quidem sunt, sed quorum medium limitatum est; in his enim exclusis aliis, [*fol. 321ʳ*] necessario id, quod est reliquum, inducitur. At vero syllogismus noster tanquam superbus tyrannus, omnia pro lubitu suo convolvens, nequaquam quod ex oppositis restaret assumpsit: quae enim oppositio inter terminum et principium et subiectum assignari potest?

150. Attamen sunto haec. Deinde etiam addimus non plane bonam esse consequentis divisionem: nam cum Thomas tres progrediendi modos enumerarit, eos disiunctive produxit, quasi necesse esset progressionem quamlibet sub praedictis contineri, nullamque adeo praevalentem exsistere posse, cui divisionem a se statutam devitare fas sit. Id autem multis sudoribus, labore multo, multisque demonstrationibus eget, ut credere possimus nullam in rerum natura progressionem haberi, quae praedictam divisionem non praetervolet, vel certe etiam ad pauciora reduci omnia non posse. Quod autem liceat plures adhuc causas statuere, quibus progressiones distinguantur, exinde patet: duorum enim animorum duorumve angelorum exitus a principio proprio, et quodammodo diversi constituuntur, et minime ratione principii differunt, quippe qui ab eodem proveniant. Neque ratione termini, non enim specie animus ab animo differt, aut ab angelo angelus. Sed neque ratione subiecti, quandoquidem nihil materiale in hisce est. Id ipsum de numeris videri quoque posset, si quis septimi et quinti et tertii progressiones [*fol. 321ᵛ*] ex unitate vel numero examinaverit; eas nempe neque per principium differre, neque per terminum, cum specie non distinguantur septimus, quintus et tertius: singuli enim et numerus sunt, et dispares, et primi, simplicesque; imo neque per subiectum ipsis advenit differentia, non enim materialis inter ipsos distinctio datur.

151. Ὁ δὲ τὸν τοῦ Θωμᾶ λόγον συγγνώμης πάσης ἀποστερεῖ, ἐκεῖνο καὶ δὴ λέγειν καὶ σφόδρα εἰκός. Ἡ τούτου τοῦ ἀνθρώπου γέννησις ἢ ἐκείνου ἤ, φέρε εἰπεῖν, ἀδελφῶν δύο ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρός, τῇ μὲν ὑπάρξει οὐκ ἂν διαλλάττοιεν, γεννήσεως γὰρ πρὸς γέννησιν οὐδεμία διαφορά, ᾗ γέννησίς ἐστιν ἑκατέρα· ὅτι δὲ τὸ τῆς φύσεως εἶδος, ἵνα τοῖς τοῦ Θωμᾶ χρήσωμαι, διάφοροι ὑπεδέξαντο ὕλαι, κατ' αὐτό γε τοῦτο, καὶ πάνυ διαφέρειν ταύτας ἐροῦμεν. Πάλιν αἱ ἐκ τοῦ γένους τῶν οἰκείων εἰδῶν πρόοδοι, οἷον ἵππου καὶ βοὸς ἐκ τοῦ ζῴου, εἴ γε καὶ ὅλως χρὴ τὰ τοιαῦτα λογίζεσθαι ἐπινοίᾳ καὶ οὐ πράγματι ὑφεστῶτα, τοῖς μὲν ὅροις τῶν προϊόντων διαφέροιεν ἄν, καθόσον αἱ δύο αὗται πρόοδοι τελευτῶσιν εἰς διαφόρους τῷ εἴδει φύσεις, ὡς ὁ Θωμᾶς ἀξιοῖ· αὗται δὲ πρὸς ἀλλήλας οὐκ ἂν λέγοιντο τῇ ὑπάρξει διαφέρειν, ἑκατέρα γὰρ ἐκ τῆς ἀρχῆς ὡσαύτως, καὶ τὸ ζῷον δὲ γένος τῶν εἰδῶν ἑκατέρου παραπλησίως λέγεται, καὶ ἵππος δὲ καὶ βοῦς ὡς εἶδος ἑκάτερος ἐκ τοῦ ζῴου προῆλθεν.

152. fol. 322r | Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὕτω. Γέννησις δὲ ⟨Υἱοῦ⟩ καὶ δὴ καὶ προβολὴ Πνεύματος πάντως οὐ ταὐτὰ τῇ ὑπάρξει· ἀλλ' ὁ τρόπος ἑκατέρᾳ τοῦ εἶναι καὶ πάντῃ διάφορος, ὥσπερ δὴ καὶ διδασκαλία καὶ γέννησις· ταύτῃ τοι οὐδὲ τὸ πρῶτον αἴτιον ἢ πατὴρ τοῦ Πνεύματος ἢ προβολεὺς τοῦ Υἱοῦ, οὐδὲ ἢ τὸ Πνεῦμα υἱὸς ἢ ὁ Υἱὸς πρόβλημα. Ἵνα δὲ καὶ ὡς ἐπὶ σκηνῆς τινος τὰ τοιαῦτα θεωρῶμεν, ἐκ τοῦ Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα καὶ ὁ Σήθ, ἀλλ' οὐχ ὡσαύτως· ὁ μὲν γὰρ γεννητῶς ἐξ ἐκείνου, ἡ δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ μέν, ἀλλὰ τρόπον ἕτερον, ὥστε καὶ τὴν πρόοδον ἑκατέρου τῇ ὑπάρξει διαφέρειν εἰκότως ἂν λέγοιμεν, ἐπεὶ καὶ τὸν Ἀδὰμ πατέρα μὲν ἴσμεν τοῦ Σήθ, τῆς Εὔας δὲ οὐδαμῶς. Ταύτην δὲ τὴν κατὰ τοὺς τρόπους τῶν ὑπάρξεων προόδων διαφοράν, μεγάλην οὖσαν καὶ ἀξιόλογον καὶ μόνην ἱκανὴν τὰς ὑπερουσίους διακρῖναι προόδους, ἐν τῇ ἑπομένου διαιρέσει ἑκὼν παραλιπὼν Θωμᾶς δείκνυται, οὐκ οἶδα ἀνθ' ὅτου. Εἰ μὲν γὰρ ἐξῆν ἅμα τε λέγειν τὸν μὲν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πατρός, τὸ δὲ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ μηδέν τι πλέον περιεργάζεσθαι, εἰκός γε προβολὴν καὶ γέννησιν κατὰ τὰς θέας ταύτας διεστηκέναι· εἰ δέ, καὶ τούτου κειμένου, ὁ τῆς ὑπάρξεως διάφορος τρόπος καὶ σφόδρα ἐν τῇ τῶν χριστιανῶν θεολογίᾳ ζητεῖται, ὥστε δηλονότι προϋποκεῖσθαι τὸν μὲν Υἱὸν γεννητῶς | fol. 322v προελθεῖν ἐκεῖθεν, τὸν δὲ Παράκλητον οὐ γεννητῶς, ἀλλ' ἐκπορευτῶς, οὐδὲν ἕτερον ἢ κακουργία σαφὴς ἐν τῇ τοῦ ἑπομένου διαιρέσει τὰ τοιαῦτα παραδραμεῖν. Ἵνα δὲ ὃ λέγομεν σαφέστερον γένηται, ὥσπερ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Πατρὸς λεγόντων οὐ μέχρι τούτων ἡ πίστις ἡμῶν, ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα τὸν μὲν γεννητῶς προϊέ-

15 videtur omnino necessarium verbum Υἱοῦ (omissum a scriba?).

151. Illud autem vel maxime dicere oportebit, unde syllogismus Thomae omni prorsus assensu destituetur. Nam generatio huius illiusque hominis, ut puta duorum fratrum ex uno patre, nihil ratione exsistentiae diversa est, cum nulla sit generationis a generatione differentia, quatenus utraque generatio est; quoniam autem natura speciei (ut ipsius Thomae verbis utamur) in diversa materia recipitur, certe secundum hoc omnino ipsos differre affirmabimus. Item, specierum propriarum progressiones ex genere, exempli gratia, ex animali equus et bos (si tamen talia ratiocinari oportet, quae conceptibus solummodo, non rebus, subiacent), ratione termini prodeuntium distinguerentur, inquantum progressiones illae duae ad diversas naturae species terminantur, quemadmodum arbitratur Thomas; sed nequaquam ipsae mutuo differre dicerentur, pari enim ratione utraque ex principio progreditur, et animal perinde de ambabus speciebus, ut genus, praedicatur, cum et equus et bos tanquam duplex species ex animali decurrant.

152. [*fol. 322*r] Verum enim vero haec ita habentur. At generatio ⟨Filii⟩ pariterque Spiritus processio omnino non sunt eaedem, exsistentiae ratione; sed modus, quo ambo suum esse sortiuntur, prorsus diversus est, ad eum modum, quo absque dubio generatio et doctrina differunt. Quapropter non est prima causa, verbi gratia, pater Spiritus Sancti vel productor Filii, neque Spiritus filius est, neque Filius spiratus. Ut autem haec omnia velut in exemplo quodam contemplemur, ex Adamo tam Eva quam Seth originem ducunt, nequaquam vero eodem modo; dum enim hic per generationem ex illo fluit, illa vicissim ex illo quoque, at diversimode, est; ita ut utriusque emanatio iure merito diversa esse in ratione exsistentiae dici possit, utpote quod Adamum genitorem Seth, nullatenus Evae, esse comperiamus. Hanc autem differentiam, quae secundum modos essendi in progressionibus habetur, etsi magna et digna quae attendatur, solaque apta ad supraessentiales progressiones distinguendas, illam, inquam, Thomas, nescio cur, sciens volens in divisione consequentis praetermisisse apparet. Nam si haec haberi simul possent: et affirmare Filium ex Patre esse, Spiritum autem ex Patre Filioque, et nihil amplius sciscitari, merito quidem generatio et processio secundum hanc considerationem discriminarentur. At vero si, etiam his positis, diversus exsistendi modus adhuc magnopere in christiana theologia quaeritur, ita ut, videlicet, praesupponatur Filium quidem per generationem [*fol. 322*v] ex Patre prodire, Paraclitum autem non generationis modo, sed processionis; nihil aliud est quam scelus manifestum haec omnia in divisione consequentis prae-

ναι λέγειν, τὸ δὲ Πνεῦμα οὐχ οὕτως, ἀλλὰ τρόπον ἕτερον, ἐκπορευτῶς δηλαδή, ἵνα μήτε τὸ Πνεῦμα υἱὸς νομίζηται, μήτε μὴν ὁ Υἱὸς Υἱὸς μέν, οὐ Μονογενὴς δέ· τὸν αὐτὸν τρόπον ἂν λέγωμεν τὸ Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, οὐχ ἡ τυχοῦσα ζημία ἂν μὴ προσκέηται καὶ ὁ τῆς ὑπάρξεως τρόπος, ἕως ἂν ἐνδέχηται νοεῖν εἶναι μὲν τὸ Πνεῦμα ἐξ ἀμφοῖν, εἶναι δὲ ὡσαύτως ὥσπερ ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱός. Εἰ τοίνυν ἡ τοῦ ἑπομένου διαίρεσις κακῶς Λατίνοις εἴληπται, καὶ τῶν ἀναγκαίων πολλὰ παρεῖται, τί δὴ λοιπὸν ἢ μηδὲ ἀναγκαῖον εἶναι τὸ συναγόμενον;

153. Ἔτι δεδόσθω καὶ τὸ ἑπόμενον πάντα ὑγιῶς ἔχειν, καὶ τὰς ὑπερφυεῖς προόδους τῇ ἀρχῇ διενηνοχέναι, ὥστε τῆς μὲν τοῦ Υἱοῦ γεννήσεως τὸν Πατέρα μόνον εἶναι ἀρχήν, τῆς δὲ τοῦ Πνεύματος ⟨προβολῆς⟩ οὐ τὸν Πατέρα μόνον, ἀλλὰ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν· τούτων κειμένων, πῶς οὐ πᾶσα ἀνάγκη καὶ δύο θεότητος ἀρχὰς Λατίνους ὁμολογεῖν; Εἰ γὰρ ἑκατέρα πρόοδος ὑπὸ διάφορον ἀρχήν, καὶ διάφορον οὐ τῷ λόγῳ, ὡς αὐτοί φασιν
fol. 323r ἄντικρυς, δια|φορὰν δὲ εἶναι χωρὶς ἀριθμοῦ ἀδύνατον, ὡς ὁ θεῖός φησι Μάξιμος ἐν τοῖς Θεολογικοῖς, πάντως ἐν τῇ ἀρχῇ ἀριθμός. Καὶ μὴν εἰ ἑκατέρα πρόοδος ὑπὸ διάφορον ἀρχὴν τελεῖ, ὡς αὐτοί φασι, πάντως οὐδαμῶς ὑπὸ τὴν αὐτήν· εἰ δὲ τοῦτο, ὑφ' ἑτέραν καὶ ἑτέραν πάντως· ταῦτα δὲ εἰ μὴ δύο ἀρχαί, θαῦμα ἂν εἴη. Ὥστε εἰ μὲν οὐδὲν ἄτοπον αὐτοῖς νομίζεται δύο θεότητος ἀρχὰς ἀξιοῦν, μὴ δυσχηραινέτωσαν εἴ τις αὐτοῖς τοιαῦτα προφέροι· εἰ δὲ καὶ αὐτοῖς ἀκοῦσαι τοῦτό γε δυσχερές, πάντως ᾧ γε ἄτοπον ἕπεται, κἀκεῖνο τοιοῦτον εἶναι πᾶσα ἀνάγκη. Οὐκ ἄρα ἡ τοῦ Πνεύματος πρόοδος ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ.

154. Καὶ μὴν εἰ τὴν θείαν γέννησιν καὶ δὴ καὶ τὴν ὑπερφυᾶ πρόοδον τῇ ἀρχῇ διενηνοχέναι φαῖμεν, οὐχ ὥσπερ Λατῖνοί φασι, τῷ τὴν μὲν ἐξ ἑνὸς εἶναι, τὴν δὲ ἐκ δυοῖν, ἀλλὰ καθόσον τὸ πρῶτον αἴτιον, ᾗ μὲν Πατήρ, ἀρχή ἐστι

---

11 videtur ex contextu deesse verbum προβολῆς, fortasse ex distractione scribae.

---

16 *ad quem locum* S. MAXIMI *fiat allusio, mihi non constat.*

termittere. Quo autem clarius id, quod dicimus, reddatur: quemadmodum cum proferimus Filium et Spiritum ex Patre esse non hic solummodo sistit fides nostra, sed addi debet illum per generationem provenire, Spiritum autem non ita, sed alio modo, quem processionem appellamus, ne forsan Spiritus filius censeatur, vel etiam existimetur Filius Filius quidem esse, sed non Unigenitus; pari etiam modo si asserimus Spiritum ex Patre Filioque esse, non quaelibet erit noxa, si modus adhuc existentiae eiusdem non additur. Secus enim cogitare licet Spiritum esse reapse ex utroque, sed perinde esse ac Filius a Patre est. Itaque si Latini perperam divisionem consequentis desumpserunt, multaque necessaria praetermiserunt, quid est reliquum, nisi ut necessitatis consequentia non adsit?

153. Sed adhuc concedatur consequens recte processisse, atque supernaturales progressiones ratione principii discriminari, ita ut principium generationis Filii Pater solummodo sit, Spiritus autem ⟨processionis⟩, non solus Pater, sed una cum Patre etiam Filius. Attamen, his positis, quomodo non duo omnino esse principia divinitatis Latini fateri cogerentur? Etenim si utraque progressio sub diverso principio constituitur, diverso autem non ratione, ut ipsi illico responderent, cum aliunde [*fol. 323*ʳ] diversitas esse non possit sine numero, quemadmodum divus Maximus in Theologicis affirmat, prorsus habetur ut principium illud numero subsit. Quin etiam, si utraque progressio sub diverso principio perficitur, ut ipsi dicunt, ergo minime sane sub uno eodemque; quodsi id obtinet, plane aliud et aliud principium erit: mirum autem si haec non dicantur duo principia constituere. Itaque si nihil absurditatis pro ipsis habet existimare duo esse divinitatis principia, aegre ne ferant ut quilibet ipsos de huiusmodi absurditate redarguat. Quodsi molestum ipsis est haec audire, utpote quod exinde monstruosum quid eruatur, necesse est ut illud [quod affirmant] etiam absurdum sit. Non igitur ex Patre Filioque Spiritus [Sancti] processio est.

154. Et re quidem vera licet divinam generationem et supernaturalem processionem ratione principii differre diceremus, at nequaquam ita (sicut aiunt Latini), ut illa quidem ex solo Patre defluat, haec vero ex ambobus; sed inquantum causa prima, qua Pater est, Filii; qua Productor est, Spiritus [Sancti] principium sit. Quid inde, quaeso, absurditatis nobis promanabit? Neque enim sane pertimescendum erit ne, ex eo quod non realiter Pater et Productor distinguantur, id ipsum circa Filium et Spiritum cogitetur. Demonstratum enim est minime necesse esse, ut generari et procedere eius-

τοῦ Υἱοῦ, ἢ δὲ Προβολεύς, τοῦ Πνεύματος, τί ἄτοπον ἡμῖν ἕψεται; οὐ γὰρ δὴ φοβηθησόμεθα διὰ τὸ μὴ πραγματικῶς τὸν προβολέα καὶ τὸν Πατέρα διακεκρίσθαι, τοῦτο λογίζεσθαι καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος· δέδεικται γὰρ μὴ ἀνάγκην ἔχειν τὸ γεννᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι πάντα ἕπεσθαι τῷ προβάλλειν τε καὶ γεννᾶν. Καὶ μὴν καὶ ψεῦδος μὴ διακεκρίσθαι τὰ συνιέναι δυνάμενα· τά τε γὰρ συμβεβηκότα τῶν οὐσιῶν παντὸς μᾶλλον καὶ fol. 323v διακρίνονται καὶ μὴν καὶ οὕτω συνίασιν, ὡς μὴ ἂν ἑτέρως | ταῦτα ὑφεστηκέναι δύνασθαι, εἴ τις αὐτὰ διέλοι τῶν οὐσιῶν. Καὶ τὰς τεκούσας δὲ καὶ τὰς παρθένους οὐκέτι διακρινοῦμεν, Λατίνοις ἑπόμενοι, ὅτι περὶ τὴν Μακαρίαν Παρθένον ἀμφότερα; καὶ μὴν οὐδὲ τὴν θείαν καὶ ἀπόρρητον οὐσίαν τῆς ἐπικήρου τε καὶ ῥεούσης, ὅτι τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα Χριστὸν καὶ Θεὸν ἀνάγκη καὶ Ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν νομίζειν; Οὐκ ἄρα οὐδὲ τοῦτο κατὰ σκοπὸν τοῖς πολεμοῦσιν ἡμῖν ἐξέβη· κἀκεῖνο δὲ Λατίνοις τραχὺ καὶ οὐχ ἥμερον.

Λατίνων κεφάλαιον μ'. Συλλογισμὸς ἕκτος

155. « Ἔτι καὶ ἐξ αὐτοῦ τούτου τοῦ λέγειν τὸ μὲν Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ὡς ἀγάπην προϊέναι, τὸν δὲ Υἱὸν ὡς λόγον, ἕπεται καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον εἶναι ἐκ τοῦ Υἱοῦ· ἡ γὰρ ἀγάπη πρόεισιν ἐκ τοῦ λόγου, ἐπεὶ μηδὲ δυνάμεθά τι ἀγαπᾶν, εἰ μὴ τῷ ἐνδιαθέτῳ λόγῳ πρότερον συλλάβοιμεν τοῦτο».

Λύσις τοῦ κεφαλαίου

156. Ἐνταῦθα τὴν μὲν τοῦ Υἱοῦ γέννησιν νόησιν εἶναί φησι, τὴν δὲ τοῦ Πνεύματος προβολήν, ἀγάπην ἢ θέλησιν· τοῦτο γὰρ αὐτὸς ἐν τῷ πρὸ αὐτοῦ κεφαλαίῳ σαφέστερον εἴρηκεν, εἰπών· « Ὁ Πατὴρ τὸν μὲν Υἱὸν ὡς νοῦς λόγον γεννᾷ, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον προβάλλει κατὰ τὸν τῆς βουλήσεως τρόπον, ὥσπερ ἀγάπην ». Καὶ τούτων κειμένων, συνάγειν οἴεται τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι, καὶ τὴν τοῦ λόγου ἀνάγκην σαφῶς ἐκ τῶν ἡμετέρων καὶ ἀνθρωπίνων εἰληφέναι φησί, ἐπάγει γὰρ ὥσπερ αἰτίαν fol. 324r δή τινα· | « Ἐπεὶ μηδὲ δυνάμεθά τι ἀγαπᾶν, εἰ μὴ τῷ ἐνδιαθέτῳ λόγῳ πρότερον συλλάβοιμεν τοῦτο ».

157. Ἀλλὰ πρῶτον ἐρωτητέον ἂν εἴη Λατίνους, πόθεν αὐτοῖς νόησιν μὲν λέγειν τὴν τοῦ Υἱοῦ γέννησιν, ἀγάπην δὲ ἢ θέλησιν τὴν τοῦ Πνεύματος προ-

---

17 μὴ δὲ Ms et alias similiter.

---

15 AQUINAS, *Summa contra Gent. IV, 24 (Vat. gr. 616 ff. 221v-222r; vel 613 f. 408v).*

dem in omnibus rationis sint, sicut spirare et gignere. Quin imo falsum est non discriminari ea, quae in unum convenire possunt; accidentia enim respectu substantiarum quam maxime differunt, at profecto adeo etiam cum illis coniunguntur, ut ipsamet quovis alio [*fol. 323*v] modo subsistere nequeant, si forte a substantiis separentur. Item, si Latinos sequamur, nullatenus matres a virginibus discriminabimus, eo quod utrumque in Beatissima Virgine veneremur? Nec etiam ab hac caduca fluenteque nostra divinam et ineffabilem substantiam distinguemus, idcirco quia unus idemque Christus necessario et Deus et Homo debeat existimari? Igitur ne id quidem nostris adversariis ad scopum profuit. Etiam illud acerbum Latinis est et immaturum.

Latinorum caput quadragesimum
Syllogismus sextus

155. « Praeterea. Ex hoc ipso, quod dicitur quod Spiritus Sanctus procedit per modum voluntatis, et Filius per modum intellectus, sequitur quod Spiritus Sanctus sit a Filio. Nam amor procedit a verbo: eo quod nihil amare possumus, nisi verbo cordis illud concipiamus ».

Capitis solutio

156. In hoc syllogismo generationem quidem Filii per intellectum haberi [Thomas] affirmat: Spiritus autem processionem, per amorem seu voluntatem. Quod certe iam ipse praecedenti capite clarius adhuc protulerat, in hunc modum: « Pater producit Filium per modum intellectus, ut Verbum, Spiritum autem Sanctum, per modum voluntatis, quasi Amorem ». Quibus positis, concludi arbitratur Spiritum ex Filio procedere, aperteque asserit probationis vim ex humanis nostrisque rebus desumptam fuisse, dum subiungit, et quidem velut rationem apponendo: [*fol. 324*r] « eo quod nihil amare possumus, nisi verbo cordis illud concipiamus ».

157. Verum, primum, interrogandi Latini essent undenam ipsi didicerint generationem Filii intellectum nominare, amoremque seu voluntatem Spiritus [Sancti] processionem. Etenim minime licet de superessentiali Deitate asserere, vel etiam cogitare, ea quae in Scripturis non dicuntur. Id autem ostendere nunquam poterunt, ut maxime patet: nam et falsitatis rei esse capiuntur, et audaces usque ad absurdum apparent, et bellum ipsi manifestum theologis omnibus inferunt. Nempe hi quasi uno ex ore asserunt etiam subli-

βολήν· οὐ γὰρ ἔξεστι περὶ τῆς ὑπερουσίου θεότητος λέγειν, οὔτε μὴν ἐννοεῖν, ἃ μὴ ταῖς γραφαῖς εἴρηται. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιεν δεῖξαι, δῆλον δέ· καὶ γὰρ καὶ ψεύδους ἁλίσκονται, καὶ ἀδυνάτων κατατολμῶντες, καὶ ὁ πόλεμος αὐτοῖς πρὸς πάντας τοὺς θεολόγους σαφής. Οἱ μὲν γὰρ ὥσπερ ἐκ μιᾶς γλώττης καὶ ὑπὲρ τὴν τῶν ἄκρων ἀγγέλων διάνοιαν εἶναί φασιν οὐ μόνον τὴν προαιώνιον ἐκ τοῦ Πατρὸς τοῦ Υἱοῦ γέννησιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ τῆς Παρθένου δι' ἡμᾶς χθὲς καὶ πρῴην, εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς καὶ συνεργίᾳ τοῦ Πνεύματος, οἰκονομηθεῖσαν· οἱ δὲ καὶ τὴν πρώτην ἐκείνην εἰδέναι φασί, καὶ νόησιν αὐτὴν εἶναι ὁρίζονται. Καὶ οἱ μὲν τὴν τοῦ Πνεύματος προβολὴν ἄρρητόν φασι καὶ ἀνέκφραστον καὶ γνώμης ἀνθρωπίνης ἐπέκεινα, καὶ οὐδὲ συγχοροῦσι τὴν περὶ αὐτῆς ἐρώτησιν, διὰ τὸ τῆς ἀποκρίσεως ἀδύνατον· οἱ δὲ καὶ εἰδέναι οἴονται καὶ ἀγάπην ἢ θέλησιν ταύτην καλοῦσιν. Οὕτω δήλους κατέστησαν ἑαυτούς, πολλὴν κατεγνωκότες τῶν μακαρίων Πατέρων τὴν [ἔν]νοιαν.

158. *Ἀλλ' ἐκείνων ἐκ παντὸς τρόπου μετὰ τῆς ἀληθείας ἑστώτων, καὶ ἀνεπινόητον εἰδότων τὴν θείαν καὶ ἀπόρρητον γέννησιν καὶ τὴν ὑπερφυᾶ τοῦ* fol. 324v *Πνεύματος πρό|οδον, οὐδεὶς αὐτοὺς ἐξαιρήσεται λόγος, μὴ οὐ τοῖς ἀδυνάτοις ἐγχειρεῖν. Ὅτι δὲ τὰ προειρημένα ἀληθῆ, καὶ εἴρηταί γε μετρίως καὶ αὐτίκα ἐροῦμεν, ἀναγνόντες ὀλίγα, ἃ τοῖς Πατράσι περὶ τούτων ἐνθέως εἴρηται.*

159. *Αὐτίκα ὁ θεῖος Διονύσιος ἐν τοῖς προοιμίοις τῆς θεολογικῆς πραγματείας αὐτοῦ· « Ὅτι μέν ἐστι — φησί — πηγαία θεότης ὁ Πατήρ, ὁ δὲ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τῆς θεογόνου θεότητος, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, βλαστοὶ θεόφυτοι καὶ οἷον ἄνθη καὶ ὑπερούσια φῶτα, πρὸς τῶν ἱερῶν λογίων παρειλήφαμεν· ὅπως δὲ ταῦτά ἐστιν, οὔτε εἰπεῖν οὔτε ἐννοῆσαι δυνατόν ». Λατῖνοι δὲ καὶ συνιέναι φασὶ καὶ πειρῶνται λέγειν οὐ μόνον ὅτι διενηνόχασιν αἱ πρόοδοι, ἥ τε θεῖα γέννησις καὶ ἐκπόρευσις, ἀλλὰ καὶ τίνι τὸ διάφορον ἔχουσιν.*

160. *Ὁ δὲ θεολόγος Γρηγόριος τῶν περὶ Μακεδόνιον ἐρομένων περὶ τῶν προόδων Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, καὶ τίς ἂν ἑκατέρου γένοιτο τρόπος ὑπάρξεως, καὶ πῶς τὰ μὴ ὡσαύτως προϊόντα ἔπειτά φαμεν ὁμοούσια, « Εἰπέ, φησί, σὺ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ Πατρός, κἀγὼ τὴν γέννησιν τοῦ Υἱοῦ φυσιο-*

---

14 in Ms *ἄννοιαν* (!); correxi, ut patet.

---

22 Ps.-Dionysius, *De div. Nomin. II, § 6: MG 3, 645 B.* 31 Nazianzenus, *Orat. XXXI, 8 (theol. V), De Spiritu Sancto: MG 36, 141 B.*

missimorum angelorum captum transcendere non solum aeternam ex Patre generationem Filii, sed etiam aliam, quae per oeconomiam novissimis temporibus in sinu Virginis ex benevolentia Patris atque Spiritus [Sancti] virtute propter nos facta est; Latini vero etiam primam illam perspectam se habere dicunt, eamque per intellectum fieri definiunt. Iterum, Patres processionem Spiritus ineffabilem inexplicabilemque esse, eamque cognitionem humanam superare praedicant, ac censent ne interrogationibus quidem de illa concedendum esse locum, idcirco quia responsio impossibilis fieret; at Latini et eam se scire aiunt, et amorem seu voluntatem illam appellant. Hac certe ratione clare seipsos prodidere, qui multam beatorum Patrum prudentiam condemnarunt.

158. Verumtamen cum hi ex omni parte veritate firmentur, sciantque et ineffabilem divinam generationem, et supernaturalem processionem Spiritus [Sancti] scrutari se non posse, [*fol. 324v*] nulla unquam ratione iidem dimoveri poterunt ne non contra absurditates invehantur. Quod autem praedicta sint vera, et convenienter hucusque dictum est, et mox adhuc dicetur, cum pauca quaedam exscribemus ex his, quae, divino numine afflati, Patres protulerunt.

159. Imprimis sit divus Dionysius, qui in prooemio theologici tractatus sui: « A Scripturis sacris accepimus — ait — Patrem quidem esse fontem in divinis, Filium vero et Spiritum Sanctum quasi Dei prolem, vel, si dictu fas sit, quasi germina divina, floresve ac lumina supersubstantialia exsistere; quonam autem pacto sese habeant, neque eloqui neque intelligere valemus ». Sed Latini et se intelligere dicunt, et verbis exprimere conantur non solum exsistendi modos esse diversos, generationem, inquam, divinamque processionem, sed etiam quanam re illorum diversitas consistat.

160. Etiam divus Gregorius, interrogantibus Macedonianis circa Filii et Spiritus progressiones, quisnam utriusque esset exsistendi modus, et quo pacto fiat ut, qui dissimili ratione prodire dicuntur, iidem deinde consubstantiales esse referantur: « Dic tu — inquit — quae Patris ingenitura sit, et ego Filii generationem et Spiritus processionem explicare aggrediar, quo fiet ut ambo deliremus, in Dei mysteria oculos inicientes; idque qui tandem? nempe ii, qui ne ea quidem, quae ante pedes sunt, scire accurate valent ». Et denuo in oratione de Spiritu [Sancto] scribit: « Da tu quoque mihi Deum

λογήσω καὶ τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ Πνεύματος, καὶ παραπληκτίσομεν ἄμφω εἰς Θεοῦ μυστήρια παρακύπτοντες. Καὶ ταῦτα τίνες; οἱ μηδὲ τὰ ἐν ποσὶν ἀκριβῶς εἰδότες». Καὶ ἐν τοῖς Περὶ Πνεύματος ὁ αὐτός· «Δός μοι, φησί, Θεὸν ἄλλον καὶ φύσιν Θεοῦ, καὶ δώσω σοι τὴν αὐτὴν Τριάδα μετὰ τῶν fol. 325r *αὐτῶν ὀνομάτων τε καὶ πραγμάτων. Εἰ δὲ εἷς Θεὸς μία φύσις ἡ | ἀνωτάτω, πόθεν παραστήσω σοι τὴν ὁμοίωσιν; Ἢ ζητεῖς πάλιν ἐκ τῶν κάτω καὶ περί σε; λίαν μὲν αἰσχρόν, καὶ οὐκ αἰσχρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ μάταιον ἐπιεικῶς, ἐκ τῶν κάτω τὴν εἰκασίαν τῶν ἄνω λαμβάνειν, καὶ τῶν ἀκινήτων ἐκ τῆς ῥευστῆς φύσεως, καί, ὅ φησιν Ἠσαΐας, ζητεῖσθαι τὰ ζῶντα ἐν τοῖς νεκροῖς».*

161. *Εἰ δὲ ὁμοίωσις οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς ὑπερουσίοις τε καὶ τοῖς οὖσι, καὶ σφόδρα αἰσχρὸν καὶ ἐπιεικῶς μάταιον τὰ τοιαῦτα ζητεῖν, καὶ ἴσον ἐστὶ ταῦτά τε περιεργάζεσθαι καὶ τὰ τῆς ἕξεως ἐν τῇ στερήσει ζητεῖν, καὶ τὰ τοῦ φωτὸς ἐν τῷ σκότει, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ζητεῖσθαι τὰ ζῶντα ἐν τοῖς νεκροῖς, τί ποτε ἐροῦμεν περὶ τῶν παρὰ Λατίνοις συλλογισμῶν; πόθεν αὐτοῖς αἱ τῶν προτάσεων μείζους; πῶς δὲ ὅλος συλλογισμός, ὁ μὴ μέσον ἔχων τῶν ἄκρων διαλλακτήν; πῶς δ᾽ ἂν συναφθεῖεν ὁμοιότητος ἀνῃρημένης; Οὐκ ἄρα οὐδὲ συλλογισμοὺς τοὺς τοιούτους χρὴ προσειπεῖν.*

162. *Καὶ πάλιν ὁ μακάριος Διονύσιος οὕτω περὶ τῆς θείας φύσεως τοὺς λόγους ποιεῖσθαι προτρέπεται, «ὡς αὐτή, φησί, περὶ ἑαυτῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς λογίοις παραδέδωκεν»· ἀπεσιώπησε δὲ τὸν τρόπον τῆς διαφορᾶς τῆς θείας γεννήσεως καὶ τῆς ὑπερφυοῦς ἐκπορεύσεως. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Δαμασκηνὸς ἐν τῷ περὶ τῆς Ἁγίας Τριάδος κεφαλαίῳ· «Ὅτι μέν ἐστι διαφορὰ γεννήσεως καὶ ἐκπορεύσεως μεμαθήκαμεν, τίς δὲ ὁ τρόπος τῆς διαφορᾶς,* fol. 325v *οὐδαμῶς». Λατῖνοι δὲ καὶ ἅπερ ἀπεκρύ|ψατο τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, ἑαυτῷ μόνῳ τὴν γνῶσιν τούτων τηρῶν, ταῦτα καὶ εἰδέναι φασί, καὶ ἡμᾶς μὴ πειθομένους ἀσεβείας γράφονται· νῦν μὲν γάρ φασι γέννησιν ἐκπορεύσεως διαφέρειν τῷ τὴν μὲν ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς προϊέναι, τὴν δὲ ἐκπόρευσιν ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, νῦν δὲ τὴν μὲν τοῦ Πνεύματος προβολὴν ἀγάπην καλοῦσιν ἢ θέλησιν, τὴν δὲ τοῦ Υἱοῦ γέννησιν, νόησιν, καὶ προϊέναι μὲν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ὡς ἀγάπην, τὸν δὲ Υἱὸν ὡς λόγον. Τί τις ἂν ποιήσειε πρὸς τοσοῦτον πόλεμον;*

---

3 NAZIANZENUS, *De Spiritu Sancto, 10 (cum citat.* Is. *VIII, 19): MG 36, 144 AB.* 20 PS.-DIONYSIUS, *De div. Nomin. I, § 2: MG 3, 588 C.* 23 DAMASCENUS, *De Fide Orthodoxa I, 8: MG 94, 824 A.*

alium, Deique naturam, et ego tibi eandem Trinitatem cum eisdem nominibus ac rebus dabo. Cum vero unus Deus atque una suprema [*fol. 325*r] natura sit, unde tandem similitudinem tibi repraesentabo? An rursus postulas ex terrenis et humanis eam duci? Valde profecto turpe est, nec turpe modo, sed etiam valde stultum et inane, ex humilibus rebus superarum caelestiumque simulacrum sumere, rerumque certarum atque constantium ex fluxa fragilique natura, quodque Isaias ait, ' viventia in mortuis requirere ' ».

161. Age iam, si similitudo non servatur naturalia inter et superessentialia; si valde turpe est, ne dicam valde stultum, illam requirere, siquidem id curiosius scrutari idem est ac quaerere facultatem in privatione, sicut in tenebris lucem, seu, quod est idem, « in mortuis viventia », quid tandem aliquando de Latinorum syllogismis iudicandum erit? Undenam eorum praemissae maiores prodierunt? Quomodo totus syllogismus consistit, qui terminum medium communem duobus extremis non exhibet? Qua vero ratione haec ipsa extrema, orbata similitudine, coniungi possunt? Ergo ne syllogismorum quidem nomine eos appellare liceat.

162. Profecto, rursus beatus Dionysius de natura divina sermones inserantur vult ea ratione, « qua ipsa — ait — de se in divinis Litteris tradidit ». Ipse autem alto praeterit silentio quomodo divina generatio ac supernaturalis processio discriminentur. Cui etiam consonat divus Damascenus, qui ita ait in capite de Sancta Trinitate: « Et quidem generationem inter et processionem discrimen intercedere edocti sumus: ceterum quis sit huius distinctionis modus, prorsus nescimus ». Latini econtra etiam illa, quae [*fol. 325*v] Spiritus Sanctus occultavit, et sibi soli illorum cognitionem reservavit; haec, inquam, et se perspecta habere dictitant, et nobis, quia minime huius rei nosmetipsos persuademus, impietatis notam inurunt. Alias enim generationem a processione eo differre asserunt, quod illa quidem e solo Patre manat, haec vero ex Patre Filioque, alias autem processionem Spiritus amorem seu voluntatem, et generationem Filii intellectum appellant; imo Spiritum Sanctum quasi Amorem prodire affirmant, Filium vero tanquam Verbum. Quid igitur contra bellum adeo magnum fieri posset?

163. *Καὶ χωρὶς δὲ τῶν εἰρεμένων, εἰ μὲν τοῦ Πατρὸς νοοῦντος τὸν Υἱόν, ὁ Υἱὸς οὔτε τὸν Πατέρα οὔτε μὴν ἑαυτὸν οὔτε τὸ Πνεῦμα εἶχε νοεῖν, ἀλλ οὐδὲ τὸ Πνεῦμα ἢ τὸν Πατέρα ἢ τὸν Υἱὸν ἢ ἑαυτό, ἴσως ἂν ἦν συγγνώμη Λατίνοις νόησιν οἰομένοις τὴν θείαν γέννησιν. Εἰ δὲ νοοῦντος τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν, τὸν αὐτὸν τρόπον κἀκεῖνος οἶδεν αὐτόν («καθῶς γὰρ γινώσκει με ὁ Πατήρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν Πατέρα»), ἢ οὐκ ἔστι ταὐτὸν γεννᾶν τε καὶ νοεῖν, οὐδὲ γέννησις καὶ νόησις, καὶ οἴχεται Λατίνοις ἡ τοῦ συμπεράσματος ἀφορμή, ἢ πᾶσα ἀνάγκη, τῆς νοήσεως ἀντιστρεφούσης κατὰ τὸ ἀπαράλλακτον, γεννᾶσθαι παρὰ τοῦ Υἱοῦ τὸν Πατέρα, ὥσπερ δὴ καὶ τὸν Υἱὸν παρὰ τοῦ Πατρός· καὶ μὴν καὶ τὸ Πνεῦμα γεννᾶσθαι παρὰ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ Πνεύματος, τῆς αὐτῆς οὔσης ἐν ἑκάστῳ πρὸς τὰ λοιπὰ νοήσεως, ᾗ καὶ ὁ Πατὴρ νοεῖ τὸν Υἱόν. Καὶ ὅσα* fol. 326r *δὲ ἄλλα ἄτοπα, τί ἄν τις | ἀριθμοίη; Καὶ σιωπῶ τὸ καὶ τὸν Πατέρα ἕπεσθαι γεννᾶν ἑαυτόν, ἐπειδὴ νοεῖ ἑαυτὸν ὥσπερ δὴ καὶ τὸν Υἱόν, ὅτιπερ ταὐτὸν γέννησις καὶ νόησις.*

164. *Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῆς θείας γεννήσεως λέγειν ἔχομεν, ἐξῃρημένην αὐτὴν εἰδότες, καὶ εἰκασίας πάσης ἐπέκεινα. Ἀλλὰ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἀγαπώντων, ὡσαύτως καὶ τοῦτο τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἀγαπᾷ, ἐκπορευόμενον δὲ ἐξ αὐτῶν, ὡς ἂν φαῖεν Λατῖνοι, οὐκ ἂν αὐτοῖς ὑπάρξεως μεταδοίη, οὔκουν γε. Πῶς οὖν ταὐτὸν ἂν γένοιτο ἀγαπᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι; Καὶ μὴν καὶ περὶ τῆς θελήσεως. εἰ μὲν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς μόνοι τὸ θέλειν εἶχον, τὸ Πνεῦμα δὲ οὐδαμῶς, ἴσως ἄν τις ἔπαθε πρὸς τὸ σημαινόμενον τῆς θελήσεως καὶ τῆς προβολῆς· εἰ δὲ θέλει μὲν ὁ Πατήρ, θέλει δὲ καὶ ὁ Υἱός, θέλει δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα ὡσαύτως, καὶ ἅμα καὶ τὰ αὐτά, μία γὰρ θέλησις Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, διατί ἐκ μὲν τῆς θελήσεως Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ἐξ ἑαυτοῦ δὲ οὐδαμῶς; ἢ διατί ἐκ μὲν τῆς θελήσεως Πατρὸς καὶ Υἱοῦ Πρόσωπον ἓν ἀνεφάνη, τὸ Πνεῦμα, ἐκ δὲ τῆς τῶν τριῶν θελήσεως, τῆς αὐτῆς οὔσης, ἕτερον οὐκ ἀνίσχει πρόσωπον; Ὁ γὰρ τὰ ἡγούμενα ἀξιῶν, πάντως δήπου καὶ τὰ ἑπόμενα ἢ συγχωρήσει ἤ, φεύγων ὡς ἄτοπα, ἑαυτῷ τῆς αἰσχύνης αἴτιος ἔσται.*

---

5 Io. *X, 15.*

163. Sed praeter ea, quae iam dicta sunt, si cogitante Patre Filium, hic vicissim neque Patrem, nec seipsum, neque Spiritum cogitaret; pariterque Spiritus neque Patrem, neque Filium, ne se quidem ipsum, forsitan consentire Latinis possemus, cum generationem in divinis per modum intellectus concipiunt. At vero si quando Pater Filium intelligit, eodem modo etiam Filius intelligit Patrem, iuxta illud: « Sicut novit me Pater, et Ego agnosco Patrem »; [id accidat] necesse est: vel idem non esse generare et intelligere, ac proinde generationem intellectum non esse (et fundamentum conclusionis Latinorum pessum datur), vel, permutatis intellectionis terminis, ratione omnimodae similitudinis, Patrem a Filio generari dicendum fore, eodem prorsus modo ac generatur Filius a Patre. Quin etiam et a Patre Filioque Spiritus generabitur, ipseque et Patrem et Filium gignet, cum eadem sit uniuscuiusque intelligendi ratio respectu ceterorum, sicut quando Filium Pater intelligit. Sed revera quot absurditatum moles inde succrescant, quisnam [*fol. 326*r] enumerare posset? Et missum faciam illud, quod illinc etiam fluit Patrem seipsum generare, quandoquidem seipsum, sicut sane Filium, intelligit; quoniam generatio et intellectio pro eodem sumuntur.

164. Et haec quidem de divina generatione dicta sunt, absolute in se considerata, ultra quamlibet comparationem. Verumtamen amantibus Patre Filioque Spiritum Sanctum, [id habetur, quod] similiter et hic Patrem Filiumque diligit; at si ex ambobus, ut Latini dicerent, procederet, nequaquam illis exsistentiam communicaret. Absit omnino. Quo pacto igitur una res erunt et amari et procedere? Imo etiam quoad voluntatem: si solummodo Pater et Filius velle possiderent, Spiritus autem nequaquam, forsitan quis illud, quod dictum est, de voluntate et processione dici pateretur. Verum si Pater quidem vult, vult autem quoque Filius, et Spiritus perinde vult, et profecto res prorsus easdem (una enim est voluntas Patris et Filii et Spiritus), quam ob causam, quaeso, ex voluntate Patris et Filii Spiritus quidem profluit, ex sua autem ipsius voluntate nequaquam? Aut quare ex Patris Filiique voluntate una Persona, Spiritum dico, illucescit, ex voluntate vero Trinitatis totius, quae eadem ipsa est, alia persona non oritur? [Absurda sunt haec], sed qui ea, quae praemittit, recta iudicat, omnino necesse est ut, vel etiam quae fluunt inde consectaria libenter amplectatur, vel, si ea velut inepta refugit, pudoris, quo afficitur, se ipsum esse causam arbitretur.

165. *Εἰ δὲ καὶ ταὐτὸν ἦν γέννησις καὶ νόησις, καὶ θέλησις καὶ ἐκπόρευσις, πόθεν ἡ τῆς ἀνάγκης ἀφορμή, ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορεύεσθαι, ὅτι* [fol. 326v] *φησὶ ὁ θαυμαστὸς συλλο|γισμός· «Μηδὲ δυνάμεθά τι ἀγαπᾶν, εἰ μὴ τῷ ἐνδιαθέτῳ λόγῳ πρότερον συλλάβοιμεν αὐτό»; Οὐκοῦν διότι τοῦτο ἐν ἡμῖν θεωρεῖται, θεωρηθείη ἂν καὶ ἐν τῷ Θεῷ; ἀλλ᾽ ἔστι δικαιότερον λέγειν· διότι τοῦτο ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων, οὐκ ἂν εἴη ἐπὶ τῶν θείων. Οὐ γὰρ ἀνάγκη· ἀνθρώπων γὰρ καὶ Θεοῦ τὸ μὲν διάφορον ἄπειρον, τὸ δὲ ὅμοιον ἢ οὐδαμῶς ἢ μετρίως, καὶ ὥστε μόνον εἰκάσαι.*

166. *Καὶ ὁ θεῖος δὲ Γρηγόριος εἴποι ἂν πρὸς ταῦτα, καὶ λίαν κατὰ καιρόν· «Πόθεν παραστήσω σοι τὴν ὁμοίωσιν; Ἢ ζητεῖς πάλιν ἐκ τῶν κάτω καὶ περί σε; λίαν μὲν αἰσχρόν, καὶ οὐκ αἰσχρὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ μάταιον ἐπιεικῶς, ἐκ τῶν κάτω τὴν εἰκασίαν τῶν ἄνω λαμβάνειν, καὶ τῶν ἀκινήτων ἐκ τῆς ῥευστῆς φύσεως, καί, ὅ φησιν Ἡσαΐας, ζητεῖσθαι τὰ ζῶντα ἐν τοῖς νεκροῖς».*

167. *Εἰ δὲ τοὺς τρόπους τῶν ὑπάρξεων τῶν θείων Προσώπων ἀνεπινοήτους φήσουσι καὶ αὐτοί, δυσωπούμενοι χωρεῖν ὁμόσε κατὰ τῆς ἀποστολικῆς καὶ πατρικῆς παραδόσεως, καὶ δὴ καὶ τὰς τῶν τρόπων διαφοράς, τὴν δὲ νόησιν καὶ τὴν θέλησιν, ἀντὶ εἰκόνων δή τινων ἢ παραδειγμάτων παραλαβεῖν, ὥστε τοὺς ἀσθενέστερον περὶ τὴν πίστιν ἔχοντας μεταβιβάζειν, ὡς οἷόν τε ἐπὶ τὸ τῆς ἀληθείας φῶς, ὥσπερ εἴ τις λέγει, τὴν θείαν γέννησιν [ἐ]οικέναι νοήσει, κατὰ ἀμυδρὰν εἰκόνα, διά τε τὸ ἀπαθές (ἀπαθῶς γὰρ ἡ νόησις ἐκ τοῦ νοῦ), καὶ μὴν καὶ διὰ τὸ ἀδιαίρετον (οὔτε γὰρ ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς κεχώρισται οὔτε τῶν νοουμένων ὁ νοῦς), — ἂν δὴ ταῦτα λέγωσιν, ἐπαινέσομεν* [fol. 327r] *μὴν τῆς ἐπινοίας | ταύτης αὐτούς; Καὶ γὰρ πόρρωθεν τοῖς θεολόγοις τὰ τοιαῦτα ἐν χρήσει, νῦν μὲν ἀνθέων τινῶν μεμνημένοις καὶ θεοφύτων βλαστῶν, νῦν δὲ ἡλίου καὶ φωτὸς καὶ ἀκτίνων, καὶ δὴ καὶ ὀφθαλμοῦ καὶ ποταμοῦ καὶ πηγῆς. Ταῦτα μὲν ὡς εἴρηται ἀποδεξόμεθα, καταδεξόμεθα δὲ οὐδαμῶς καὶ εἰς ἀπόδειξιν ταῦτα παραλαβεῖν, ὅτι ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα. Τὰ γὰρ παραδείγματα καὶ τὰς εἰκόνας οὐκ εἰς ἀπόδειξιν, ἀλλὰ σαφηνείας χάριν παραλαμβάνομεν, προϋποκειμένων τῶν πραγμάτων οὕτως ἔχειν, ἀμφιβολίας πάσης ἐκτός. Τούτων δὲ τὸ ἄδηλον ἐχόντων, καὶ διατοῦτο καὶ ζη-*

---

20 ἑοικέναι in Ms.

---

10 NAZIANZENUS, *Orat. XXXI, 10 (theol. V), De Spiritu Sancto: MG 36, 144 B (cum citat.* Is. *VIII, 19).* 25 PS.-DIONYSIUS, *cf. De div. Nomin. II, § 6: MG 3, 645 B.* 26 NAZIANZENUS, *cf. Orat. XXXI, 31-32 (theol. V), De Spiritu Sancto: MG 36, 169 AC.*

165. Verum enim vero licet idem valerent generatio et intellectus, processio et voluntas, undenam sumeretur fundamentum illationis, ita ut, quemadmodum mirabilis syllogismus ait, ex Filio Spiritus procedat? [*fol. 326*ᵛ] « Nihil amare possumus, nisi verbo cordis illud (prius) concipiamus ». Igitur quia hoc in nobis accidere animadvertitur, idcirco idem in Deo reperiri debet? At aptius diceretur ita: quia hoc modo humanae res afficiuntur, ideo in divinis id ipsum non datur. Argumentum enim non cogit. Nam homines inter et Deum quod diversum est, in infinitum protenditur; similitudo vero vel nulla est vel limitibus coarctata et huiusmodi, quae solum velut divinari liceat.

166. Ideo divus Gregorius diceret ad haec et valde opportune: « Unde tandem similitudinem tibi repraesentabo? An rursus postulas ex terrenis et humanis eam duci? Valde profecto turpe est, neque turpe modo, sed etiam valde stultum et inane, ex similibus rebus superarum caelestiumque simulacrum sumere, rerumque certarum atque constantium ex fluxa fragilique natura, quodque Isaias ait, ' viventia in mortuis requirere ' ».

167. Quodsi modos exsistendi divinarum Personarum et ipsi [Latini] incomprehensibiles esse [tandem] dicerent, pudore affecti quod contra apostolicam simul et patristicam traditionem procedant; et modorum differentias admitterent, intellectum autem et voluntatem instar quarumdam imaginum et similitudinum sumerent, ita ut ii, qui in fide debiliores exsistunt, inducantur ut credant possibile ad lucem veritatis, ut ita dicam, divinam generationem intellectui assimilari, secundum tenuem, videlicet, imaginem, non solum eo quod illa sine passione sit (passionis enim expers est quoque intellectionis a mente exitus), sed etiam indivisionis ratione (cum nec Filius a Patre separetur, neque intellectus ab intellectione sua); haec, inquam, si dicerent, laudibus ipsos ob huiusmodi [*fol. 327*ʳ] cogitationem prosequeremur? Etenim longe haec posita sunt ab usu theologorum, qui nunc quidem divina germina floresve recordantur, nunc vero solem et lucem et radium, vel etiam oculum, flumen et fontem. Quae quidem eo sensu, quo dicta [a Patribus] fuere, et nos approbabimus; at nullatenus eadem admittemus, si pro demonstratione assumantur ad concludendum ex Filio Spiritum esse. Etenim imagines et comparationes non ad demonstrationem, sed claritatis gratia, recipimus, praesupponendo res extra ambiguitatem omnem ita se habere. At vero cum res ipsae obscuritatem habeant, et ob id ipsum sub quaestione subiciantur, si ex comparationibus easdem de-

τουμένων, ἐκ τῶν παραδειγμάτων ἀποδεικνύναι ταῦτα πειρᾶσθαι οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, ἢ τὰ ζητούμενα ὑποτιθέναι ὥσπερ ὁμολογούμενα.

168. *Ἔτι χρηστέον τοῖς παραδείγμασι καὶ ταῖς εἰκόσιν ἐπὶ τῶν θείων τοσούτων ὅσον τὸ δέον ἐκ τῆς ὁμοιότητος λαβόντας, ἐκ τῆς ἀνομοιότητος ζημιωθῆναι μηδέν. Φησὶ γὰρ ὁ μὲν θεῖος Χρυσόστομος ἐν Ὁμιλίᾳ πεντεκαιδεκάτῃ τῆς πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολῆς· «Τοῦτο πανταχοῦ δεῖ παρατηρεῖν, ὅτι τὰ ὑποδείγματα οὐ πάντα καθόλου δεῖ λαμβάνειν, ἀλλὰ τὸ χρήσιμον αὐτῶν ἐκλεξαμένους καὶ δι' ὃ παρείληπται, τὸ λοιπὸν ἅπαν ἐᾶν». Ὁ δὲ θεῖος Γρηγόριος ἐν τῷ Περὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος λόγῳ τοσαύτην κατέγνω τῶν παραδειγμάτων ἀνομοιότητα ἐν τοῖς περὶ Θεοῦ λόγοις, καὶ ταῦτα πολλὴν εἰς τὴν περὶ τούτων ζήτησιν τὴν μέριμναν προκαταβαλλόμενος, ὥστε·*
fol. 327v *«Ἔγωγε, φησί, πολλάκις διασκεψάμενος | πρὸς ἐμαυτὸν τῇ φιλοπραγμοσύνῃ τοῦ λόγου, καὶ πανταχόθεν τὸν λόγον εὐθύνας, καὶ ζητῶν εἰκόνα τινὰ τοῦ τοσούτου πράγματος, οὐκ ἔσχον ᾧτινι χρὴ τῶν κάτω τὴν θείαν φύσιν παραβαλεῖν· κἂν γὰρ μικρά τις ὁμοίωσις εὑρεθῇ, φεύγει τὸ πλεῖον, ἀφέν με κάτω μετὰ τοῦ ὑποδείγματος». Καὶ πάλιν· «Οὐδέν ἐστιν ὅ μοι τὴν διάνοιαν ἵστησιν ἐπὶ τῶν ὑποδειγμάτων θεωροῦντι τὸ φανταζόμενον, πλὴν εἴ τις ἕν τι λαβὼν τῆς εἰκόνος, μετ' εὐγνωμοσύνης τὰ λοιπὰ ῥίψειεν».*

169. *Εἶτα μετὰ ἀκριβείας δοκιμάζων τὸν περὶ τῶν εἰκόνων λόγον, δῆλός ἐστι μηδὲ τούτῳ πάνυ τοι θαρρῶν τῷ ἑνί, ἀλλὰ καθόλου τὰς εἰκασίας μετὰ τῆς φαινομένης ὁμοιότητος, ὡς πολλὴν ἀπάτην ταῖς ψυχαῖς ἐνιείσας, τῶν θεολογικῶν ἀπελαύνων προθύρων, καὶ μόνοις ἀρκούμενος τοῖς λεγομένοις παρὰ τοῦ Πνεύματος, καὶ εἰ βραχέα τὰ εἰρημένα. Ἐπάγει γάρ· «Τέλος οὖν ἔδωξέ μοι κράτιστον εἶναι τὰς μὲν εἰκόνας χαίρειν ἐᾶσαι καὶ τὰς σκιάς, ὡς ἀπατηλὰς καὶ τῆς ἀληθείας πλεῖστον ἀποδεούσας· αὐτὸν δὲ τῆς εὐσεβεστέρας ἐννοίας ἐχόμενον, ἣν ἐντεῦθεν ἔλλαμψιν ἐδεξάμην, ταύτην εἰς τέλος διαφυλάττοντα ὡς γνησίαν κοινωνὸν καὶ συνόμιλον, τὸν αἰῶνα τοῦτον διαπορεύεσθαι διατέμνοντα».*

170. *Τούτων τοῦτον εἰρημέν[ω]ν τὸν τρόπον, ἵνα τὸ πᾶν συνέλωμεν ἐν βραχεῖ,*
fol. 328r *εἰ μὲν οὐδὲν ἄλλο | τὴν θείαν γέννησιν καὶ τὴν ἀπόρρητον πρόοδον ἢ*

---

29 in Ms εἰρημένον (error fortasse propter attractionem cum τοῦτον τὸν τρόπον).

---

6 Chrysostomus, *Hom. XVI (non XV), 8 in epist. ad Rom.: MG 60, 559.* 12 Nazianzenus, *Orat. XXXI, 31 et 33 (theol. V), De Spiritu Sancto (2 citat.): MG 36, 169 A; 172 A.* 23 Nazianzenus, *Orat. theol. V, 33, De Spiritu Sancto: MG 36, 172 AB.*

monstrare conabimur, nihil erit aliud quam supponere ut probata ea, quae investiganda sunt.

168. Praeter quam quod, de divinis rebus agentibus, ita comparationibus et imaginibus utendum nobis est, ut ex similitudine quidquid est opus, ex disparitate autem nihil detrimenti percipiamus. Quapropter divus Chrysostomus ait in homilia decima quinta in epistulam ad Romanos: « Hoc ubique observandum: exempla non in universum assumenda esse, sed quod usu venit eligendum ad quam rem assumptum est, ac reliquum totum missum faciendum esse ». Pariter divus Gregorius in oratione de Spiritu Sancto adeo magnam dissimilitudinem comparationes inter et res divinas esse cognovit, ideoque tantam sollicitudinem in his investigandis adhibuit, ut haec diceret: « Enimvero cum mentis curiositate multum [*fol. 327*v] diuque mecum considerassem, atque orationem undecumque explorassem, rei tantae imaginem quandam exquirens, cui tandem rerum inferarum divina illa natura comparanda sit, reperire non potui. Quamvis enim exiguam aliquam similitudinem invenerim, maior tamen me pars fugit, humique me cum meo exemplo reliquit ». Et paulo post: « In summa, nihil est in quo mens mea gradum figere queat, dum, quod imaginor, in exemplis considero; ni forte quispiam ea animi aequitate sit, ut cum unum aliquid ex proposita imagine acceperit, reliqua proiciat ».

169. Tandem cum diligenter perpendisset hoc comparationum negotium, perspicuum est illum ne in una quidem earum fiduciam reposuisse, sed quoniam comparationum coniecturae, ob apparentem similitudinem, non parum animos in errorem inducunt, prorsus eas e porticu theologiae expellendas curasse, contentum solummodo his, quae a Spiritu [Sancto] revelata fuere, etiamsi numero pauca sint. Subiungit enim: « Postremo itaque hoc mihi consultissimum visum est, ut, missis factis imaginibus illis atque umbris, ut fallacibus plurimumque a veritate remotis, piam ipse cogitationem fidemque mordacius retineam, atque in paucis verbis insistens duceque Spiritu Sancto utens, quemque hic splendorem accepi, hunc ad extremum usque, tanquam fidum socium et congerronem custodiens, aevum hoc traicere pro viribus contendam ».

170. Quibus ita expositis, ut cuncta paucis complectamur, si nihil aliud esse [*fol. 328*r] generationem divinam ineffabilemque processionem affirmare pergant, quam intellectum et voluntatem, inter amentes aestimabuntur, quibus opus incumbit sagittis aerem

νόησιν καὶ θέλησιν εἶναι φήσουσι, μετὰ τῶν μαινομένων τετάξονται καὶ οἷς ἔργον τοξεύειν εἰς οὐρανόν. Εἰ δὲ εἰκόνος ἢ παραδείγματος λόγον τὰ τοιαῦτα ἐπέχειν, ἢ ζητείτωσαν δι' ὃ παρείληπται, ὁμολογουμένου πρότερον ὑποτιθέντος τοῦ πράγματος, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἔστω λόγος μηδείς, ἢ μηδὲ τοῦτο, ἀλλὰ τὰς μὲν εἰκόνας καὶ αὐτοὶ καθόλου καὶ τὰς σκιὰς χαίρειν λεγέτωσαν, ὡς ἀπατηλὰς καὶ τῆς ἀληθείας ἀποδεούσας· ἐκ δὲ τῶν θεοπαραδότων λογίων μετὰ τοῦ Πνεύματος ζητείτωσαν τὰ περὶ τοῦ Πνεύματος, καὶ ἐκ τούτων, ἕως ἂν ἐξῇ, καὶ ἑαυτοὺς καὶ τοὺς ἄλλους πειθέτωσαν, οὕτω γὰρ τοῖς τεχνίταις τῆς θεολογικῆς ἐπιστήμης περὶ τῶν θεολογικῶν ὑγιῶς ἔχειν ἔδοξεν.

171. *Εἰ δὲ ὅτι Λόγος ὁ Υἱὸς εἴρηται, τοῦτο θορυβεῖ τοὺς οἰομένους νόησιν εἶναι τὴν θείαν γέννησιν, οὐκ ἀναγκαῖος ὁ λόγος. Πρῶτον μέν, ὅτι οὐκ ἀνάγκη διὰ τὸν Λόγον εὐθὺς καὶ γέννησιν ἐννοεῖν· οὐ γὰρ διότι Λόγος διατοῦτο καὶ Υἱός, οὐδὲ γὰρ ὁ Υἱὸς μόνον Λόγος, ἀλλὰ καὶ ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα, οὔτε δὲ ὁ Πατὴρ οὔτε μὴν τὸ Πνεῦμα ἐγεννήθη· καὶ αὐτὴ δὲ ἡ Τριάς, ὁ εἷς Θεός, λόγος προσείρηται ὥσπερ καὶ φῶς καὶ Θεὸς καὶ ζωή, καὶ οὐδεὶς ἂν φαίη τὴν Τριάδα Υἱόν. Μαρτύριον δὲ τοῦ λόγου ὁ μακάριος Διονύσιος ἐν τῷ Περὶ θείων Ὀνομάτων τὴν ἐπωνυμίαν ἀναπτύσσων τοῦ «λόγου». Φησὶ γάρ· «Λόγος ὁ Θεὸς λέγεται ὡς τῶν πάντων αἴτιος, πάντας*
fol. 328v *τοὺς τῶν ὄντων | λόγους ἐν ἑαυτῷ ἔχων, καὶ προειληφὼς κατὰ μίαν ἁπλότητος ὑπερβολήν, καὶ ὡς λόγου καὶ γνώσεως πᾶσι τοῖς λογικοῖς αἴτιος». Καὶ πάλιν· «Εἰ τὴν ὑπερούσιον κρυφιότητα, ζωὴν ἢ οὐσίαν ἢ Θεὸν ἢ λόγον ὀνομάσαιμεν». Ὅτι δὲ τοῦτο κοινῶς ἐπὶ πάσης τῆς θεότητος ἀξιοῖ, αὐτὸς ἂν εἴποι τῆς Περὶ τῶν θείων Ὀνομάτων πραγματείας ἀρχόμενος. Φησὶ γάρ· «Ὁποίαν ἂν εὕρωμεν θεωνυμικὴν ἐπωνυμίαν ἐφ' ἑνὸς τῶν τριῶν, ταύτην ὁλικῶς ἀπαρατηρήτως καὶ ἐπὶ τῆς ὅλης θεότητος ἐκλειψόμεθα».*

172. *Εἰ δὲ λέγοιεν· ἀλλὰ τῷ Χριστῷ καὶ ἀμφότερα πρόσεστι, καὶ γὰρ καὶ Λόγος καὶ Υἱὸς εἴρηται, καὶ δὴ καὶ Λόγος Κυρίου, οὐδ' οὕτως ἀνάγκη διατοῦτο τὴν θείαν γέννησιν νόησιν εἶναι, οὐδὲ διὰ τὸ ταῦτα λέγεσθαι, καὶ ὁ*

1-2 *τῶν-ἔργον*] supplentur in Ms minutis characteribus et in margine, fortasse propter distractionem.

---

19 Ps.-Dionysius, *De div. Nomin. VII, § 4: MG 3, 872 C.* 22 Ps.-Dionysius, *De div. Nomin. II, § 6: MG 3, 645 A.* 25 *hanc* Ps.-Dionysii *sententiam invenimus quidem in tribus saltem locis operis eius De div. Nomin. II, § 1 (bis) et 11 (semel): MG 3, 635 C; 637 C; 652 A; in quibus simul sumptis fere omnia verba citationis occurrunt; verba autem formalia, prout a* Cabasila *referuntur, frustra quaereres.*

transfigere. Sed si haec imaginis seu comparationis rationem induere credunt, vel investigent causam cur illa, supposita prius probata re, assumpta fuerint, et nihil amplius de aliis sermo erit; vel, si id non obtinet, imaginibus tamen umbrisque et ipsi valedicere omnino velint, ut fallacibus et veritate destitutis, atque ex Scripturis divinitus traditis cum Spiritu Sancto ea, quae Spiritus sunt, quaerere accingantur, eisque, quoad eius fieri liceat, et ad se et ad alios persuadendos utantur. Hac enim ratione scientiae theologicae peritis cuncta bene procedere in divinis rebus visum est.

171. Quodsi quia Filius Verbum appellatur, idcirco eos perturbat, qui intellectionem esse generationem divinam arbitrantur, vi ratio destituitur: primum quidem, propterea quod nulla necessitas est simul ac Verbum dicitur, statim de generatione cogitare; non enim quia Verbum, ideo Filius est, cum neque Filius solus Verbum sit, sed etiam Pater et Spiritus, quorum neuter profecto generatione exsistit. Quin ipsa Trinitas, quae unus Deus est, quemadmodum et lux et Deus et vita, sic etiam Verbum praedicatur, nullusque erit qui Trinitatem Filium appellet. Cuius rei testis habetur beatus Dionysius, qui [in libro] de divinis Nominibus, explicans 'Verbi' appellationem, ita ait: « *Verbum*[1] Deus praedicatur, qui omnium rerum causa est, illarumque rationes omnes [*fol. 328v*] in se ipso continet et anticipat ob solam simplicitatis excellentiam, omnibusque rationem habentibus origo eorum cognitionis et rationis exsistit ».[2] Et rursus: « Si ipsum superessentialem caliginem, vitam vel substantiam, vel Deum vel Verbum nominemus ». Quod autem haec omnia praedicata communia esse totius Deitatis arbitretur, patet ex his, quae ipse initio libri de Divinis Nominibus scribit: « Quam igitur invenerimus divinorum nominum appellationem de una ex tribus Personis praedicatam, illam omnino indiscriminatim etiam de tota Deitate ut dictam excipiemus ».

172. Verum si obicerent, utrumque Christo convenire, qui et Verbum et Filius dicitur, imo et Verbum Domini; nec etiam sic necessarium esset ut, huius rei causa, divina generatio intellectus esse diceretur, neque idcirco quia proferuntur haec, modus ipse, quo Fi-

[1] Sic ex mente Nili, secus non procedit eius argumentatio; sed scias optime in hoc loco in editione Migne verbum « λόγος » latine « Ratio » versum esse. Ibi enim non de Verbo divino agitur, sed de Deo « *ut ratione* ».

[2] Haec valde differunt, ut vides, a textu, ad quem alludit Cabasilas (videas notam textus graeci). Adeas, sis, explicationem S. Thomae in hunc locum (*Comment. in lib. De div. Nominibus*, c. VII, lectione V). – De hoc egimus supra ad pp. 127-129.

τρόπος τῆς τοῦ Υἱοῦ ὑπάρξεως καθέστηκε γνώριμος. Τὸ μὲν γὰρ Υἱός, ἰδιάζον αὐτῷ· τὸ δὲ Λόγος, καὶ τοῖς ἄλλοις κοινόν. Πῶς δ' ἂν τὸ κοινὸν τῷ ἰδιάζοντι ταὐτὸν γένοιτο; Ἔπειτα εἰ καὶ τὴν τοῦ Λόγου φωνὴν ἰδιαζόντως ἀποδοίημεν τῷ Υἱῷ, οὐδ' οὕτως ἡ γέννησις νόησις· ἔξεστι γὰρ Λόγον αὐτὸν καλεῖν, ὅτιπερ τὰ τοῦ Πατρὸς πάντα ἡμῖν ἀνήγγειλεν, ὡς ἡ θεσπεσία τοῦ Σωτῆρος φωνή· «Πάντα γάρ, φησί, ὅσα ἤκουσε παρὰ τοῦ Πατρός, ἀνήγγειλεν ἡμῖν», οὕτω καὶ τοῦ μακαρίου Χρυσοστόμου τὴν τοῦ «Λόγου» σημασίαν ἀκούσαντος.

173. Εἰ δέ τισιν ἔδοξε καὶ διὰ τὸ ἀπαθῶς ἐκ τοῦ Πατρὸς προελθεῖν, καὶ διὰ τὸ μὴ διαιρεῖσθαι ἐκεῖθεν (οὕτω γὰρ ἐκ τοῦ λέγοντος καὶ ὁ λόγος), — ὑγιὴς fol. 329r μὲν | ἡ διάνοια, ἰδιάζουσα δὲ τῷ Υἱῷ οὐκ ἂν εἴη· κοινὴ γὰρ αὕτη καὶ τῷ Πνεύματι, καὶ γὰρ καὶ τὸ Πνεῦμα Λόγος, καὶ ἀπαθῶς προῆλθεν ἐκ τοῦ Πατρός, καὶ ἀδιαιρέτως ἐκείνῳ σύνεστι· καὶ εἴη ἂν ταύτῃ γε καὶ ἡ ἐκπόρευσις νόησις, ὥσπερ δῆτα καὶ ἡ γέννησις. Ἀλλ' ἄτοπον, οὐ γὰρ ἂν εἴη ταὐτὸν γέννησις καὶ ἐκπόρευσις.

174. Ἔτι πῶς ἂν γένοιτο διὰ τοῦ Λόγου γνώριμος ὁ τρόπος τῆς ἀπορρήτου γεννήσεως; οὐ γὰρ λέγων καὶ λόγος ταὐτὸν ἂν εἴη Πατρὶ καὶ Υἱῷ. Πατὴρ μὲν γὰρ καὶ Υἱὸς δύο Πρόσωπα τέλεια· λόγος δὲ καὶ λέγων, οὐδαμῶς. Καὶ Πατὴρ μὲν ὁμοούσιος τῷ Υἱῷ· ὁ δὲ λόγος τῷ λέγοντι, πῶς; Καὶ ὁ μὲν λόγος τοῦ λέγοντος ἕξις ἂν εἴη τελειωτική· τοῦ δὲ Πατρὸς ὁ Υἱός, τοῦτό γε οὐδαμῶς. Καὶ χωρὶς δὲ τούτων, οἱ μακάριοι Πατέρες, καὶ σφόδρα εἰδότες τὸν Υἱὸν καὶ ὡς Λόγον παρὰ τῆς γραφῆς ἀνυμνούμενον, οὐκ ἐπαύσαντο διαμαρτυρόμενοι ἀνεπινόητον καὶ ἄγνωστον εἶναι τὸν τρόπον τῆς θείας αὐτοῦ γεννήσεως. Οὐκ ἂν εἴ γε ἡ τοῦ «λόγου» φωνὴ τὴν αὐτοῦ γέννησιν ἥτις ποτέ ἐστιν ἐδείκνυ.

175. Καὶ μὴν καὶ «ἀπαύγασμά» φησιν αὐτὸν ἡ γραφὴ «τῆς δόξης καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως», καὶ φῶς ὡς ἐκ φωτὸς οὐκ αὐτὸν μόνον, ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ Πνεῦμα. Εἰ τοίνυν διὰ τὸν λόγον καὶ τὸν νοῦν ἡ γέννησις νόησίς ἐστι, διὰ τὸ ἀπαύγασμα καὶ τὴν δόξαν καὶ τὸν χαρακτῆρα καὶ τὴν ὑπόστασιν ἄλλο τι πάλιν ἂν λέγοιεν τὴν ὑπερφυᾶ γέννησιν. Οὐκ ἄρα ταῖς εἰκόσι fol. 329v πάντα πιστέον ἐστί, | εἰ μέλλοιμεν εὐσεβεῖν.

6-7 πάντα-ἡμῖν] sic Ms, Scriptura autem: «...ἃ ἤκουσα... ἐγνώρισα ὑμῖν». Chrysostomus: «...ἀνήγγειλα...».

---

6 *cf.* Io. *XV, 15.* 8 Chrysostomus, *Hom. II in Ioannem, 4: MG 59, 33-34.* 26 *cf.* Hebr. *I, 3.*

lius exsistentiam sortitur, cognoscibilis esse posset. Nam quod Filius nominetur, proprium ipsius est; quod autem appelletur Verbum, commune et aliis Personis evadit. At qua ratione id, quod commune est, idem atque proprium fieri valeret? Praeterea, etiamsi nomen Verbi peculiariter Filio tribuamus, ne sic quidem generatio per modum intellectus esse sequitur, cum ipsum Verbi appellatione decorare liceat, propterea quod omnia, quae sunt Patris, nobis annuntiavit, quemadmodum ait divina Salvatoris vox: « Omnia enim quaecumque audivit a Patre, annuntiavit nobis », sicut beatus Chrysostomus vocis « Verbi » significationem intellexit.

173. Quodsi quibusdam probantur etiam aliae rationes, quod nempe ex Patre sine passione procedat, et quod ab illo non seiungatur (sic enim ex loquente verbum prodit); recta quidem [*fol. 329ʳ*] interpretatio est, sed minime Filio peculiaris: quandoquidem et Spiritui communis ea est, cum et ipse Verbum sit, et sine passione a Patre quoque profluat, neque ab illo separabilis exsistat. Igitur etiam huius rei causa processio, quemadmodum sane generatio, per intellectum fiet. Attamen absurdum videtur generationem inter et processionem identitatem intercedere.

174. Insuper quomodo exinde quod dicatur Verbum, eo ipso modus ineffabilis generationis cognoscibilis fieret? Non enim loquens et verbum idem sunt atque Pater et Filius. Pater et Filius, videlicet, duae Personae perfectissimae sunt, nequaquam autem verbum et qui verbum profert. Pariter Filio consubstantialis est Pater; quomodo autem id ipsum erunt verbum et ille, qui loquitur? Adhuc: verbum facultas est perfectiva illius, qui verbum pronuntiat; Filius vero id nullatenus esse potest respectu Patris. Denique, etiam relictis his, beati Patres, qui quam praeclarissime Filium cognoscebant, etsi scirent ipsum in sacris Litteris sub Verbi appellatione celebrari, non cessarunt testimonium reddere inexplicabilem esse penitusque ignotam divinam eiusdem generationem. Itaque ex nomine hoc « Verbi » qualis sit tandem eius generatio demonstrari nequit.

175. Et re quidem vera etiam ipsum Scriptura ut « splendorem gloriae et characterem substantiae [Patris] » laudat; lumen vero de lumine non ipsum solummodo, sed etiam et Spiritum [Sanctum]. Iam vero, si propter verbum mentis generatio intellectus est, propter splendorem, et gloriam, et characterem, et substantiam, aliud rursus [Latini] dicerent esse supernaturalem generationem. Igitur si pietatem servare voluerimus, imaginibus nullatenus [*fol. 329ᵛ*] undequaque credendum est.

Λατίνων κεφάλαιον μα΄. Συλλογισμὸς ἕβδομος

176. « Ἔτι εἴ τις τὰ διάφορα εἴδη τῶν πραγμάτων ἐπισκοπήσειεν, ἔστι τις ἐν αὐτοῖς τάξις, καθ᾿ ὃ τὰ μὲν ζῶντα πρὸ τῶν μὴ ζώντων εἰσι, καὶ τὰ ζῷα ὑπὲρ τὰ φυτά, καὶ ὁ ἄνθρωπος ὑπὲρ τὰ ἄλλα ζῷα, καὶ ἐν ἑκάστοις τούτων διάφοροι βαθμοὶ εὑρίσκονται κατὰ διάφορα εἴδη· ὅθεν καὶ Πλάτων τὰς τῶν πραγμάτων ἰδέας ἀριθμοὺς εἶναι ἔφησεν, οἳ τῷ εἴδει ποικίλλονται προσθέσει καὶ ἀφαιρέσει μονάδος. Ὅθεν ἐν ταῖς ἀΰλοις οὐσίαις κατὰ τὴν τάξιν μόνον ἐστὶν ἡ διάκρισις· ἐν δὲ τοῖς θείοις Προσώποις παντάπασιν οὖσιν ἀΰλοις, ἀδύνατον ἑτέραν εἶναι τάξιν, πλὴν τῆς κατ᾿ αἰτίαν· οὐκ ἄρα δύο εἰσὶ Πρόσωπα ⟨ἐξ⟩ ἑνὸς προϊόντα, εἰ μὴ θάτερον αὐτῶν ἐκ τοῦ ἑτέρου προΐοι· καὶ οὕτως ἀνάγκη ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον προϊέναι».

Λύσις τοῦ κεφαλαίου

177. Εἶναι μὲν τάξιν ἐν τοῖς θείοις, καὶ πάλιν μὴ εἶναι, οὐκ ἔστιν ἀρνεῖσθαι. Τοῦτο μὲν καθ᾿ ὑπεροχήν· οὐδὲ γὰρ διὰ τὸ ἄτακτον τάξιν ἐκεῖ μὴ εἶναί φαμεν, ἀλλ᾿ ὡς τάξιν τοῦ πράγματος ὑπερβαίνοντος. Ἐκεῖνο δέ, διὰ τὸ τὴν μὲν τάξιν ἀγαθὸν οἴεσθαι, πλήρωμα δὲ εἶναι παντὸς ἀγαθοῦ τὸν Θεόν. Καὶ μὴν καὶ εἰ πάντα τὰ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καλά, καὶ οὕτω τοιαῦτα, ὡς καὶ fol. 300r σῴζειν | ἐν ἑαυτοῖς τὸν ὅρον τὸν τοῦ καλοῦ, καλὰ γὰρ λίαν προσείρηται παρὰ τῆς γραφῆς, καὶ κόσμος δὲ τὸ πᾶν τοῦτο καλεῖται, καλὸν δὲ καὶ κόσμος οὐκ ἂν εἴη, ἂν μὴ καὶ τάξις προσῇ· τὰ δ᾿ ἐν τοῖς αἰτιατοῖς προσηγουμένως πρόεισιν ἐν τοῖς αἰτίοις, ὡς ὁ θεῖός φησι Διονύσιος· πᾶσα ἀνάγκη καὶ τάξιν ἐκεῖ νομίζειν κατὰ τὸν ἀπόρρητον μέντοι λόγον, καὶ ὥσπερ ἂν ἐκεῖνος εἴποι περὶ αὐτοῦ, οὐχ ἣν ἂν ἡμεῖς ἐκείνῳ δοίημεν. Ἀταξία γὰρ τὸ τοιοῦτον σαφὴς περὶ τῆς τάξεως ἐκείνης σκοπουμένους μὴ ἀναμένειν ἐκεῖθεν τὸ σύνθημα, ἀλλ᾿ ὁριστὰς ἡμᾶς εἶναι τοῦ τινα [δὴ] τρόπον τὰ ἐκεῖ τετάχθαι· οὐδὲ γὰρ ἀμνημονεῖν προσῆκε τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως, καθόλου διακελευομένης « οὐ τολμητέον εἰπεῖν, οὔτε μὴν ἐννοῆσαι, περὶ τῆς ὑπερουσίου θεότητος παρὰ τὰ θειωδῶς ἡμῖν ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων ἐκπεφασμένα ».

---

3 Ms *καθὸ*. 10 *ἐξ*] in Ms deest haec particula, omnino supplenda. 25 *δὴ*] hoc verbum in Ms non bene claret: videtur prius scriptum fuisse *δέ*, sed supra aperte habetur accentus circumflexus.

---

2 Aquinas, *Summa contra Gent. IV, 24 (Vat. gr. 616 f. 222r; vel 613 f. 408v).* 6 Aristoteles, *cf. Physic. VII, 4 n. 14 (ex edit. Operum S. Thomae Leonina).* 19 *cf.* Gen. *I, 31.* 21 Ps.-Dionysius, *cf. De div. Nomin. II, § 8: MG 3, 645 D (verba originalia sonant: «... περισσῶς καὶ οὐσιωδῶς προένεστι τὰ τῶν αἰτιατῶν τοῖς αἰτίοις»).* 27 Ps.-Dionysius, *cf. De div. Nomin. I, § 2: MG 3, 588 C.*

Latinorum caput quadragesimum primum
Syllogismus septimus

176. « Item. Si quis diversas species rerum consideret, in eis quidam ordo ostenditur: prout viventia sunt supra non viventia, et animalia supra plantas, et homo supra alia animantia, et in singulis horum diversi gradus inveniuntur secundum diversas species; unde et Plato species rerum dixit esse numeros, qui specie variantur per additionem vel subtractionem unitatis. Unde in substantiis immaterialibus non potest esse distinctio nisi secundum ordinem. In divinis autem Personis, quae sunt omnino immateriales, non potest esse alius ordo nisi originis. Non igitur sunt duae Personae ab una procedentes, nisi una earum procedat ab altera. Et sic oportet Spiritum Sanctum procedere a Filio ».

Capitis solutio

177. Ordinem quidem in divinis servari, sed et vicissim non servari, negandum non est. Profecto hoc alterum supremae excellentiae ratione accidere fatemur; neque enim dicimus ordinem ibi non adesse, eo quod quidquam inordinatum sit, sed quod ordinem rerum ille alius supergrediatur. Illud autem primum, quoniam ordo absque dubio bonum aliquid esse existimatur, plenitudo vero totius boni Deus est. Imo cum omnia, quae sub Deo sunt, bonitate donentur, ita ut in ipsis [*fol. 330ʳ*] impleatur definitio boni, quae valde bona esse in Scripturis dicuntur; cum universus quoque mundus bonus vocetur, nec pulcher esset nisi in eo ordo reluceret; praeterea cum ea, quae in effectibus considerantur, quemadmodum divus Dionysius ait, etiam in causis eminenter insint, accidit, inquam, ut omnino in divinis ordo adesse credatur, secundum ineffabilem quidem rationem et eo modo, quo Deus ipse de se declarare dignetur, non vero qualem nos ipsi tribuere velimus. Aperta enim est inordinatio si, de ordine illo investigationem instituentes, eius constitutionem ex Divinis fontibus non requirimus, sed nosmetipsi decernere volumus quonam tandem modo ea, quae in Deo sunt, ordinata consistant. Verumtamen non oportet apostolicae traditionis oblivisci, praecipientis omnino ne dicere audeamus, nec etiam cogitemus, de superessentiali Deitate quidquam, praeter id, quod in sacris Litteris divinitus revelatum est.

178. *Λέγομεν δή. Τὸν Θεὸν καὶ μονάδα καὶ τριάδα φαμέν· τὸ δὲ διὰ τὴν κοινὸν τῆς φύσεως καὶ τῶν ὑπερφυῶς προσόντων αὐτῇ, τὸ δὲ διὰ τὴν τρισυπόστατον τῆς ὑπερουσίου γονιμότητος ἔκφανσιν. **** Ἀλλὰ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν, πῶς ἂν εἴη τάξις ἐν τοῖς θείοις, τῆς μὲν μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὔσης, τῆς δὲ τάξεως τὸ πρότερον καὶ ὕστερον ἀπαιτούσης; Τὰ γὰρ αὐτὰ καὶ προαριθμεῖται καὶ ὑπαριθμεῖται παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ διὰ τὴν ἰσοτιμίαν* fol. 330v *τῆς φύσεως, ὡς ἠκούσαμεν. Δῆλον δέ· | νῦν μὲν γὰρ βαπτίζειν φησὶν ὁ Κύριος «εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος», νῦν δέ φησιν· «Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν». Καὶ νῦν μέν φησιν· «Ὁ Πατήρ μου ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι», νῦν δέ· «Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἐλευσόμεθα καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν». Καὶ ἐν τῇ Ἀποκαλύψει δὲ ὁ μακάριος Ἰωάννης· «Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη, φησίν, ἀπὸ Θεοῦ Πατρός, καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, καὶ ἀπὸ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ», ἀντὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος τὰς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος ἐν τῇ τῆς Τριάδος ἀπαριθμήσει παραλαβών.*

179. *Οὕτω μὲν οὖν κατ' οὐσίαν οὐκ ἂν εἰκότως λέγοιμεν τάξιν ἐκεῖ· κατὰ δὲ τὰς ὑποστάσεις, τρεῖς οὔσας, καὶ πάνυ προσεῖναι τάξιν φαμέν· αὕτη δέ ἐστι τὸ τηρεῖν τῶν θείων Προσώπων ἕκαστον τὴν ἑαυτοῦ ἰδιότητα ἀμιγῆ καὶ ἀκοινώνητον πρὸς τὰ ἕτερα. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Γρηγόριος ἐν τῷ Περὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος· «Ἔδει γὰρ τὰς ἰδιότητας μεῖναι Πατρὶ καὶ Υἱῷ ⌈καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι⌉, ἵνα μὴ σύγχυσις ᾖ παρὰ τῇ θεότητι, τῇ καὶ τ' ἄλλα εἰς τάξιν ἀγαγούσῃ». Καὶ ὁ θεῖος Διονύσιος· «Οὔτε τὰ ἡνωμένα διαιρεῖν — φησί — θεμιτόν, οὔτε τὰ διακεκριμένα συγχεῖν».*

180. *Εἰ δὲ τοῦτο μὲν τάξις ἐν τοῖς ὑπερουσίοις τὸ τὰς ἰδιότητας ἀκινήτους μένειν, καὶ αὖ τοὐναντίον ἀταξία καὶ σύγχυσις· αἱ δὲ τοῦ Πατρὸς ἰδιότητες, ὡς ὁ τῶν θεολόγων ἄκρος φησί, τὸ ἄναρχον καὶ ἡ ἀρχή, καὶ μόνη δὴ πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ Πατήρ, καὶ «ὅσα τοῦ Πατρὸς πάντα καὶ* fol. 331r *τοῦ Υἱοῦ, πλὴν τῆς αἰτίας»· τὸ καὶ | τῷ Υἱῷ τὸ αἴτιον νέμειν καὶ ἀρχὴν αὐτὸν θεότητος λέγειν καὶ προβολέα τοῦ Πνεύματος, οὐ τάξιν εἰσάγειν,*

---

3 ****] locus vacuus in Ms unius fere lineae; nihil tamen deesse videtur (cfr. Vat. gr. 1757 fol. 303v). 21 *καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι*] interpolatio Cabasilae. (Videas notam in versione latina).

---

8 Mt. *XXVIII, 19.* 9 Io. *X, 30.* ‖ Io. *V, 17.* 10 Io. *XIV, 23-24.* 12 Apoc. *I, 4-5.* 20 Nazianzenus, *Orat. theol. V, 29, De Spiritu Sancto: MG 36, 165 B.* 22 Ps.-Dionysius, *De div. Nomin. II, § 2: MG 3, 640 A.*

178. Dicimus ergo et affirmamus Deum et Unum et Trinum esse: aliud quidem ratione communis naturae et eorum, quae ipsi supernaturaliter insunt; aliud vero propter trium Personarum in superessentiali fecunditate manifestationem. Verum enim vero quomodo in essentia divina ordo aliquis inveniretur, cum una eademque illa sit, ordo autem successionem prioris et posterioris requirat? Etenim eaedem Personae in sacra Scriptura tum prius tum posterius ordine enumerantur, ob naturae aequalitatem, sicut probe scimus. Videas, quaeso: [*fol. 330ᵛ*] Dominus nunc quidem: « Baptizate — inquit — eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti », nunc autem: « Ego et Pater unum sumus ». Alias ait: « Pater meus usque modo operatur, et Ego operor », alias autem: « Ego et Pater ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus ». Similiter beatus Ioannes in Apocalypsi: « Gratia vobis — inquit — et pax a Deo Patre, et a septem spiritibus, et a Domino Iesu Christo », pro Spiritu Sancto operationes ipsius in enumeratione Trinitatis assumens.

179. Sic igitur, essentiae ratione, nequaquam in divinis ordinem dari diceremus; ratione autem Personarum, cum tres numerentur, plane ordinem quendam convenire asserimus, qui alius non est, quam quod divinarum Personarum unaquaeque proprietatem suam inconfusam et cum aliis incommunicabilem servet. Dicit enim divus Gregorius [in oratione] de Spiritu Sancto: « Oportet proprietates Patris et Filii et Spiritus servare, ne sit confusio in Deitate, quae cetera in ordinem adducit ».[1] Et divus Dionysius: « Neque fas est — ait — copulata disiungere, nec distincta confundere ».

180. Age iam, si ordo quidem in divinis in proprietatibus immotis conservandis consistit, et vicissim inordinatio atque confusio contrarium appellatur; si aliunde proprietates Patris sunt, quemadmodum summus theologorum ait,[2] sine principio esse et esse

---

[1] Animadvertas oportet CABASILAM perperam adduxisse citationem hanc, ut ex scopo divi GREGORII patet. Non debuit enim persona Spiritus Sancti hic nominari (sicut non nominatur in NAZIANZENO), quandoquidem hic demonstrare vult omnia nomina divina Spiritui Sancto convenire, excepto 'Ingeniti' et 'Geniti' nomine, ut ipse dicit. Ac proinde pergit sic: « Patris enim et Filii proprietates incolumes atque integras ipsis manere conveniebat, ne alioquin apud divinitatem, quae alia quoque in ordinem et concinnitatem adduxit, confusio exsisteret ». Et deinde sequitur: « Equidem ipse ad tantam nominum copiam... totus cohorresco. Spiritus Dei dicitur, Spiritus Christi, mens Christi ... ».

[2] Non potest bene definiri ex hoc loco quinam pro CABASILA 'summus theologorum' nominetur: intermiscet enim citationes S. GREGORII NAZIANZENI et PSEUDO-DIONYSII AREOPAGITAE.

ἀλλὰ μᾶλλον τάξιν λύειν ἐστίν, οὐκ ἄρα ἀληθὴς ὁ λόγος ἐν ἑκάστῳ τῶν θεαρχικῶν Προσώπων πρὸς ἕκαστον τὴν τοῦ αἰτίου καὶ αἰτιατοῦ τάξιν ζητεῖν.

181. *Οὐ μὴν ἀλλ᾽ εἰ μὲν μόνου τοῦ Πατρὸς προβολέως ὑποκειμένου, οὐ διεκρίνετο τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱός, εἰκότα καὶ πάνυ λέγειν ἔδοξαν ἄν· εἰ δὲ σῴζεται ἡ διάκρισις, ὡς διὰ πολλῶν ἐδείξαμεν, καὶ εἰ μηδαμῶς ὁ Υἱὸς προβολεὺς τοῦ Πνεύματος· τὸ δὲ τὴν διάκρισιν σῴζειν τηροῦντος ἂν εἴη τὴν τάξιν, ὡς ἡ διδασκαλία φησὶ τοῦ Πνεύματος, μάταιος ἡ σπουδὴ τὴν μὲν οὖσαν διαπτύειν, τὴν δὲ μὴ οὖσαν ζητεῖν, ὥσπερ μὴ βουλομένους οὕτω τὰ θεῖα καὶ συνάπτειν καὶ διαιρεῖν, ὡς αὐτὰ δήπου καὶ ἥνωται καὶ διῄρηται, καὶ ὡς ἡ τῶν ἀποστόλων ἔχει παράδοσις.*

182. *Ἔτι, ὡς ἐν τοῖς ἄνω δέδεικται λόγοις, πολλῶν μὲν ἀναφυομένων ἀτόπων, πολλῶν δὲ ὁμολογουμένων ἀναιρουμένων ἄν τις τὸν Υἱὸν προβολέα τοῦ Πνεύματος φῇ, καὶ πασῶν τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων μεθ᾽ ἡμῶν ἱσταμένων κἀν τούτῳ τῷ μέρει, πῶς ἄν τις καλοίη τάξιν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ τὸ ἐξ αὐτοῦ, δι᾽ ἣν οὐδὲν κινδυνεύει, ὅσα γε χριστιανοῖς ὡμολόγηται, σχεδὸν σῴζεσθαι; Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡμῶν λεγόντων καὶ ἐπὶ Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ἀναγκαίαν εἶναι σῴζεσθαι τὴν τάξιν τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ* fol. 331v *τὸ ἐξ αὐτοῦ, | ἀνάπαλιν μέντοι, ὥστε εἶναι τὸν Υἱὸν ἐκ τοῦ Πνεύματος, τί ποτε ἂν εἶπον Λατῖνοι; Πάντως ἂν ἐβόησαν περιαιρουμένης τῆς πατρικῆς ἰδιότητος, καὶ ἀταξίαν τὸ τοιοῦτον ἐκάλουν, καὶ οὐδενὸς ἂν ἐφείσαντο. Τοῦτο δὲ καὶ παρ᾽ ἡμῶν δίκαιοι πάντως ἂν εἶεν ἀκούειν αὐτοί, ἕως ἂν ᾖ τὸ αἴτιον καὶ ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ πηγαῖον ἴδιον τοῦ Πατρός, ὥσπερ δῆτα καὶ τὸ ἄναρχον. Οὐκ ἄρα Υἱοῦ καὶ Πνεύματος τάξις ἂν εἴη, ὡς ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ ἐξ αὐτῆς· ἀλλὰ Πατρὸς μὲν πρὸς Υἱὸν ἢ πρὸς τὸ Πνεῦμα, καὶ μάλα, Υἱοῦ δὲ πρὸς τὸ Πνεῦμα, οὐδὲ ἐννοεῖν τοῦτό γε θέμις, ἵνα μὴ λάθωμεν προσχήματι τάξεως πάντα μιγνύντες χρήματα. Ἀλλὰ ἀρκούμενοι ταῖς ἰδιότησιν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος, ἃς ἡμῖν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον παραδέδωκε, καὶ δὴ καὶ τῇ διὰ πάντων ἰσότητι, καὶ γὰρ ἔνιοι καὶ τοῦτο καὶ τάξιν καὶ ἀρχὴν τάξεως εὖ καὶ καλῶς ἐνόμισαν, οὕτω τὴν τάξιν τὴν ἐκείνων καὶ εἰδέναι νομίζομεν καὶ τηρεῖν, εἴπερ ἡμῖν μέλλει καὶ ὁπωσοῦν μὴ τῆς ἀληθείας διαμαρτεῖν.*

principium, seu quod idem est, solum fontem superessentialis divinitatis Patrem nominari, ita ut omnia, quae sunt Patris, etiam Filii sint, excepta causa; denique si [*fol. 331*r] tribuere causam Filio, eundemque principium divinitatis esse affirmare et Productorem Spiritus, nihil ad ordinem iuvat, sed ordinem e converso dissolvit; igitur verus sermo non est, si in divinis Personis ordo causae et causati, singularum ad singulas, quaeritur.

181. Nihilo tamen minus si, supposito Patre ut unico Productore, Filius a Spiritu minime discerneretur, iure merito [Latini] tuerentur opinionem suam; at vero si distinctio illa salvatur, ut pluris iam ostendimus, licet Filius nullo modo Spiritum producat (quam quidem distinctionem salvare, illius est, qui ordinem custodit, qualem disciplina Spiritus tradit), inutilis certe est diligentia exsistentem ordinem spernere, exsulantem autem requirere, ita ut quis divinas Personas coniungere et separare nolle videatur ea ratione, qua ipsae reapse et unitae et disiunctae sunt, quaeque in Apostolorum traditione continetur.

182. Praeterea, cum ex his, quae superioribus rationibus demonstrata sunt, multorum absurdorum cumulus excrescat, permultaque, quae in confesso habentur, tolli debeant, si Filius Spiritum producere dicitur; cum etiam omnes Oecumenicae Synodi in hac parte nobiscum versentur, quomodo quivis ordinem appellare posset eum, qui Filium inter et Spiritum intercederet ratione causae et causati, quandoquidem exinde nihil fere christianorum dogmatum incolume servari videtur? Nihilominus si dixerimus et nos necessarium esse ut ordo respectu Filii et Spiritus salvetur, ille quidem, qui ex causa et causato est, [*fol. 331*v] sed inverso modo, ita ut Filius ex Spiritu profluat, quid tandem Latinis dicendum suppeteret? Forsitan ore pleno reclamarent, proprietate Patris pereunte, et huiuscemodi rem inordinatam esse vocitarent, nobisque nullatenus parcerent. Sed haec eadem iure merito ipsi a nobis audire possunt, dum et causa et principium et fons, eodem prorsus modo ac sine principio esse, paternae proprietates dici pergant. Igitur ordo Filii et Spiritus non ille erit, qui ex principio et principiato desumitur; hoc enim de Patre respectu Filii vel Spiritus optime sane concipitur, de Filio autem erga Spiritum ne cogitare quidem licet; ne, nobis insciis, sub specie ordinis omnia misceantur. Sed si contenti erimus proprietatibus Filii et Spiritus, quas nos ipse Spiritus Sanctus traditione docuit, contenti quoque omnimoda aequalitate [eorum] (quoniam aliqui etiam ordinem ordinisque principium illam esse

Λατίνων κεφάλαιον μβʹ. Συλλογισμὸς ὄγδοος

183. *« Ἔτι ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός, κατὰ τὴν ἑνότητα [τῆς] οὐσίας, οὐ διακρίνονται, εἰ μὴ καθόσον οὗτος μέν ἐστι Πατήρ, ἐκεῖνος δὲ Υἱός· ὅπερ ἂν τοίνυν παρὰ τοῦτό ἐστι, κοινόν ἐστι Πατρὶ καὶ Υἱῷ· τὸ δ' εἶναι ἀρχὴν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος παρὰ τὸν τῆς πατρότητος καὶ υἱότητος λόγον ἐστίν, ἡ γὰρ σχέσις, ᾗ ὁ Πατήρ ἐστι Πατήρ, ἑτέρα ἐστὶ παρὰ τὴν ᾗ ἔστιν ὁ |* fol. 332r *Πατὴρ ἀρχὴ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, ὡς προείρηται. Τὸ ἄρα εἶναι ἀρχὴν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος κοινόν ἐστι Πατρὶ καὶ Υἱῷ ».*

Λύσις τοῦ κεφαλαίου

184. *Ἐνταῦθα ὅτι μὲν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς κατὰ τὴν ἑνότητα τῆς οὐσίας οὐ διακρίνονται, καὶ ὅτι τὸ εἶναι ἀρχὴν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος παρὰ τὸν τῆς πατρότητος καὶ υἱότητος λόγον ἐστί, πρὸς ἀλήθειαν εἴρηκε· τὰ δ' ἄλλα, οὐκ ἄνευ τοῦ ψεύδεσθαι. Αὐτίκα τὸ μὴ διακρίνεσθαι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν κατ' ἄλλο, εἰ μὴ καθόσον οὗτος μέν ἐστι Πατήρ, ἐκεῖνος δὲ Υἱός· ποῦ γὰρ θήσεις τὸ αἴτιον καὶ τὴν πηγὴν καὶ τὴν ἀρχήν, καθ' ὃ διακρίνεται ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ; « Πάντα γάρ — φησίν — ὅσα ὁ Πατήρ, τοῦ Υἱοῦ, πλὴν τῆς αἰτίας »· καὶ τὸ μόνη πηγὴ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ὁ Πατὴρ πρὸς διάκρισιν τῶν θεαρχικῶν εἴρηται Προσώπων, καὶ τὸ ἄναρχον δὲ καὶ ἡ ἀρχή, τοῦ Πατρὸς ἰδιότητες.*

185. *Ὅτι δὲ ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ πηγὴ καὶ τὸ αἴτιον ἄλλο παρὰ τὸ πατρικὸν ἰδίωμα, καὶ εἴρηται πολλάκις καὶ αὖθις εἰρήσεται. Οὐδὲ γὰρ ἀντιστρέφει· εἰ μὲν γὰρ μόνη πηγὴ θεότητος, καὶ μόνος ἐξανάγκης Πατήρ, εἰ δὲ μόνος Πατήρ, οὐκ ἀνάγκη καὶ μόνη πηγὴ θεότητος ἁπλῶς. Καί δῆλον ὅτι Λατῖνοι, δεχόμενοι μόνον τὸν Πατέρα γεννᾶν, δυσχεραίνουσι τὸ λέγεσθαι τοῦτον καὶ μόνον θεότητος αἴτιον ἢ μόνην πηγήν. Καὶ χωρὶς δὲ τούτου, τὸ ἄναρχον καὶ τὸ ἀγέννητον ἢ τὸ ἀναίτιον, ἢ ὅπως ἄν τις ἐθέλοι καλεῖν, καὶ ἄλλο παρὰ τὸν τῆς πατρότητος λόγον ἐστί, |* fol. 332v *καὶ ἴδιόν ἐστι τοῦ Πατρός,*

---

2 τῆς] τὴν in Ms; corrigo ex versione Cydoniana (Vat. gr. 616 fol. 222r; vel 613 fol. 408v).

---

2 Aquinas, *Summa contra Gent. IV, 24 (Vat. gr. 616 f. 222r; vel 613 ff. 408v-409r).* 7 *cf. superius, syllog. 3, ad fol. 313r-313v.* 16 Nazianzenus, *cf. Orat. In Aegyptiorum adventum, 10: MG 36, 252 A.* 17 Ps.-Dionysius, *cf. De div. Nomin. II, § 5: MG 3, 641 D.* 18 Nazianzenus, *cf. De Dogmate et Constitutione episcoporum, 7: MG 35, 1073 A.*

recte senserunt), si nihil, inquam, amplius requiremus; ordinem, qui inter ipsos est, et perspicere et custodire arbitramur, cum oporteat nos vel quomodocumque a recto veritatis tramite non deviare.

Latinorum caput quadragesimum secundum
Syllogismus octavus

183. « Adhuc. Pater et Filius, quantum ad unitatem essentiae, non differunt nisi in hoc, quod hic est Pater, et hic est Filius. Quidquid igitur praeter hoc est, commune est Patri et Filio. Esse autem principium Spiritus Sancti est praeter rationem paternitatis et filiationis: nam alia relatio est, qua Pater est Pater, et qua [*fol. 332*r] Pater est principium Spiritus Sancti, ut supra dictum est. Esse igitur principium Spiritus Sancti est commune Patri et Filio ».

Solutio capitis

184. In hoc syllogismo, illud quod dicitur: « Pater et Filius, quantum ad unitatem essentiae, non differunt », et illud: « esse principium Spiritus Sancti est praeter paternitatis et filiationis rationem », veritati prorsus conforme esse reperitur. Cetera vero omnia falsitatis arguuntur: exempli gratia, quod nullo alio modo Pater et Filius discriminentur, nisi in hoc, quod alius est Pater, alius vero Filius. Ubinam enim collocabis causam, et fontem, et principium, quo Pater a Filio discernitur? « Omnia enim, quae Pater habet, etiam Filii sunt, praeter quam quod causa non est », sicut audisti. Audivisti quoque solum fontem superessentialis divinitatis esse Patrem, et hoc discriminativum esse divinarum Personarum; ac denique esse sine principio et esse principium paternam proprietatem constituere.

185. Quod autem sub nominibus principii et fontis et causae aliud quam paternitatis proprietas includatur, saepe saepius declaratum est, et iterum declarabitur. Non enim illa convertuntur. Etenim si unicus Deitatis fons habetur, habetur quoque necessario unus Pater; at minime contrarium obtinet, ita ut si unus Pater est, unus Deitatis fons simpliciter assignetur. Latini ipsi argumento sunt: admittunt enim solum Patrem generare; molestia autem afficiuntur, si audiunt solum eum esse Deitatis causam solumve fontem. His addas adhuc quod principio carere, vel ingenitum esse, vel sine causa, vel quomodocumque demum id ipsum exprimere velimus, et diversum est a paternitatis ratione, [*fol. 332*v] et proprietatem Patris efficit, et characteristicum est modi, quo Pater

καὶ τρόπον ὑπάρξεως χαρακτηρίζει τοῦ πῶς ἐστιν ὁ Πατήρ. Καὶ πάντων λεγόντων ἐστὶν ἀκούειν ὅτι καὶ ταύτῃ διακρίνεται Υἱοῦ καὶ Πνεύματος ὁ Πατήρ· «πάντα γὰρ ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, τοῦ Υἱοῦ, πλὴν τῆς ἀγεννησίας».

186. *Καὶ τὸν Ἰουστῖνον δὲ μάρτυρα ὄντα καὶ φιλόσοφον καὶ τῶν ἀποστόλων διάδοχον καὶ ἐπὶ τῶν χρόνων ἐκείνων τῆς Ἐκκλησίας προστάντα, ὡς ἐχρῆν τὸν ἀποστολικὸν ἄνδρα, καὶ μάρτυρα τῶν θεολογικῶν ἐκαλέσαμεν λόγων, ἀποδείξαντες τοῦτον ἐν τοῖς Περὶ Πίστεως κεφαλαίοις αὐτοῦ τοῖς διαφόροις τῶν ὑπάρξεων τρόποις τὰς θεαρχικὰς τῶν ὑποστάσεων διελόντα, ὧν ἐστι καὶ ἡ τοῦ ἀγεννήτου φωνή. Καὶ τί λέγω τοῦτον ἢ ἐκεῖνον; καὶ Θωμᾶς αὐτὸς ἐν ἑκκαιεικοστῷ κεφαλαίῳ τοῦ Κατὰ Ἑλλήνων τετάρτου βιβλίου· «Ὁ πατήρ — φησί — διακρίνεται τοῦ Υἱοῦ τῇ τῆς πατρότητος ἀναφορᾷ καὶ τῇ τῆς ἀγεννησίας». Οὐκ ἄρα ἀληθὴς ὁ λόγος μὴ διακρίνεσθαι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, εἰ μὴ καθόσον οὗτος μέν ἐστι Πατήρ, ἐκεῖνος δὲ Υἱός· ὥστε καὶ τὸ ἑπόμενον ἀνάγκη πᾶσα τῆς αὐτῆς κεραμείας εἶναι, τὸ κοινὸν εἶναι Πατρὶ καὶ Υἱῷ πᾶν τὸ παρὰ τὴν πατρότητα καὶ υἱότητα.*

187. *Καὶ χωρὶς δὲ τούτων, δέδεικται μηδαμῶς ὑπάρχον τι κοινὸν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ὃ μὴ τῷ Πνεύματι πρόσεστι· τὰ γὰρ κοινὰ Πατρὶ καὶ Υἱῷ, κοινὰ καὶ τῷ Πνεύματι καὶ ἡ τῶν ἀποστόλων καὶ θεολόγων φησὶ παράδοσις. Εἰ δὲ καὶ* fol. 333r *δοίημεν εἶναι, καὶ οὕτω ψεῦδος πᾶν τὸ παρὰ τὴν πατρότητα | καὶ υἱότητα ἐξανάγκης εἶναι κοινὸν Πατρὶ καὶ Υἱῷ· πολλῶν γὰρ δειχθέντων οἷς ὁ Πατὴρ διακρίνεται τοῦ Υἱοῦ, ἀδύνατον ἐκεῖνα τῷ Υἱῷ νέμειν καὶ ὁπωσοῦν. Οὕτω δὴ τῶν τοῦ συλλογισμοῦ ὑποθέσεων ἐπὶ σαθροῦ ἱσταμένων, πῶς ἂν εἴη τὸ συμπέρασμα ἀναγκαῖον; Μᾶλλον δὲ εἰ διακρίνεται ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ τῇ πηγαίᾳ θεότητι, ὡς ἐδείξαμεν, πᾶσα ἀνάγκη τὸ συναγόμενον καὶ ἀδύνατον εἶναι καὶ ταῖς προαπηριθμημέναις αἰτίαις ἔνοχον.*

Λατίνων κεφάλαιον μγ΄. Συλλογισμὸς ἔνατος

188. *« Ἔτι ὃ μὴ τῷ τινος ὁρισμῷ ἐναντίον ἐστίν, οὐκ ἀδύνατον αὐτῷ συνελθεῖν, εἰ μή που κατὰ συμβεβηκός· τὸ δὲ εἶναι ἀρχὴν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος οὐκ ἔστιν ἐναντίον τῷ τοῦ Υἱοῦ λόγῳ. Οὔτε ὡς Θεοῦ· ἐπεὶ καὶ ὁ Πατήρ ἐστιν ἀρχὴ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος. Οὔτε ὡς Υἱοῦ· ἐπεὶ καὶ ἑτέρα ἐστὶν ἡ τοῦ Πνεύματος πρόοδος καὶ ἑτέρα ἡ τοῦ Υἱοῦ· οὐ μάχεται δὲ τῷ ἐξ*

---

3 Nazianzenus, *cf. Orat. In Pentecosten, 9: MG 36, 441 C.* 8 Ps.-Iustinus, *cf. Exposit. rectae Confessionis, 3: MG 6, 1209 B.* 11 Aquinas, *Summa contra Gent. IV, 26 (Vat. gr. 616 f. 223r; vel 613 f. 410r).* 27 Aquinas, *Summa contra Gent. IV, 24 (Vat. gr. 616 f. 222r; vel 613 f. 409r).*

exsistit. Ab omnibus igitur audire poteris hoc illud esse, quo Pater a Filio et a Spiritu discriminatur: « omnia enim quaecumque Pater habet, Filii quoque sunt propria, si innascibilitatem exceperis ».

186. Iustinum iam protulimus, Martyrem illum est Philosophum, Apostolorum successorem et, ut apostolicum virum decebat, illius temporis Ecclesiae ducem; illum, inquam, testem theologicorum sermonum appellavimus, cum ostendimus ipsum, in capitibus eius de Fide, ex diversis exsistendi modis divinas Personas distinxisse, ubi etiam 'Ingeniti' vox occurrit. Attamen quid hunc vel illum adduco? Thomas ipse in vigesimo sexto capite quarti libri contra Gentiles: « Pater a Filio — ait — distinguitur paternitatis relatione et innascibilitate ». Ergo veritati non innititur sermo ille, qui Patrem Filiumque non discernit, nisi quatenus alius quidem Pater est, alius vero Filius. Itaque quod exinde sequitur, necesse est prorsus eiusdem fictionis sit, videlicet: commune esse Patri Filioque totum illud, quod praeter paternitatem et filiationem statuatur.

187. At etiam his relictis, demonstratum est alias nequaquam commune quidquam Patri et Filio dari, quod non pariter Spiritui conveniat. Ideoque tam apostolorum quam theologorum traditio fert, communia esse Spiritui quaecumque communiter Patri et Filio insunt. Sed etiamsi concederemus [ita] esse, tamen adhuc falsum esset, quidquid praeter paternitatem [*fol. 333v*] et filiationem adduci possit, commune Patri Filioque fore necessario. Cum enim ea, quibus distinguitur a Filio Pater, multa esse demonstrata sint, impossibile fit ut eadem Filio vel quomodocumque tribuantur. Age vero, si praemissae syllogismi adeo mobili fundamento superstruuntur, quomodo illius conclusio necessitatis vim adipiscetur? Potius autem id eveniet ut, quoniam Pater a Filio per fontem divinitatis discernitur, sicut ostendimus, necesse sit conclusionem absurdam et obiurgationibus superius enumeratis obnoxiam obtineri.

Latinorum caput quadragesimum tertium
Syllogismus nonus

188. « Amplius. Quidquid non est contra rationem alicuius, non est impossibile ei convenire, nisi forte per accidens. Esse autem principium Spiritus Sancti, non est contra rationem Filii. Neque inquantum est Deus: quia Pater est principium Spiritus Sancti. Neque inquantum est Filius: eo quod alia est processio Spiritus Sancti et Fi-

ἀρχῆς κατὰ μίαν πρόοδον ὄν[τι] τὸ ἀρχὴν εἶναι τῆς τοῦ ἑτέρου προόδου. Λείπεται τοίνυν οὐκ ἀδύνατον εἶναι ἀρχὴν εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος· ὃ δὲ οὐκ ἀδύνατον εἶναι, δυνατὸν εἶναι· ἐν δὲ τοῖς θείοις οὐδὲν διαφέρει τὸ εἶναι καὶ δύνασθαι. Ὁ Υἱὸς ἄρα ἀρχή ἐστι τοῦ Ἁγίου Πνεύματος».

Λύσις τοῦ κεφαλαίου

189. *Οὐδ᾽ οὗτος ὁ λόγος διὰ πάντων συμβαίνει τοῖς πράγμασι. Τί γὰρ ἂν εἴποι περὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ; πότερον τὸ εἶναι πατέρα ἐναντίον ἐστὶ τῷ*
fol. 333v *τοῦ Υἱοῦ λόγῳ, ἢ οὐδαμῶς; | Ἀλλ᾽ εἰ μὲν οὐκ ἔστιν ἐναντίον οὐδὲ μαχόμενον, κατὰ τὴν θέσιν τὴν αὐτοῦ, λείπεται μὴ ἀδύνατον εἶναι πατέρα γενέσθαι τὸν Υἱόν. « Ὃ δὲ οὐκ ἀδύνατον εἶναι, δυνατὸν εἶναι, ἐν δὲ τοῖς θείοις οὐδὲν διαφέρει τὸ εἶναι τοῦ δύνασθαι», ἵνα τοῖς αὐτοῖς χρήσωμαι, Ὁ Υἱὸς ἄρα καὶ πατήρ ἐστιν. Εἰ δὲ τὸ πατέρα εἶναι ἐναντίον λέγει τῷ τοῦ Υἱοῦ λόγῳ, οὐδ᾽ οὕτως ὁ λόγος Λατίνων ἵσταται· ἔστι γὰρ καὶ τὸν λόγον μάχεσθαι καὶ τὸν Υἱὸν πατέρα γενέσθαι. Καὶ δῆλον ἀπὸ τῶν ὄντων, ἐξ ὧν αὐτὸς ἐπισύρεται τὴν ἀνάγκην τῆς θεολογίας τῆς ἑαυτοῦ· σχεδὸν γὰρ τῶν ἀνθρώπων ἕκαστος καὶ πατήρ ἐστι καὶ υἱός.*

190. *Ἔτι καὶ ἕπεται μηδὲ πρὸς διάκρισιν αὔταρκες οἴεσθαι τὸ γεννᾶν καὶ γεννᾶσθαι, διὰ τὸ τὸν δεῖνα ἢ τὸν δεῖνα καὶ πατέρα εἶναι καὶ υἱόν, συνιόντων εἰς ταὐτὸ τοῦ γεννᾶν καὶ γεννᾶσθαι, ὡς ἡ τερατώδης θεολογία φησί. Καὶ μὴν καὶ πρὸ τοῦ προαγαγεῖν τὰ πάντα ὁ Θεὸς εἰς τὸ εἶναι, ἐδύνατο ταῦτα παραγαγεῖν, ἀλλ᾽ οὐ παρήγαγε, καίτοι σφόδρα δυνάμενος· οὐκ ἄρα ἀληθὴς ὁ λόγος, ὡς ἐν τοῖς θείοις οὐδὲν διαφέρει τὸ εἶναι τοῦ δύνασθαι.*

191. *Ἔτι φησὶν ὁ θεῖος Διονύσιος· «Δύναμις ὁ Θεὸς καλεῖται καὶ τῷ ὑπερδύνασθαι καὶ ἀπειράκις ἀπείρους τῶν οὐσῶν δυνάμεων ἑτέρας παραγαγεῖν, καὶ τῷ μὴ ἄν ποτε δυνηθῆναι τὰς ἀπείρους καὶ ἐπ᾽ ἄπειρον παραγομένας δυνάμεις, τὴν ὑπεράπειρον αὐτοῦ τῆς δυναμοποιοῦ δυνάμεως ἀμβλῦναι ποίη-*
fol. 334r *σιν». Ἀλλὰ δυνάμενος τὸν εἰρημένον τρόπον, οὐ | παρήγαγεν. Οὐκ ἄρα πάντα ἀληθῆ νομιοῦμεν τὸν λόγον, ὡς ἐν τοῖς θείοις οὐδὲν διαφέρει τὸ εἶναι τοῦ δύνασθαι.*

---

1 *ὄντι*] in Ms *ὄν* (= «id quod est» in S. Thoma); scilicet, nimium litteralis versio ex latino vix non incorrectam loquutionem parit, praesertim ob inductum articulum *τῷ* dativi casus, qui phrasim *ἐξ ἀρχῆς κατὰ μίαν πρόοδον ὄν* regere debuit. — Correctionem induxi claritatis ergo.

---

3 ARISTOTELES, *cf. Physic. III, 4 n. 9 (ex edit. Operum S. Thomae Leonina).*
24 PS.-DIONYSIUS, *De div. Nomin. VIII, § 2: MG 3, 889 D-892 A.*

lii; non est autem repugnans id, quod est a principio secundum unam processionem, esse principium processionis alterius. Relinquitur igitur quod non sit impossibile Filium esse principium Spiritus Sancti. Quod autem non est impossibile, potest esse. In divinis autem non differt esse et posse. Ergo Filius est principium Spiritus Sancti ».

Capitis solutio

189. Nec etiam syllogismus hic omni ex parte naturae rerum accommodatur. Quid enim de Patre et Filio diceretur? utrum paternitatem habere contra rationem Filii est, an secus? [*fol. 333*[v]] Sed si contra ipsam non est neque est repugnans, sequitur iuxta thesim ipsius [Thomae], impossibile non esse Filium patrem fieri. Quod autem non est impossibile, esse potest. Atqui in divinis, ut eius verbis utar, esse et posse non differunt. Ergo Filius pater quoque est. Sed etiamsi paternitas contra rationem Filii sit, ne sic quidem Latinorum ratio sustineri valet: posset enim accidere et illud repugnare, et Filium revera patrem fieri. Res autem in naturalibus claret, quibus vim argumentorum pro theologia sua Thomas fulcit: nam quilibet fere hominum et pater et filius est.

190. Illud praeterea sequitur, quod insufficiens ad distinctionem censebitur alium quidem generare, alium vero gigni; siquidem hic vel ille ut pater et ut filius simul exsistere poterit, si tum generare tum gigni in unam eandemque personam recidere accidat, quemadmodum portentosa theologia asserit. Quin etiam Deus, priusquam res cunctas in exsistentiam vocasset, potentiam habebat haec omnia producendi; attamen etsi maximopere potuit, non illas produxit. Igitur vera ratio illa non est, qua esse et posse nihil in divinis differre vocitatur.

191. Quid amplius? Divus Dionysius ait: « Potentia dicitur Deus... et quod desuper possit innumerabiliter infinitas alias potentias producere, et quod infinitae numero infinito productae potentiae nunquam queant supraquam infinitam potentiae eius potentificae effectionem hebetare ». Sed cum praedicto modo posset, non [*fol. 334*[r]] tamen eas exsistere fecit. Itaque sententiam illam: ' in divinis non differt esse et posse ', non undequaque veritate fulciri credimus.

192. *Καὶ μὴν εἰ τοῖς αὐτοῖς καὶ ἡμεῖς χρησάμενοι οὕτω λέγοιμεν· ὃ μὴ τῷ τινος ὁρισμῷ ἐναντίον ἐστί, οὐκ ἀδύνατον αὐτῷ συνελθεῖν· τὸ δ' εἶναι ἀρχὴν τοῦ Υἱοῦ οὐκ ἔστιν ἐναντίον τῷ τοῦ Πνεύματος λόγῳ, οὔτε ὡς Θεοῦ, ἐπεὶ καὶ ὁ Πατὴρ καὶ Θεός ἐστι καὶ ἀρχὴ τοῦ Υἱοῦ, οὔτε ὡς Πνεύματος, ἐπεὶ ἑτέρα ἐστὶν ἡ τοῦ Υἱοῦ πρόοδος καὶ ἑτέρα ἡ τοῦ Πνεύματος· οὐ μάχεται δὲ τῷ ἐξ ἀρχῆς κατὰ μίαν πρόοδον ὄν[τι] τὸ ἀρχὴν εἶναι τῆς τοῦ ἑτέρου προόδου· λείπεται τοίνυν οὐκ ἀδύνατον εἶναι ἀρχὴν εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον τοῦ Υἱοῦ· ὃ δὲ οὐκ ἀδύνατον εἶναι, δυνατὸν εἶναι· ἐν δὲ τοῖς θείοις οὐδὲν διαφέρει τὸ εἶναι τοῦ δύνασθαι. Ἂν δὴ ταῦτα ὡσαύτως λέγωμεν, εἶτα ἐκ τῶν λόγων ἀνακύπτῃ συμπέρασμα ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἀρχή ἐστι τοῦ Υἱοῦ· τί ἐροῦσιν; Ἢ γὰρ τὸ ἀναγκαῖον μεθ' ἑαυτῶν αἱ προτάσεις ἔχουσιν, ἢ τὸ ἐνδεχόμενον, ἢ τὸ ἀδύνατον· ἀλλὰ τὸ μὲν ἀναγκαῖον ἢ τὸ ἐνδεχόμενον, πῶς; οὐ γὰρ ἐκ τοιούτων ἀδύνατον; ἀδύνατον δὲ καὶ αὐτοῖς δοκεῖ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἀρχὴν τοῦ Υἱοῦ. Λείπεται τοίνυν μετὰ τοῦ ἀδυνάτου τὰς τοιαύτας καὶ δὴ προχωρεῖν.*

193. *Ὥστε ἂν μὲν τὰ νυνὶ λεγόμενα πρὸς βλασφημίαν φέρει, πάντως πρὸς τὴν αὐτὴν ὁδὸν καὶ οἷς ᾠήθησαν Λατῖνοι τὸν Υἱὸν δεικνύναι τοῦ Πνεύματος* fol. 334v *αἴτιον· εἰ δὲ ἐκεῖνα φαῖεν εὖ καὶ καλῶς ἐκείνοις εἰρῆσθαι, πάντως | καὶ ταῦτα. Οἷς γὰρ ἢ ταῦτα λύσουσιν ἢ ἐκεῖνα ἐπαινέσονται, τοῖς αὐτοῖς καὶ ἡμεῖς χρησάμενοι καὶ τοῦτο κἀκεῖνο δείξομεν. Εἰ δὲ λέγοιεν προϋποκεῖσθαι τούτοις τὸν Υἱὸν ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς γεγεννῆσθαι, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν οὐδὲν ἧττον προϋπόκειται τὸ τοιοῦτον, οὕτω διαρρήδην τῶν θεολόγων βοώντων· « Τὸ Πνεῦμα ἐκ τοῦ Υἱοῦ οὐ λέγομεν », καὶ « Οὐκ ἔχει ὁ Υἱὸς τὴν αἰτίαν τοῦ Πνεύματος », καὶ « Μόνη πηγὴ θεότητος ὁ Πατήρ ». Οὐκοῦν ὅπερ ἀρχόμενοι τῆς πρὸς τοὺς συλλογισμοὺς πάλης εἰρήκαμεν, τοῦτο κἀνταῦθα, καὶ πρὸς πάντα σχεδὸν συλλογισμὸν λέγειν ἔξεστι, ὡς, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τοῖς λόγοις τούτοις αἶσχος προσῆν, πάντα δὲ αὐτοῖς μετὰ τοῦ προσήκοντος ἐχώρει· τό γε ἐκ τῶν λόγων τούτων μηδὲν ἧττον ἔχειν δεικνύναι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον τοῦ Υἱοῦ, ἱκανὸν μηδεμίαν χώραν τοῖς λόγοις τούτοις διδόναι ἐν τῇ τῶν χριστιανῶν θεολογίᾳ. Ὥστε φευκτέον τοὺς λόγους τούτους ἐστί, μή ποτε λάθωμεν εἰς κακῶν ἐμπέσοντες βάθος, καὶ ὁ κίνδυνος ἡμῖν περὶ τῶν ἐσχάτων γένηται.*

---

6 *ὄντι*] correctum iuxta superius dicta ad num. 187, pag. 336.

---

23 Damascenus, *cf. De Fide Orthodoxa I, 8: MG 94, 832 B. Alluditur etiam hic ad testimonia superius allata* Nazianzeni *(De Dogmate, 7 — reductive —: MG 35, 1073 A), et* Ps.-Dionysii *(De div. Nomin. II, § 5: MG 3, 641 D).*

192. Et re quidem vera si nos, eodem adhibito ratiocinio, ita diceremus: Quidquid non est contra rationem alicuius, non est impossibile ei convenire; esse autem principium Filii non est contra rationem Spiritus Sancti. Neque inquantum est Deus: utpote Pater et Deus est et Filii principium. Neque inquantum est Spiritus: eo quod alia est progressio Filii et Spiritus Sancti; non est autem repugnans id, quod est a principio secundum unam progressionem, esse principium progressionis alterius. Relinquitur igitur quod non sit impossibile Spiritum Sanctum esse principium Filii. Quod autem non est impossibile, potest esse. In divinis autem non differt esse et posse. Haec, inquam, si perinde ac ipsi et nos diceremus (et statim caput extolleret conclusio ratiocinii: ergo Spiritus Sanctus principium est Filii), quid ipsi responderent? Etenim praemissae, quas illi adhibent, vel necessariae sunt, vel probabiles, vel absurdae. At quo pacto necessitatem vel etiam probabilitatem ipsas continere censebimus? an non ex huiusmodi fundamentis absurda promanant? Sed absurdum quoque ipsis videtur Spiritum Sanctum Filii principium nominari. Igitur restat ut praemissae istae absurditatis plenae certo certius procedant.

193. Itaque si quae nunc dicta manent ad impietatem blasphemiae ducunt, plane per eandem viam incedunt illa, quibus sollemne fuit Latinis Spiritum ex Filio esse demonstrare. Quodsi addunt omnino recte ab ipsis illa proferri, profecto [*fol. 334v*] etiam haec nostra recta erunt. Quibus enim vel nostra solventur vel sua laudabuntur, eisdem et nos usi, tum haec tum illa demonstrabimus. Verumtamen si dicerent praesupponi in illis Filium ex solo Patre generari posse, respondebimus non minus etiam a nobis illud praesupponi, quod explicite a theologis proclamatur, cum vel «Spiritum ex Filio esse non dicimus» aiunt, vel Spiritus Sancti causam Filium non habere, vel solum fontem Deitatis esse Patrem. Igitur quod a nobis initio certaminis de syllogismis dictum est, idem et hic et ad unumquemque fere syllogismorum dici potest, nempe: eosdem, etsi nihil aliud, dedecus profecto continere, sed consequenter ipsis omnia fluere. Et revera quod syllogismis nihil minus demonstrari possit, quam Spiritum Sanctum ex Filio esse, sufficiens ratio erit ut quivis eisdem locus in christiana theologia denegetur. Quapropter fugiendum ab huiusmodi ratiociniis nobis est, ne tandem aliquando inscii in profundum malorum demergamur, et in extremo periculo collocemur.

Λατίνων κεφάλαιον μδ'. Συλλογισμὸς δέκατος

194. *Ἔτι τοῦ Πατρὸς γεννῶντος μὲν τὸν Υἱόν, προβάλλοντος δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, τὸ μὲν γεννᾶν χαρακτηριστικὸν τῆς αὐτοῦ ἐστιν ὑποστάσεως (ὡς καὶ τοὔνομα δηλοῖ) καὶ συστατικόν, Πατὴρ γὰρ καλεῖται· τὸ δὲ προβάλλειν οὐ χαρακτηριστικόν, οὐ γὰρ ἀπὸ τούτου καλεῖται· εἰ δὲ μὴ χαρα-*
fol. 335r *κτηριστικόν, οὐδὲ ἴδιον· μὴ ἴδιον δὲ ὄν, | κοινόν ἐστι Πατρὶ καὶ Υἱῷ, καὶ ἦν ἂν καὶ Ἁγίῳ Πνεύματι, εἰ μὴ ἀδύνατον ἦν ἐξ ἑαυτοῦ ἐκπορεύεσθαι.*

Λύσις τοῦ κεφαλαίου

195. *Ἀλλὰ τίς ἂν ἐνέγκαι ῥᾳδίως τοσούτων σοφισμάτων φοράν; Φησὶ μὲν γὰρ μὴ ἀπὸ τοῦ προβάλλειν τὸν Πατέρα καλεῖσθαι, καὶ μὴν καὶ χαρακτηρίζειν τὴν ὑπόστασιν τὴν τοῦ Πατρὸς ἐκεῖνο ἐξ οὗ δὴ καὶ καλεῖται. Ὅτι δὲ καὶ τοῦτο κἀκεῖνο ψεῦδος, οὐ πολλῶν δεήσει λόγων ἡμῖν· καλεῖται γὰρ ὁ Πατὴρ οὐκ ἀπὸ τοῦ γεννᾶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ προβάλλειν. Δέδεικται γὰρ ἐν τῷ **** κεφαλαίῳ ὅτι τὸ τοῦ Πατρὸς ὄνομα ἡ γραφὴ οὐκ ἰδιαζόντως πρὸς τὸν Υἱὸν ἀναφέρει, ἵνα τὸν γεννῶντα δείξῃ, ἀλλ' ἤδη τὴν φωνὴν ταύτην καὶ ἐπὶ τοῦ αἰτίου ἁπλῶς ἐδέξατο, ὡς συναμφότερα σῴζειν ἐν ἑαυτῇ, τόν τε γεννῶντα καὶ τὸν προβάλλοντα. Ὥστε εἰ, κατὰ τὸν λόγον τὸν ἐκείνων, ἐκεῖνο καὶ δὴ χαρακτηρίζει τὴν ὑπόστασιν τοῦ Πατρὸς ἐξ οὗ δὴ καὶ καλεῖται, τὸ δὲ χαρακτηριστικόν, καὶ ἴδιον, ὡς καὶ αὐτοί φασιν, ἴδιον ἂν εἴη τοῦ Πατρὸς τὸ προβάλλειν.*

196. *Εἰ δὲ καὶ ὁ θεολόγος ἀξιόπιστος ἐν τοῖς θεολογικοῖς ἐστιν, ὥσπερ ἐν τοῖς κατὰ γεωμετρίαν ὁ γεωμέτρης, ἐδείξαμεν καὶ αὐτὸν προβολέα τὸν Πατέρα προσειρηκότα, καὶ ταῦτα περὶ διακρίσεως τῶν θείων Προσώπων τοὺς λόγους ποιούμενον. Καὶ οἱ λέγοντες τὸν Πατέρα μόνην πηγὴν θεότητος,*
fol. 335v *ὥστε διελεῖν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Υἱοῦ, | δῆλοι πάντως εἰσὶ καὶ ἀπὸ τοῦ προβάλλειν αὐτὸν καλοῦντες.*

---

14 ****] locus vacuus in Ms ad citationem.

---

14 CABASILAS *lectorem sine dubio remittit ad caput 32 Latinorum, fol. 254v–257r, maxime autem ad fol. 256r ca. medium.*

Latinorum caput quadragesimum quartum
Syllogismus decimus

194. Praeterea. Pater generat quidem Filium, spirat autem Spiritum Sanctum. Quod autem gignat, characteristicum est, et Personae eius constitutivum, sicut patet ex nomine: nominatur enim Pater. Sed quod spiret, minime characteristicum est, neque enim exinde nomen accipit. Si vero characteristicum non est, nec etiam proprium est; quodsi non est proprium, [*fol.* 335^r] commune est Patri Filioque; commune quoque esset Spiritui Sancto, nisi absurdum esset ipsum ex se procedere. [1]

Solutio capitis

195. Verum enim vero quis aequo animo tot sophismatum cumulum tolerare poterit? Ait enim Patrem non insigniri nomine hoc, ex eo quod Productor sit, et etiam Personam Patris inde characterem sumere, unde nomen obtinet. Attamen ut ostendamus utrumque falsum esse, non multa quidem verba nobis opus erunt. Pater enim denominationem accipit non eo solum quod generet, sed etiam idcirco quod spiret. Quapropter ad caput ⟨trigesimum secundum⟩ demonstratum est nomen Patris in Scriptura non peculiariter sumi quasi ad Filium relatum, ita ut generantem solum ostendat, sed profecto vocem hanc simpliciter de eo, qui sit causa, acceptam inveniri; ideoque sub ea utrumque generantis et spirantis conceptum salvari posse. Itaque, si secundum illorum rationem, illud maxime Personae Patris distinctivum est, ex quo desumitur appellatio, characteristicum autem etiam proprium est, ut ipsi dicunt, sane proprium erit Patris quod spiret.

196. Iam vero, si theologis in theologicis rebus fides est adhibenda, quemadmodum in his, quae ad geometriam spectant, geometris; illos etiam Productorem appellare Patrem ostendimus; idque potissimum, cum sermo illorum circa divinarum Personarum distinctionem versabatur. Ipsos enim, qui solum fontem Deitatis Patrem esse affirmarunt, eaque ratione illum a Filio distinxerunt, [*fol.* 335^v] etiam ex virtute spirativa nomen Patris adhibere prorsus manifestum est.

---

[1] Syllogismus hic, quemadmodum et tres, qui immediate sequuntur, ad S. Thomam non pertinet. Videas Demetrium Cydonium in *Apologia pro S. Thoma* (Vat. gr. 614 fol. 125^r, vel Vat. gr. 1103 fol. 46^r-46^v). — De his in Introductione mea ad pp. 148-150.

197. *Ἔτι εἰ καὶ μὴ ἀπὸ τοῦ προβάλλειν ὁ Πατὴρ ἐκαλεῖτο, οὐδ᾽ οὕτω πᾶσα ἀνάγκη μηδὲ χαρακτηριστικὸν αὐτό, μηδὲ ἴδιον εἶναι διατοῦτο τῆς ἀρχικῆς ὑποστάσεως. Καὶ γὰρ ἡ τοῦ ἀγεννήτου φωνὴ οὔτε γνώριμος τῇ γραφῇ, οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τούτου τὸν Πατέρα διαρρήδην προσεῖπε, καὶ χαρακτηριστικὸν δὲ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Πατρός ἐστιν ὑποστάσεως. Ὥστε τίς ἂν γένοιτο τῷ λόγῳ δικαία συγγνώμη, ἀναγκαῖα περαίνειν λογιζομένῳ, οὕτω τῶν ὑποθέσεων ἐπισυρομένων τὸ ψεῦδος; Καὶ μὴν καὶ τὸ γεννᾶν χαρακτηριστικὸν μὲν λέγειν τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, οὐδὲν ἄτοπον· συστατικὸν δέ, οὐκ οἶδα εἰς τί ποτε Λατῖνοι βλέποντες ταῦτα φθέγγονται. Οὔτε γὰρ ἔθος τοῖς θεολόγοις συστατικὰ τὰ προσωπικὰ καλεῖν, οὔτε, εἰ κληθεῖεν, συστατικὸν ἂν δικαίως λέγοιτο τὸ γεννᾶν τῆς τοῦ Πατρὸς ὑποστάσεως.*

198. *Ἔχει γὰρ οὕτω· τῶν ἐν τῇ Τριάδι προσωπικῶν τὰ μὲν καὶ ἴδιά εἰσι καὶ τρόπον τῆς ὑπάρξεως ἑκάστης τῶν ὑποστάσεων δείκνυσιν, ὥσπερ τὸ ἀγέννητον καὶ γεννητὸν καὶ ἐκπορευτόν, τὸ μὲν τοῦ Πατρός, τὸ δὲ τοῦ Υἱοῦ, τὸ δὲ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, ὡς ἐδείξαμεν· τὸ μὲν γὰρ ἀγέννητον τὸν τρόπον τοῦ πῶς ἐστιν ὁ Πατὴρ δείκνυσιν, ὅτι ἀπ᾽ οὐδενὸς τὸ εἶναι ἔχει, ἔστι γὰρ αὐτὸς καθ ἑαυτὸν πρῶτος, οὐκ ἐξ ἄλλης ἀρχῆς τὸ εἶναι ἔχων·*
fol. 336r *τὸ δὲ γεννητὸν τὸν Υἱὸν ἀφορίζει, δείκνυσι γὰρ αὐτὸν αἰτίαν ἔχοντα, | ἀφ᾽ ἧς δὴ καὶ προῆλθε, κατὰ γέννησιν δηλαδή· τὸ δὲ ἐκπορευτὸν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον δῆλον καθίστησιν, ὅτι καὶ αὐτὸ ἀπ᾽ αἰτίας ἔχει τὸ εἶναι, οὐ κατὰ γέννησιν, ἀλλὰ κατὰ προβολήν. Τὸ δὲ γεννᾶν καὶ προβάλλειν, εἰ καὶ προσωπικά εἰσι καὶ τοῦ Πατρὸς ἰδιότητες, ἀλλ᾽ οὖν οὐ τὸ πῶς εἶναι σημαίνουσι τοῦ Πατρός, ἀλλ᾽ ἰδιώματα περὶ αὐτ[ό]ν εἰσι, δεικνύντα πῶς ἔχει σχέσεως πρός τε τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα, ὅτι ἀμφοτέροις ἐκ τῆς οὐσίας τῆς ἑαυτοῦ δίδωσιν ὕπαρξιν, αἴτιος αὐτοῖς ὤν. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Γρηγόριος ἐν τῷ Περὶ Υἱοῦ πρώτῳ λόγῳ· « Οὔτε οὐσίας ὄνομα ὁ Πατήρ, οὔτε ἐνεργείας· σχέσεως δὲ καὶ τοῦ πῶς ἔχει πρὸς τὸν Υἱὸν ὁ Πατήρ, ἢ ὁ Υἱὸς πρὸς τὸν Πατέρα ».*

199. *Εἰ δέ τις φιλονεικοίη τὸ γεννᾶν τρόπον εἶναι ὑπάρξεως ἐπὶ τοῦ Πατρός, πρῶτον μὲν ἐναντία τοῖς θεολόγοις ἐρεῖ, ἐκεῖνοι γὰρ τῇ φωνῇ τοῦ ἀγεννήτου τὸ τοιοῦτον ἀπένειμον. Ἔπειτα οὐδὲ ἀμφότερα οἰησόμεθα τρόπον ὑπάρξεως σῴζειν ἐπὶ τοῦ Πατρός· διάφορα γάρ εἰσι· διαφέροντας δὲ τρόπους ὑπάρξεων τῷ Πατρὶ προσνέμειν, μὴ λίαν ᾖ τολμηρόν; Ὥστε εἰ*

23 *αὐτὴν* in Ms; at videtur erratum esse.

26 NAZIANZENUS, *Orat. theol. III (I De Filio), 16: MG 36, 96 A.*

197. Sed adhuc, quamvis Pater non ita vocaretur ratione spirationis, ne sic quidem necessario sequeretur hanc propterea distinctivam non esse Personae primae, eiusdemque propriam. Nam Ingeniti vox in Scripturis certe non iacet, quippe qui Pater explicite hoc nomine non appelletur; illa tamen hypostaseos quoque Patris distinctiva est. Quis igitur iustus assensus huic syllogismo praeberi poterit, si necessarium quid concludere intenditur, praemissis adeo falsitatem pertrahentibus? Imo etiam quod characteristica Paternae hypostaseos generandi facultas praedicetur, nihil absurditatis continet; at quod constitutiva eadem appellari debeat, ad quid respiciant Latini, dum talia proferunt, revera nescio. Theologorum namque usus non fert ea, quae personalia sunt, constitutiva nominare. Et profecto, tametsi vocarentur ita, nequaquam recte affirmare liceret Personam Patris ex generandi facultate constitui.

198. Res enim ita se habet: ex his quae in Trinitate ut personalia habentur, alia quidem et propria sunt et modum, quo unaquaeque Persona exsistit, ostendunt, quemadmodum Ingenitum, Genitum et Procedens, quorum primum Patri, alterum Filio, Spiritui tertium accommodatur, sicut ostendimus. Et Ingenitum quidem modum simul, quo sit Pater, demonstrat, qui, cum ex se ipso primus sit et a nullo alio principio in exsistendo dependeat, a nemine exsistentiam acceptam refert; per Genitum autem Filius designatur, utpote hac voce indicetur illum causam habere, [*fol. 336*^{r}] a qua profectus sit, scilicet, secundum generationem; pariter per Procedens Spiritus Sanctus constituitur, ut patet, qui et ipse exsistentiam ex causa habet, non generationis modo, sed spirationis. At vero gignere et spirare, licet personalia sint et proprietates Patris efficiant, quonam tamen modo sit Pater non indicant; sed idiomata sunt eius, quae declarant quam ipse relationem erga Filium et Spiritum habeat, quippe qui ambobus ex essentia sua, ut illorum causa, exsistentiam praebeat. Quocirca divus Gregorius in prima oratione de Filio: « Neque enim — inquit — essentiae nomen est Pater, nec actionis; sed relationem eam indicat, quam Pater erga Filium habet, vel Filius erga Patrem ».

199. Verum si quis adhuc contenderet modum exsistentiae Patris per generandi proprietatem indicari, primum quidem, sciat se contraria loqui his, quae a theologis dicuntur, qui huiusmodi rem per Ingeniti appellationem tribuerunt. Deinde, censemus nequaquam utrumque nomen modum exsistentiae Patris salvare posse, cum diversa sint: diversos autem modos exsistendi Patri tribuere, nimis audax erit, ut opinor. Itaque quantumvis generare et spirare pro-

καὶ ἐξ ἀϊδίου τῷ Πατρὶ τὸ γεννᾶν καὶ προβάλλειν ἰδιότητες περὶ αὐτὸν οὖσαι καὶ δεικν[ῦ]σαι ὡς ἄλλοις ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι δίδωσιν, ἀλλ᾿ οὖν ἀνάγκη προεπινοεῖσθαι τὸν τρόπον τῆς ἑαυτοῦ ὑπάρξεως τῆς τοῦ γεννᾶν ἰδιότητος· δεῖ γὰρ ἐπινοεῖσθαι πρότερον ὅτι ἐστίν, εἶθ᾿ ὅτι καὶ γεννᾷ ἢ προβάλλει.

200. Καὶ μὴν εἰ ὥσπερ τὸ γεννᾶν τὴν πρὸς τὸν Υἱόν, οὕτω καὶ τὸ προβάλ-
fol. 336v λειν τὴν πρὸς τὸ Πνεῦμα τοῦ Πατρὸς δείκνυσι σχέσιν, | εἰ τρόπον ὑπάρξεως νομιοῦμεν ἐπὶ τοῦ Πατρὸς τὸ γεννᾶν, οὐδὲν ἧττον καὶ τὸ προβάλλειν τρόπον ὑπάρξεως ἐπὶ τοῦ Πατρὸς προσεροῦμεν· εἰ μὲν γὰρ ἐκεῖνο, καὶ τοῦτο, εἰ δὲ μὴ τοῦτο, οὐδ᾿ ἐκεῖνο. Οὐκοῦν, τρόπον ὃν εἴρηται διηρημένων τῶν ἐν τῇ Τριάδι προσωπικῶν, εἰ ὅλως ἔνια τούτων συστατικὰ προσῆκε καλεῖν, τὰ χαρακτηρίζοντα τὸν τῆς ὑπάρξεως τρόπον οὕτω καλεῖν δίκαιον, ὥσπερ δὴ τὸ ἀγέννητον ἐπὶ τοῦ Πατρός, καὶ τὸ γεννᾶσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι, τὸ μὲν ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ, τὸ δὲ ἐπὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος· οὐ τὸ γεννᾶν ἢ προβάλλειν, ἴδια μὲν ὄντα, σχέσιν δὲ ὑποφαίνοντα τοῦ πρώτου αἰτίου πρὸς τὰ ἐξ αὐτοῦ προϊόντα κατὰ διάφορον τρόπον, ὥσπερ εἴρηται.

201. Ἔτι εἰ τὸ προβάλλειν κοινὸν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, τὰ δὲ κοινὰ τούτοις κοινὰ πάντως καὶ τῷ Πνεύματι, ὡς ἡ κοινὴ τῶν θεολόγων βούλεται γνώμη, ἐπιεικῶς ἄρα προβολεὺς ἂν εἴη καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον. Εἰ μὲν οὖν οὐδαμῶς ἄτοπον τὸ συμπέρασμα, ἄλλος ἂν εἴη λόγος· εἰ δὲ τοῦτο οὐδ᾿ ἂν αὐτοὶ φαῖεν, ζητείτωσαν τὴν αἰτίαν. Σαφῶς γὰρ διὰ τὴν ἐλάττονα τῶν προτάσεων τὸ ἄτοπον ἠκολούθηκεν, οὐδὲ γὰρ εἰς τὴν μείζονα τὴν αἰτίαν ἀνοίσομεν, ἵνα μὴ κακοὶ φανῶμεν περὶ τοὺς εὐεργέτας. Εἰ δέ τισι ἱκανὸν πρὸς ἀπολογίαν δοκεῖ τὸ λέγειν, ὡς ἄρα τὸ προβάλλειν ἦν ἂν κοινὸν καὶ τῷ
fol. 337r Πνεύματι, εἰ μὴ ἀδύνατον ἦν καὶ ἐξ ἑαυτοῦ ἐκπορεύεσθαι, ἀλλὰ τοῦτο | ἢ ἀγνοούντων ἐστὶ τὰς μεθόδους τὰς λογικάς, ἢ προσποιουμένων τὸν ἀγνοοῦντα. Εἰ μὲν γὰρ ἔχοιεν δεικνύναι ἐκ τῶν ὑποθέσεων τῶν ἑαυτῶν μηδὲν ἄτοπον ἑπόμενον, δεικνύτωσαν· ὡς ἐὰν μὴ τοῦτο δύνωνται, οὐδεμία γένοιτ᾿ ἂν ἐκείνοις συγγνώμη. Συνιεῖσι μὲν τὸ ἐκ τῶν λόγων δεινόν· οὕτω δὲ πρὸς παραιτήσεις ἀγεννεῖς βλέπουσιν, οὕτω γὰρ ἔξεστι πάντα μὲν λέγειν, πάντα δὲ διαφεύγειν ἄτοπα. Ὥστε πῶς ἂν τὸ ἀναγκαῖον ἢ τὸ ἀληθὲς καὶ ὁπωσ-

---

2 δεικνῦσαι in Ms.

prietatum Patris rationem ab aeterno induant, aliisque [Personis] ex propria exsistentiam largiantur, sed tamen necessarium est, prius quam generandi proprietas cogitetur, modum exsistentiae proprium in Patre animadvertere; prius enim illum esse, dein autem illum generare vel spirare cogitandum est.

200. Et re quidem vera, quoniam sicut generare relationem Patris erga Filium ostendit, ita etiam spirare relationem ipsius erga Spiritum demonstrat, [*fol. 336v*] si modus exsistendi Patris per proprietatem generandi designari creditur, nihil minus de spirandi proprietate existimandum erit, et per ipsam quoque modum, quo Pater exsistit, indicari dicemus. Etenim si illud obtinet, etiam hoc; si vero hoc absurdum est, etiam illud nefas erit. Age vero, cum in Trinitate, qua diximus ratione, quae personalia sunt in diversas classes dispertiantur, si quaedam illorum constitutiva licet appellare, profecto illa tali nomine decorare fas erit, quae modorum exsistentiae manifestativa esse deprehenduntur. Cuiusmodi erunt Ingenitum esse relate ad Patrem; gigni etiam et procedere, illud, scilicet, respectu Filii, hoc autem respectu Spiritus Sancti: at nullo modo generare et spirare, quae ex propriis quidem sunt, sed relationem ostendunt, quae adest, primam causam inter et eos, qui, ut dictum est, diversimode ex illa derivantur.

201. Adhuc, si spirativa virtus communis Patri Filioque esse dicitur, quae autem iis communiter insunt, communia omnino etiam Spiritui censentur, quemadmodum concors theologorum opinio vult, igitur non absurde etiam Spiritus Sanctus spirare videbitur. Certe, si conclusio haec nullius absurditatis redargueretur, alia sane ratio esset; si vero talia ne ipsi quidem proferre auderent, cur ita fiat inquirant. Sed aperte invenient praemissam minorem absurditati sociari; siquidem maiorem in causam duci non tolerabimus, ne erga benefactores improbi esse videamur. Quodsi quibusdam ad defensionem sufficiens illud videtur, quod etiam dicitur communem quoque fore Spiritui Sancto spirativam virtutem, nisi absurdum esset eum ex se ipso procedere, respondebimus id [*fol. 337r*] proprium illorum esse, qui vel logices imperiti sunt, vel eius ignorantiam simulare curant. Nam si demonstrare possent nihil ex suis praemissis absurdum sequi, utique illud demonstrarent; dum autem id ipsis nefas sit, nullus poterit iisdem consensus adhiberi: ipsi enim, cum intelligant quid ex huiusmodi rationibus formidolosum fluat, hac ratione ad ignobiles excusationes oculos vertunt, ita enim et quaevis dicere licet, et absurda cuncta devitare. Quomodo igitur necessariam con-

οὖν ἔχοιεν οἷς οὕτω τὸ ἀδύνατον καὶ σφόδρα γε ἕπεται; Οὐκ ἄρα τὸ προβάλλειν κοινὸν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ὃ δὲ μὴ κοινόν, πάντως ἴδιον· οὐκοῦν τὰ ἐκ τῶν ἐλπίδων, ὅσα γε καὶ εἰς τοῦτον ἥκει τὸν λόγον, Λατίνοις οἴχεται.

Λατίνων κεφάλαιον με'. Συλλογισμὸς ἑνδέκατος

202. Ἔτι τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ τῶν θεολόγων λεγόντων, πᾶσα ἀνάγκη καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ τοῦτο οἴεσθαι, ὥσπερ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς λέγοντες καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ φαμεν. Καὶ ἄλλως ἄτοπον τὸ ἕτερον ἐπὶ Υἱοῦ λέγοντας, μὴ καὶ τὸ ἕτερον εἶναι λέγειν, οὐ γὰρ ἂν εἴη χωρὶς τῆς ὑποστάσεως ἡ οὐσία. Εἰ δὲ πᾶσα ἀνάγκη καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως τοῦ Υἱοῦ νομίζειν αὐτό, πῶς οὐκ ἂν εἴη πάσαις ψήφοις προβολεὺς καὶ αἴτιος τοῦ Πνεύματος ὁ Υἱός, καὶ τὸ Πνεῦμα αἰτιατὸν καὶ πρόβλημα τοῦ Υἱοῦ; εἴπερ κατὰ τὰς ὑποστάσεις ἐν τῇ Τριάδι τὸ αἴτιον
fol. 337v | καὶ τὸ αἰτιατόν, καὶ τὸ γεννᾶν καὶ γεννᾶσθαι, καὶ τὸ προβάλλειν καὶ ἐκπορεύεσθαι.

Λύσις τοῦ κεφαλαίου

203. Τὸ μὲν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Υἱοῦ λέγειν τὸ Πνεῦμα, ὅτι τῆς συμφυΐας καὶ τῆς κατὰ φύσιν οἰκειότητος τῶν θείων Προσώπων ἐκφαντικόν, ἀνωτέρω διὰ πολλῶν δέδεικται· τὸ δὲ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ λέγειν, ὅτι ἴσον ἐστὶ τῷ ἐκ τοῦ Υἱοῦ εἶναι ὡς ἐξ αἰτίου, καὶ Λατῖνοι ἂν φαῖεν, οὐκ ἔστι δὲ ἀναγκαῖον εἴ τί τινι ὁμοούσιον εἴη, καὶ ἐξ ἐκείνου τὴν αἰτίαν τῆς ὑπάρξεως ἔχειν, οὔτε ἐπὶ τῶν θείων, οὔτε ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων. Τά τε γὰρ θεῖα Πρόσωπα ἀλλήλοις ὁμοούσια καὶ οὐκ ἀλλήλων αἴτια· καὶ ἄνθρωποι πάντες ἀλλήλοις ὁμοφυεῖς, ἐξ ἀλλήλων δὲ οὐδαμῶς. Ὅτι δὲ ἐπὶ Πατρὸς καὶ ἀμφότερά φαμεν, καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον καὶ μὴν καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, θαυμάζειν οὐ χρή. Εἰ γὰρ διαρρήδην παρὰ τοῦ Κυρίου μαθόντες ἔχομεν ὡς ἄρα τῆς τοῦ Πνεύματος ὑπάρξεως αἴτιος ὁ Πατήρ, ἐπεὶ τὸ αἴτιον κατὰ τὴν ὑπόστασιν, πάντως ἂν κυρίως καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ λέγοιτο· εἰ δὲ τοῦτο καὶ προβολεὺς ὁ Πατὴρ τοῦ Πνεύματος, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας αὐτῷ, πάντως ἂν καὶ ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ λέγοιτο. Ἀλλ' ἀντιστρέφειν καθόλου τὸν λόγον οὐκ ἔνι· οὐ γὰρ εἰ ἐκ τῆς
fol. 338r οὐσίας, ἕπεται καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως πάντως. Σὴθ γὰρ καὶ Ἄβελ, | ἑκάτερος τούτων καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως καὶ ἐκ τῆς οὐσίας ἂν λέγοιτο τοῦ Ἀδάμ· ἑκάτερος δὲ ἐκ τῆς οὐσίας μὲν ἑκατέρου, καὶ πάνυ, ὡς καὶ ὁ θεῖος

clusionis vim vel veritatem quomodocumque adipiscerentur illa, ex quibus vel maxime impossibilia consequuntur? Ergo spirativa virtus minime Patri Filioque communis est; quodsi non est communis, plane propria erit, ac proinde quantamcumque spem Latini in hoc syllogismo collocarunt, ipsis profecto periit.

Latinorum caput quadragesimum quintum
Syllogismus undecimus

202. Adhuc. Cum theologi dicant Spiritum Sanctum ex essentia Filii esse, oportet ut ex hypostasi eius ipse quoque esse credatur, sicut cum dicimus eum ex essentia Patris, etiam ex hypostasi ipsius eum exsistere affirmamus. Secus autem absurdum est aliud de Filio dicere, aliud autem non dicere; neque enim sine hypostasi essentia esse posset. Quodsi necessario ipsum esse ex hypostasi Filii cogitare debemus, quomodo non ex communi suffragio Spiritus [Sancti] Productor et causa Filius censebitur, Spiritus autem causatus ex virtute spirativa Filii? Nam in Trinitate secundum hypostases habentur causans [*fol. 337v*] et causatum, generare et gigni, spirare et procedere.[1]

Solutio capitis

203. Quod Spiritus ex essentia Filii dicatur, quatenus, scilicet, id unius participationis essentiae et naturalis coniunctionis in Personis divinis manifestativum est, pluribus superius demonstravimus. Quod vero dicatur ex hypostasi eius, quasi id pro eodem sumi debeat ac ex Filio velut ex causa procedere, forsitan a Latinis affirmabitur; attamen necessarium non est ut, etiamsi quis eiusdem cum alio essentiae sit, ab eodem causam exsistentiae suae repetat, sive de divinis, sive de rebus humanis sermo fiat. Et revera divinae Personae consubstantiales quidem mutuo sunt, invicem autem se causantes nullo modo. Pariter homines omnes eiusdem sunt naturae, nequaquam vero ab invicem originem ducunt. Nec sane admirationem ciere debet, quod utrumque de Patre agentes affirmemus: et Spiritum Sanctum ex hypostasi eius et simul etiam ex eius essentia prodire dicamus. Nam cum explicite a Domino didicerimus causam Spiritus Patrem esse, et siquidem quod causa ille sit, ex hypostasi manat, omnino accurate ex hypostasi [Patris Spiritus Sanctus] esse dicitur. Quodsi id habetur etiam, videlicet quod Pater Spiritum

---

[1] Non est S. Thomae. Cf. Dem. Cydonius (Vat. gr. 614 fol. 125v, vel Vat. gr. 1103 fol. 48r). - Videas quae disserui ad pp. 148-150.

φησιν Ἰσαάκ· « Ἀδελφός σού ἐστι καὶ ἐκ τῆς φύσεώς σού ἐστιν »· ἐκ τῆς ὑποστάσεως δὲ οὐδαμῶς, εἴπερ ἀδύνατον ἐκ τοῦ ἀδελφοῦ τὸν ἀδελφὸν τὸ εἶναι λαβεῖν, καὶ τὸν αὐτὸν καὶ πατέρα εἶναι καὶ ἀδελφὸν τοῦ αὐτοῦ, καὶ δὴ καὶ ἀδελφὸν καὶ υἱὸν τὸν αὐτὸν ἐκείνου.

204. Εἰ δὲ ἄτοπον νομίζει πῶς ἐπὶ Υἱοῦ τὸ ἐκ τῆς οὐσίας λέγοντες, οὐχ ὑγιὲς ἡγούμεθα καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως οἴεσθαι, ἀτοπώτερον ἡμεῖς οἰόμεθα τὸ τοιαῦτα διαπορεῖν. Διατί γὰρ εἰ ἐκ τῆς οὐσίας, καὶ ἐκ τῆς ὑποστάσεως πάντως; πότερον ὅτι ταὐτὸν οὐσία καὶ ὑπόστασις; ἀλλ᾽ ἄτοπον. Ἀλλ ἕτερον; οὐκοῦν μᾶλλον ἀπορεῖν ἡμῖν δίκαιον διατί, διαφορᾶς οὔσης ἔν τε τῇ οὐσίᾳ καὶ δὴ καὶ τῇ ὑποστάσει, ἔξεστι καὶ ἀμφότερα λέγειν, ὡς ἀξιοῦσιν αὐτοί. Εἰ δὲ φοβεῖσθαί φασι μή ποτε χωρὶς ᾖ τῆς ὑποστάσεως ἡ οὐσία, καὶ διατοῦτο καὶ τοῦτο κἀκεῖνό φασιν, οὐκοῦν μηδὲ διακρινέτωσαν ἀλλήλων τὰς θεαρχικὰς ὑποστάσεις, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας οὔσης, μή ποτε τὸ δεινὸν τοῦτο κἀκεῖ γένηται. Ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι· διαιρεῖται γὰρ ἡ Τριὰς ἀδιαιρέτως, καὶ συνάπτεται διῃρημένως, ὡς ἂν φαῖεν οἱ θεολογοῦντες μετὰ τοῦ Πνεύματος. Καὶ τοῦτο ὑπὲρ πᾶσαν, ἣν ἂν εἴποις ἀλήθειαν, καὶ ἀληθὲς
fol. 338ᵛ ἡγούμεθα | καὶ ἀγνοεῖν ὁμολογοῦμεν· καὶ τῆς πίστεως ταύτης παρὰ τοῦ Θεοῦ μισθοὺς ἀναμένομεν, οἵους ἐκείνῳ παρέχειν διὰ φιλανθρωπιαν εἰκός, οὐχ οὓς ἡμᾶς λαβεῖν δίκαιον.

Λατίνων κεφάλαιον μϛ΄. Συλλογισμὸς δυοκαιδέκατος

205. Ἔτι λέγοντες τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν μίαν ἀρχὴν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, οὔτε διὰ τὸ εἶναι Θεὸν ἕνα τὰ τοιαῦτα ἀξιοῦμεν, ἦν γὰρ ἂν τὸ Πνεῦμα δημιούργημα, οὔτε μὴν διὰ τὸ εἶναι τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἕνα πατέρα, οὔτε γὰρ τοῦτο δύναται, καὶ τὸ Πνεῦμα ἦν ἂν υἱός· ἀλλὰ μίαν ἀρχὴν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος λέγομεν τῇ δυνάμει τῇ προβλητικῇ. Θαυμάζειν δὲ οὐ χρή, εἰ μία δύναμις δυσὶν ἐνθεωρεῖται προσώποις, ὧν ἡ φύσις ἡ αὐτὴ καὶ μία πάντως τῷ ἀριθμῷ. Ὥσπερ δὲ τὴν θεότητα καὶ τὴν

---

1 ISAAC SYRUS, *Liber de contemptu mundi, 8: MG 86ᵃ, 818 D.* 14-15 *idea* PSEUDO-DIONYSIO *v. gr. valde familiaris, cuius tamen nullus concrete locus hic respicitur.*

producat et unius cum ipso essentiae sit, plane quoque illum esse ex essentia Patris asserere possumus. Verumtamen sermonem convertere, prorsus non licet. Non enim quidquid ex essentia est, ex hypostasi quoque promanare statim diceretur. Supponas, quaeso, Abel et Seth: [*fol. 338*^r^] uterque sane tam ex hypostasi quam ex essentia Adami dici potest; uterque autem ex essentia quidem utriusque, omnino quoque, sicut divus Isaac dicebat: « Frater tuus est et de natura tua », at ex hypostasi, nequaquam; cum nequeant fratres ex fratribus exsistentiam habere, ita ut alter eorum pater insimul et frater alterius sit, hic autem simul filius et frater.

204. Si vero absurdum cuiquam videtur cur nos, qui ex essentia Filii [Spiritum] dicimus, illum quoque ex eius hypostasi esse non rectum arbitremur, multo magis nos absurdum existimamus difficultatem in huiusmodi rebus invenire. Cur namque ex hypostasi alicuius aliquid omnino erit, idcirco quod ex essentia eius sit? an ideo quia idem sunt hypostasis et essentia? At habemus absurdum. Quid ergo? diversae sunt? Igitur nos potius dubitare deberemus cur fieri possit ut, discrimine intercedente hypostasim inter et essentiam, utrumque affirmetur, sicut ipsi arbitrantur. Quodsi respondeant timendum fore ne forte sine hypostasi essentia ponatur, ideoque et hoc et illud asserendum esse, igitur praestaret ut ipsi Personas divinas non ad invicem discriminarent, cum una eademque sit in singulis essentia, ne forte circa ipsas formidandum illud malum eveniret. Verum enim vero id non habetur: Trinitas enim sine divisione discernitur, et distincte in unum coalescit, quemadmodum theologi Spiritu ducti loquerentur. Quod quidem supra quam possis dicere veritatem et verum esse putamus, [*fol. 338*^v^] et ignorare fatemur; sed fidei huius premium a Deo exspectamus, quod ipse, ob munificentiam suam, congruenter parabit, non quale nos ceu meritorum mercedem adipisceremur.

Latinorum caput quadragesimum sextum
Syllogismus duodecimus

205. Praeterea. Cum nos dicimus Patrem Filiumque unum Spiritus principium constituere, non id accidere arbitramur idcirco, quia Deus unus sint, Spiritus enim hac ratione creatura putaretur; neque ex eo quod Pater et Filius unus pater censeantur, hoc enim impossibile est, filiusque Spiritus [Sanctus] fieret. At unum principium Spiritus Patrem atque Filium confitemur, virtutis spirativae ratione. Nihil sane mirandum est, si unam virtutem in duabus Personis

σοφίαν καὶ τὴν ἀγαθότητα καὶ τὴν βασιλείαν καὶ τ᾽ ἄλλα προσνέμοντες τῷ Υἱῷ, οὐκ ἀγνοοῦμεν πόθεν αὐτῷ τὰ τοιαῦτα (παρὰ τοῦ Πατρὸς γὰρ ἔχει ταῦτα λαβών, ὥσπερ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι, καὶ διατοῦτο εἷς Θεὸς καὶ εἷς βασιλεὺς καὶ εἷς σοφὸς ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός), οὕτω τὴν ἀρχὴν τοῦ Πνεύματος ἔχοντος μὲν τοῦ Υἱοῦ, ἔχοντος δὲ ταύτην παρὰ τοῦ Πατρὸς κατὰ τὴν προβλητικὴν δύναμιν, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν οὖσαν τῷ ἀριθμῷ ἔν τε Πατρὶ καὶ Υἱῷ, μία ἀρχὴ τοῦ Πνεύματος εἴη ἂν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός. Καὶ τοῦτο τὸν Κύριον ἴσμεν δηλοῦν λέγοντα· «Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν». Τοῦτο δέ | fol. 339r *ἐστι δεικνύντος ἀρχὴν τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἑαυτόν· εἶτα ἐπὶ τὸν Πατέρα ὡς αἰτίαν ἑαυτοῦ πάντα ἀνάγων, φησί· «Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ ἐμά ἐστι· διατοῦτο εἶπον ⟨ὅτι⟩ ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν».*

Λύσις τοῦ κεφαλαίου

206. *Ὦ μακάριε!, εἴ γε οὐ χρὴ θαυμάζειν ἡμᾶς ἀκούοντας τὴν προβλητικὴν δύναμιν κοινὴν εἶναι Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ὧν ἡ φύσις ἡ αὐτὴ καὶ μία τῷ ἀριθμῷ, μηδέ σε τοῦτο θορυβείτω, ἄν τις ταύτην τὴν δύναμιν καὶ τοῦ Πνεύματος εἶναι λέγῃ, εἴ γε ἡ αὐτὴ καὶ μία φύσις Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ Ἁγίου Πνεύματος. Εἰ δὲ ἀδύνατον νομίζεις τὸν λόγον, οὐδὲ γὰρ ἂν εἴη τὸ Πνεῦμα ἐξ ἑαυτοῦ, οὐδὲ ἑτέρου Πνεύματος αἴτιον, ἀλλὰ τὸ ἀδύνατον τοῦτο ἐκ τῶν ὑποθέσεων ἀνεφύη τῶν σῶν· ᾧ δὲ ἀδύνατον ἕπεται, πάντως κἀκεῖνο τοιοῦτον.*

207. *Ἔπειτα διατί τὸ προβάλλειν κοινὸν Πατρὶ καὶ Υἱῷ; ὅτι κοινὸν καὶ ἡ οὐσία; ἀλλὰ προσωπικὸν μὲν τὸ προβάλλειν, τῇ δὲ οὐσίᾳ τὰ οὐσιώδη ἕπονται, οὐ τὰ προσωπικά. Ἀλλ᾽ ὅτι κοινὸν πρόσωπον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ; ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦτο. Εἰ δὲ μήτε διὰ τὴν κοινὴν οὐσίαν τὸ προβάλλειν κοινόν, κοινὸν δὲ πρόσωπον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ οὐδὲ ἐννοῆσαι θέμις, πόθεν Πατρὶ καὶ Υἱῷ τὸ προβάλλειν, ὥστε καὶ προβολέα ἕνα λέγειν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν; Οὐ μὴν ἀλλ᾽ ὥσπερ τὰ οὐσιώδη, κοινῇ τῇ Τριάδι προσόντα, καὶ κοινὴν οὐσίαν τῆς Τριάδος χαρακτηρίζουσιν, ἕπεται πάντως, |* fol. 339v *κοινῶν ὄντων*

---

8 Io. *XVI, 14.* 11 Io. *XVI, 15.*

contemplemur, quibus una eademque omnino numero natura subest. Sed quemadmodum cum divinitatem ipsam, et sapientiam, et bonitatem, et regiam maiestatem omniaque alia Filio tribuimus, undenam ipsi haec promanent non ignoramus (nam ipse accepta a Patre possidet illa, sicut et ipsum esse, ac proinde unus Deus, unusque Rex, et sapiens unus Pater et Filius nominantur); sic etiam Filius principium quidem Spiritus [Sancti] in se habet, habet autem illud acceptum ex Patre per spirativam virtutem, quae, cum una eademque numero sit Patri Filioque, unum Spiritus principium ex Patre Filioque constituit. Hoc autem probe scimus Dominum aperuisse, cum dixit: « Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis »; quibus verbis [*fol. 339r*] se ipsum ut principium Spiritus Sancti ostendebat. Deinde ad Patrem, ut ad fontem, omnia sua referens, adiunxit: « Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis ». [1]

Solutio capitis

206. Si nobis non oportet, o vir candidissime!, admirationem pati cum spirativam virtutem communem esse audiamus Patri Filioque, utpote ipsis una eademque numero natura subeat, neque tu conturberis velim, si eandem illam virtutem etiam Spiritui quis applicuerit, cum eadem sit Patris et Filii et Spiritus Sancti natura. Quodsi absurdam rationem hanc esse credis, quandoquidem Spiritus ex se ipso procedere, vel alterius Spiritus causa esse non potest, sed quidquid in hoc absurditatis est, ex praemissis tuis pullulavit. Cum enim ex aliqua re absurdum quid sequitur, absurdum et illud sit plane necesse est.

207. Sed praeterea quam ob rem spiratio communis est Patri Filioque? anne quod essentia communis sit? At ad personalia spiratio pertinet, essentiam vero non personalia, sed naturalia comitantur. An forsitan ex eo, quod communem Personam Pater et Filius constituant? Sed nec etiam id habetur. Iam vero, si neque ex communitate essentiae communis spirativa virtus efficitur, communem autem esse Patris atque Filii Personam ne cogitare quidem licet, undenam, quaeso, efflorescit [communis] spiratio Patris et Filii, ita ut unus Productor Pater atque Filius censeantur? Nihilo tamen minus quemadmodum ea, quae essentialia sunt, toti Trinitati communiter subeunt et commune in tribus Personis sigillum imprimunt,

---

[1] Non est S. Thomae. - Recolas quae superius agitata sunt ad pp. 148-150.

προσωπικῶν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, καὶ κοινὸν πρόσωπον Πατρὸς καὶ Υἱοῦ φαντάζεσθαι.

208. *Ἀλλὰ καὶ τὸ λέγειν· προβολεὺς μὲν ὁ Πατήρ, προβολεὺς δὲ καὶ ὁ Υἱός, ἀλλ' εἷς προβολεύς, ὅτι τὸ προβάλλειν τῷ Υἱῷ παρὰ τοῦ Πατρός, ὥσπερ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι, ἐπεὶ καὶ σοφὸς καὶ σοφός, ἀλλ' εἷς σοφός, καὶ ἀγαθὸς καὶ ἀγαθός, ἀλλ' εἷς ἀγαθός, — οὐδὲ τοῦτο ἀνάγκην ἔχει τινά. Πρῶτον γὰρ δεῖ δειχθῆναι ὅτι καὶ ὁ Υἱὸς προβολεύς, καὶ τότε λέγειν πόθεν αὐτῷ τὸ προβάλλειν· οὗ μὴ δειχθέντος, ἕωλον ζητεῖν πότερον δύο προβολέας δεῖ λέγειν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν ἢ ἕνα. Παραπλήσιον γάρ ἐστι ποιεῖν, ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον πατέρα ἔλεγε τοῦ Υἱοῦ· εἶτα ἀπαιτούμενος τὴν ἀνάγκην πόθεν αὐτῷ τὰ τοιαῦτα τολμᾶν, ὁ δὲ ἔλεγε τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα ἕνα γεννήτορα τοῦ Υἱοῦ, ὅτι τῷ Πνεύματι τὸ γεννᾶν ἐκ τῆς πρώτης αἰτίας ἐστίν.*

209. *Ἀλλ' οὐκ ἔστιν. Οὐ μὴν ἀλλ' ἡ μὲν σοφία καὶ ἡ ἀγαθότης καὶ ἡ θεότης, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, οὐσιώδη τέ εἰσι, καὶ τοῖς τρίσι Προσώποις ἑκάστον πρόσεστι, καὶ εἰκότως ἂν ἑνικῶς λέγοιτο, μιᾶς οὐσίας ὄντα χαρακτηριστικά· τὸ δὲ προβάλλειν, προσωπικὸν ὄν, εἰ δοθείη τὸ αὐτὸ ὡσαύτως ὑπάρχειν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, οὐδὲν κωλύει τούτῳ τῷ μέρει, ὥς γε εἴρηται, τὰ δύο Πρόσωπα πρόσωπον λέγειν ἕν. Ἔπειτα δέδεικται ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ διὰ πλειόνων μὴ*
fol. 340r *ἕνα αἴτιον μήδε προβολέα ἕνα | λέγειν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος, ἐὰν ᾖ τὸ προβάλλειν Πατρὶ καὶ Υἱῷ, ἀλλὰ δύο αἴτια καὶ προβολέας τοσούτως. Καὶ ἡ τοῦ Κυρίου δὲ φωνή, τό· « Ἐκεῖνος ἐμὲ δοξάσει, ὅτι ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται καὶ ἀναγγελεῖ ὑμῖν », ὅτι οὐκ εἰς τοῦτο φέρει, εἴρηται διὰ πλειόνων ταύτην τὴν ῥῆσιν σκοπουμένοις ἡμῖν. Ὥστε καὶ οὗτος ὁ λόγος, παθὼν μᾶλλον ἅπερ ἦν δίκαιος, οὐ δράσας κατὰ τῆς ἀληθείας, οἴχεται Λατίνοις τὰς ἐλπίδας προδούς.*

---

22 Io. *XVI, 15.* 24 *cf. fol. 158v-163r, ubi exponitur solutio argumenti 3 Latinorum.*

sic etiam omnino sequitur [*fol. 339ᵛ*] quod, si communicantur Patri et Filio quae sunt personalia, communem quoque esse Patris et Filii Personam effingi debeat.

208. Sed et illud quod dicitur:[1] Spirator quidem Pater, Spirator quoque Filius, at unus Spirator est, quoniam spirativam virtutem acceptam refert Filius a Patre, perinde ac ipsum esse, quemadmodum sapiens et sapiens dicuntur, at unus est sapiens; et bonus et bonus quoque, sed unus est bonus, — ne hoc quidem quamlibet necessitatem involvit. Prius enim demonstrasse oporteret spirativam hanc virtutem a Filio possideri, et deinceps undenam ipsi illa oriatur indicasse. Quibus non ostensis, praepostere quaeritur utrum duo spiratores, an unus, dici debeant. Perinde enim accidit ac si quis affirmasset Spiritum Sanctum patrem esse Filii, et postmodum interrogatus qua ductus ratione adeo se audacem praebuerit, ipse unum solummodo genitorem Filii esse responderet, Patrem scilicet et Spiritum, eo quod generativa virtus Spiritui a prima causa derivaretur. Sed non est ita.

209. Nihilominus sapientia, et bonitas, et divinitas, et huiusmodi alia essentialia quidem sunt, tribusque Personis singula conveniunt, ideoque iure merito singulari numero dicuntur, quippe quae unius essentiae manifestativa sint. At vero spiratio personale quid est, ac proinde si ipsa eodem modo Patri et Filio inesse diceretur, nihil ex hac parte prohiberet quominus duae istae Personae personam unam crederentur constituere. Insuper sermonibus pluribus in dissertatione prima iam demonstratum est nefas esse causam unam vel unum Spiritus spiratorem [*fol. 340ʳ*] Patrem Filiumque dicere (si spirare Patri et Filio conveniat); sed omnino duas causas, totidemque spiratores esse numerandos. Quod autem ad vocem Domini spectat: « Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et annuntiabit vobis », pluribus etiam disseruimus, cum sententiam hanc perpendebamus, eandemque ad hoc nihil conferre diximus. Itaque syllogismus hic, qui potius probris oneratur, quibus dignus est, nedum quidquam pro veritate afferat, spes omnes prodens Latinorum, ruit.

---

[1] Relinquo voces ' spiratorem ', ' spiratores ', quia sic in forma substantiva ab auctore efferuntur. Ceterum pro nobis Latinis magis cum S. THOMA placet dicere « de Patre et Filio quod sunt ' duo spirantes ', propter pluralitatem suppositorum, non autem ' duo spiratores ', propter unam spirationem » (*Sum. Theol.* I, q. XXXVI, a. 4 ad 7um).

Λατίνων κεφάλαιον μζ'. Συλλογισμὸς τρισκαιδέκατος

210. Ἔτι ὥσπερ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ μία θεότης καὶ σοφία καὶ βασιλεία, οὕτω πᾶσα ἀνάγκη καὶ μίαν ἐν ἀμφοτέροις εἶναι τὴν προβλητικὴν δύναμιν, καὶ μίαν ἀρχὴν καὶ αἴτιον ἓν νομίζειν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος, εἴ γε μὴ μέλλοιμεν τοσοῦτον εἶναι φιλότιμοι πρὸς ἀσέβειαν, ὡς ἀποστερεῖν τὸν Υἱὸν τὴν κατ' οὐσίαν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα ἰσότητα. Τοῦτο δὲ οὐκ ἔσται μὲν τῷ Πνεύματι, οὐ γὰρ ἂν μεταδοίη τῆς προβολῆς ὁ Πατὴρ αὐτῷ, διὰ τὸ πᾶσαν ἀνάγκην εἶναι ἀσυγχύτους τηρεῖσθαι τὰς τῶν Προσώπων διαφοράς. Προσωπικὴ δὲ διαφορὰ τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸ Πνεῦμα, ὅτι προβολεὺς τοῦ Πνεύματος ὁ Πατήρ· τὸν μέντοι Υἱόν, καὶ πάνυ τοι δίκαιον προβολέα νομίζειν, οὐ γάρ ἐστι ὁ Πατὴρ πρὸς τὸν Υἱὸν προβολεύς. Καὶ
fol. 340v χωρὶς δὲ τούτου, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι ἄλλως τελείως διακρίνεσθαι | τοῦ Πνεύματος τὸν Υἱόν, ἂν μὴ ἐξ αὐτοῦ τὸ Πνεῦμα ἐκπορευόμενον ᾖ.

Λύσις τοῦ κεφαλαίου

211. Πρὸς τοὺς τὰ αὐτὰ λέγοντας, οὐδ' ἡμῖν ἂν εἴη μέμψις οὐδ' ἡτισοῦν τὰ αὐτὰ πολλάκις διεξιέναι. Ἐνταῦθα γὰρ τρεῖς μὲν αἰτίας τίθησι, δι' ἃς δίκαιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ νομίζειν τὸ Πνεῦμα· κινδυνεύει δὲ μηδεμίαν τὸ ἀναγκαῖον ἔχειν. Καὶ εἴρηται μὲν περὶ τούτων ἀνωτέρω διὰ πολλῶν, εἰρήσεται δὲ καὶ νυνί. Εἰ γὰρ διότι μία οὐσία Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, διατοῦτο καὶ ὁ Υἱὸς προβολεύς, ἢ καὶ τὸ Πνεῦμα τὴν προβλητικὴν ἕξει δύναμιν, ἢ πόρρω που τὸ Πνεῦμα τῆς κατ' οὐσίαν ἰσότητος Υἱοῦ καὶ Πατρός· ἀλλ' ἑκάτερον ἄτοπον. Εἰ δὲ διότι οὐκ ἔστιν ὁ Πατὴρ πρὸς τὸν Υἱὸν προβολεύς, διατοῦτο τὸ προβάλλειν καὶ τῷ Υἱῷ, οὐκοῦν ἕξει καὶ τὸ Πνεῦμα τὴν τοῦ γεννᾶν δύναμιν, ὁμοούσιόν τε γάρ ἐστι τῷ Πατρί, καὶ οὐδὲ πρὸς τὸ Πνεῦμα γεννήτωρ ὁ Πατὴρ λέγεται, οὐδὲ γὰρ πατέρα ἔχει τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον. Ὥστε εἰ προβολεὺς ὁ Υἱὸς διὰ τὰς θαυμαστὰς ὑποθέσεις, πάντως δήπου διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας καὶ Πατὴρ ἂν εἴη τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον. Οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' ἀναιρεῖταί γε τὸ διακρίνεσθαι τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος, καὶ εἰ μὴ προβολεὺς αὐτοῦ εἴη, ἕως ἂν ἄλλος μὲν τρόπος προόδου ἡ γέννησις ᾖ, ἄλλος δὲ ὁ τῆς προβολῆς, ὡς ἀνωτέρω διὰ πολλῶν ἐξεθέμεθα.

Latinorum caput quadragesimum septimum
Syllogismus decimus tertius

210. Adhuc. Sicut Patris et Filii una est divinitas, et sapientia, et regia maiestas, sic etıam una in utroque spirativa sit virtus, unumque principium, unaque Spiritus causa Pater Filiusque iudicentur necesse est, nisi tamen usque adeo impietatis aemulatores esse velimus, ut aequalitate naturali, quam habet cum Patre, Filium exspoliemus. Id autem de Spiritu vicissim dici non potest: Pater enim nequaquam spirativam virtutem ipsi communicat, quandoquidem necessitas omnimoda praevalet inconfusas servandi Personarum differentias. Iam vero, differentia, quae Patrem inter et Spiritum intercedit, est personalis, siquidem Spiritum Pater producit. At, econtra, prorsus licet Filium ut spirantem cogitare, cum Pater Productor eius non sit. Praeter quam quod non possent aliter Filius et Spiritus [*fol. 340ᵛ*] perfecte distingui, nisi ex illo Spiritus esse diceretur. [1]

Capitis solutio

211. Adversus illos, qui eadem continuo repetunt, certe nobis vitio quomodocumque non vertetur, si eadem saepius verbis prosequamur. Igitur in hoc loco tres quidem afferuntur causae, ex quibus Spiritum ex Filio esse iustificare [Latini] volunt: at earum nulla huiusmodi est, ut necessitatis vim habere videatur. Longum autem de his sermonem superius instituimus; sed plura adhuc addenda sunt. Nam si propterea quod una sit Patris Filiique essentia, idcirco Filius quoque spirare dicendus esset, [supponi debet] vel Spiritum etiam virtute spirativa pollere, vel ipsum procul quodammodo esse ab identitate Patris et Filii, quae eis secundum essentiam competit. At utrumque absurdum. Quodsi ideo Filio convenit spiratio, quia erga ipsum Pater Productor non exsistit, ergo Spiritui erit virtus generativa, quoniam consubstantialis quidem est Patri, et insuper relate ad ipsum Pater Genitor non vocatur, utpote Spiritus [Sanctus] patre careat. Itaque si propter mirabiles has praemissas Filius spirare dicendus est, propter easdem prorsus etiam patris nomen tandem aliquando Spiritus obtinere poterit. Nullo tamen modo; sed neque tollitur discrimen inter Filium et Spiritum, quamvis hic ab illo non procedat, dum alius quidem sit generationis modus, alius vero spirationis, quemadmodum diutius in his, quae dicta manent, discussum est.

---

[1] Videas quae diximus ad pp. 148-150. (Cf. cod. Vat. gr. 614 fol. 126ʳ).

212. fol. 341r Ἔτι δεδειγμένου διὰ πολλῶν τοῦ τε γεννᾶν | καὶ γεννᾶσθαι, καὶ προβάλλειν καὶ ἐκπορεύεσθαι ὡς οὐκ εἰσὶ τῆς φύσεως, πῶς οὐ φορτικὸν ἀπὸ τούτων τὸ τῆς φύσεως ἴσον θηρεύειν; κινδυνεύει γὰρ κατὰ τὸν ἐκείνων λόγον μήδε τῆς αὐτῆς οὐσίας εἶναι τὰ θεαρχικὰ Πρόσωπα, ὅτι μήδε τῶν προσωπικῶν ἕκαστον ἑκάστου κατηγορεῖται. Ἔτι πολὺς ὁ κίνδυνος ὥσπερ μίαν θεότητα καὶ σοφιαν καὶ βασιλείαν λέγειν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, οὕτω δὴ καὶ τὴν προβλητικὴν δύναμιν. Θεότητα μὲν γὰρ καὶ βασιλείαν καὶ σοφίαν καὶ τ᾽ ἄλλα οὐσιώδη, εἰ μὴ κοινὰ νομιοῦμεν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, οὐδε τὴν αὐτὴν οὐσίαν ἀμφοτέροις δοιημεν ἄν· τὴν δὲ προβλητικὴν δύναμιν εἰ μὴ καὶ ὁ Υἱὸς ἕξει, οὐδεμία τούτῳ ζημία μή ποτε τῆς κοινῆς φύσεως ἀλλότριος ᾖ, προσωπικὸν γάρ ἐστι. Οὐκοῦν ὥσπερ τῶν οὐσιωδῶν ἂν μὴ πάντα τὰ κοινὰ πᾶσι Προσώποις ᾖ, περὶ τὴν οὐσίαν ὁ κίνδυνος, οὕτω τῶν προσωπικῶν ἂν μὴ τὰ αὐτὰ πάντων λέγωμεν, περὶ τὸ πρόσωπον ἡ διαφορά. Τοῦτο δὲ καὶ λίαν ὑγιὲς τῇ τῶν χριστιανῶν θεολογίᾳ νομίζεται.

213. Καὶ μὴν τῆς προβλητικῆς δυνάμεως προσωπικῆς γε οὔσης, εἰ κατ᾽ αὐτὴν ἓν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱός, κινδυνεύει προσωπικῷ τινι ταὐτὸν λέγειν τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν· ἀλλ᾽ ἄτοπον. Τὸ δὲ νῦν μὲν λέγειν τὸ προβάλλειν φυσικὴν κοινωνίαν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, νῦν δὲ τοῦτο προσωπικὴν ὀνομάζειν fol. 341v διαφορὰν τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸ Πνεῦμα, καὶ | λέγειν διὰ μὲν τὸ πρῶτον καὶ τὸν Υἱὸν τοῦ Πνεύματος προβολέα, διὰ δὲ τὸ δεύτερον μὴ καὶ τὸ Πνεῦμα προβολέα νομίζειν, τοῦτο πάντα χρήματα μιγνύντος ἐστὶ καὶ τὴν τῶν χριστιανῶν θεολογίαν παντάπασιν ἀναιροῦντος. Εἰ γὰρ ἀντιδιήρηται τοῖς οὐσιώδεσι τὰ προσωπικά, ὡς δέδεικται, ὡς μὲν οὐσιῶδες οὐκ ἂν εἴη προσωπικόν, ὡς δὲ προσωπικὸν οὐδαμῶς οὐσιῶδες, καὶ ἢ τοῦ καταλόγου τῶν θείων ὀνομάτων ἔσται χωρίς, ἢ τέρας ἄν τι δόξειε σύνθετον, σοφισταῖς μᾶλλον ἢ θεολογοῦσι προσῆκον. Ἴσον γάρ ἐστι ταῦτά τε ὑγιῶς ἔχειν ἡγεῖσθαι, καὶ τὴν τοῦ γεννᾶν δύναμιν πρὸς μὲν τὸ Πνεῦμα φυσικὴν κοινωνίαν καλεῖν τοῦ Πατρός, καὶ διατοῦτο τὸ Πνεῦμα πατέρα νομίζειν, πρὸς δὲ τὸν Υἱὸν διαφορὰν προσωπικήν, καὶ διατοῦτο μὴ ταύτην τὸν Υἱὸν ἔχειν δύνασθαι. Ἀλλ᾽ οὔτε τοῦτο συγχωρήσομεν, οὔτ᾽ ἐκεῖνο νομιοῦμεν εὖ ἔχειν.

212. Addas hoc praeterea: cum satis superque demonstratum sit tam generare et gigni, [*fol. 341*ʳ] quam spirare et procedere ad ea, quae naturalia sunt, non pertinere, quomodo tolerandum erit velle ex his aequalitatem naturae perquirere? Nam iuxta rationem illorum, nec eiusdem substantiae divinae Personae esse videntur, quia de singulis personales [proprietates] singularum non praedicantur. Multum insuper periculum adest, ubi dicitur ita de spirativa virtute iudicandum esse, quemadmodum de unica Patris et Filii divinitate, et sapientia, regioque principatu. Etenim nisi divinitatem sapientiamque et regalem potentiam, ceteraque quae essentialia sunt, communia esse Patris et Filii censeamus, plane neque eandem utrique essentiam tribuimus; at vicissim, licet Filius spirativa virtute non fruatur, nullus exinde timor evenit, ne forte communis ipse naturae sit alienus, siquidem personale aliquid est. Quocirca sicut essentia periclitatur, si essentialia attributa singulis Personis non tribuuntur, ita quoque cum de personalibus agitur, ubi huiusmodi proprietates de omnibus non dicuntur, salvatur Personarum differentia. Quod quidem in christiana theologia magnopere rectum esse creditur.

213. Et re quidem vera cum spirativa virtus personalis sit, si secundum ipsam unum esse Patrem Filiumque affirmamus, in aliqua re personali convenire Pater et Filius cuivis videbuntur. At absurdum est. Quod autem spiratio nunc quidem naturalis communio Patris et Filii dicatur esse, nunc autem eadem appelletur personale Patris erga Spiritum discrimen; et praeterea [*fol. 341*ᵛ] quod propter illud primum Filius quoque Spiritum producere censeatur, propter alterum autem non etiam Spiritus Productor existimetur; hoc, inquam, omnia permiscentis est proprium et christianam theologiam undequaque subvertentis. Nam cum essentialia personalibus contraponantur, sicut ostensum est, ita ut quae essentialia sunt nunquam personalia fiant, et nullatenus personalia cum essentialibus permutentur; igitur vel e catalogo divinorum nominum separanda sunt, vel portentosum commentum, sophistis potius quam theologis aptum, videbuntur. Etenim putare illud recte haberi, perinde est ac generativam virtutem, erga Spiritum quidem, naturalem eius cum Patre communionem dicere, et ob id ipsum Spiritum patrem censere; erga Filium vero, personalem differentiam appellare, ac proinde eiusdem participem Filium esse non posse. Verum enim vero neque hoc concedemus, neque illud recte se habere unquam arbitrabimur.

214. *Εἰ δὲ πρόφασις αὐτοῖς μὴ τὸν λόγον ἔχειν τὸ ἀναγκαῖον, ἀνωμολόγηται γὰρ τὸ γεννᾶν ἴδιον ὂν τῷ Πατρί, ἀλλὰ καὶ εἴ τις ἕτερος, ἕως ἂν πατέρα νομίζῃ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, οὐδ' οὗτος ἀναιρεῖ γε μὴ τὸ γεννᾶν ἴδιον οἴεσθαι τοῦ Πατρός. Εἰ δὲ ἀδύνατος ἡ ὑπόθεσις, οὐκοῦν οὐδὲν κωλύει, ὥσπερ ὁ Πατὴρ τῇ τοῦ γεννᾶν ἰδιότητι, οὐ τοῦ Υἱοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ Πνεύματος διακρίνεται, ὡς μηδαμῶς γεννῶντος τοῦ Πνεύματος, καὶ διαφορὰ κατ' οὐσίαν οὐκ ἂν εἴη τοῦτο Πατρὸς καὶ Πνεύματος, οὕτω κἀν τῇ* fol. 342r *προβλητικῇ δυνάμει διακριθήσεται | οὐ τοῦ Πνεύματος μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ Υἱοῦ, ὁ Πατήρ, οὐ τὸν ἴσον δὲ τρόπον, ἀλλὰ τοῦ μὲν Πνεύματος ὅτι αὐτοῦ προβολεύς, τοῦ δὲ Υἱοῦ ὅτι τὴν ἰδιότητα ταύτην οὐκ ἔχει λαβὼν παρὰ τοῦ Πατρός, ἴσος γε αὐτῷ κατ' οὐσίαν ὤν. Εἰ δὲ καὶ ὥσπερ τὸ γεννᾶν οὕτω καὶ τὸ προβάλλειν, καὶ ὅλως, τὸ πηγάζειν θεότητα ἴδιον δέδεικται τοῦ Πατρός, πῶς ἂν γένοιτο τοῦτο προσωπικὴ μὲν πρὸς τὸ Πνεῦμα διάκρισις, φυσικὴ δὲ πρὸς τὸν Υἱὸν κοινωνία; ἢ γὰρ καὶ τῇ τοῦ γεννᾶν ἰδιότητι τὸ ὅμοιον ἔσται, ἢ οὐδὲ τῇ προβλητικῇ δυνάμει, εἴπερ μήδε ἐκείνη.*

Λατίνων κεφάλαιον μη'. Συλλογισμὸς τεσσαρεσκαιδέκατος

215. *Ἔτι καὶ ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι τὸν Πάπαν τῆς ἀληθείας διαμαρτεῖν, ὡς καὶ ὁ μακάριος Ἀγάθων φησὶ πρὸς τοὺς βασιλέας Ῥωμαίων γράφων, οὗ τὴν ἐπιστολὴν ὡς ἀποστολικὰς φωνὰς ἡ τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων ἕκτη ἐδέξατο, φανερὸν ὡς ὑγιῶς ἂν ἔχοι ἄν τις οἴηται καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐκπορεύεσθαι. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ ποικίλον καὶ παντοδαπὸν τῆς σοφίας, ὅπερ ἡ τῆς Ῥώμης Ἐκκλησία πλουτεῖ, μεθ' ἧς ἐπὶ τὴν τῶν γραφῶν ἦλθεν ἔρευναν κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνήν, μαρτύριον ἱκανὸν μετὰ τῆς ἀληθείας αὐτῆς ἵστασθαι. Οὐ γὰρ τοῖς ἰδιώταις καὶ ῥαθύμοις καὶ μηδὲν εἰδόσι τὰ τοιαῦτα ἐπιστρέψομεν.*

214. Quodsi haec ratio ab ipsis recusatur, sub praetextu quod necessariam conclusionem non extorquet, nam in confesso est generare proprium esse Patris, — sed etsi daretur quaevis alia, quae vel existimet Spiritum Sanctum patrem esse, ne illa quidem impediet sane quominus generare proprietas Patris esse credatur. At si hypothesis absurda est, igitur nihil obstat ad hoc ut Pater, quemadmodum per proprietatem generandi non solum a Filio, sed a Spiritu quoque discriminatur, siquidem hic nullo modo gignit (et tamen hoc essentiale discrimen Spiritum inter et Patrem constituere non diceretur); ita etiam per virtutem spirativam discriminetur ipse [*fol. 342r*] non a Spiritu solum, sed etiam a Filio, quamvis diversa ratione: a Spiritu quidem, nam ipsum spirat; a Filio autem, quoniam hic talem proprietatem a Patre acceptam non habet, etiamsi eiusdem cum ipso essentiae sit. Denique si, quemadmodum generare, ita etiam et spirare et, uno verbo, divinitatis esse fontem proprium esse Patris demonstratum est, quo pacto fieret ut illud, quod erga Spiritum personalis est Patris distinctio, illud ipsum erga Filium communis naturae participatio sit? Nam vel etiam simile quid habeatur oportet respectu proprietatis generandi, vel, si id cum illa non componitur, ergo nec affirmetur etiam de spirativa virtute.

Latinorum caput quadragesimum octavum
Syllogismus decimus quartus

215. Praeterea. Ex eo quod Papa nequeat a veritate deflectere, quemadmodum beatus Agatho asserit ad Imperatores Romanorum scribens, quam quidem epistulam velut apostolicam vocem Oecumenica sexta Synodus amplexata est, clare patet non perperam sentire eum, qui Spiritum Sanctum ex Filio procedere arbitretur. Neque id solum, sed ex variata et multiplici sapientia, qua Ecclesia Romana dives efficitur, et cuius ope ad interpretationem Scripturarum pervenit, secundum Dominicam vocem, sufficiens de veritate ipsius testimonium redditur. Neque enim desidiosis, imperitis nihilque scientibus huiusmodi res tradere volumus.[1]

---

[1] De hoc syllogismo, qui certe S. Thomae non est, et qui in Apologia pro Aquinate a Demetrio Cydonio non tractatur, recolas superius dicta ad pp. 175-177.

Λύσις τοῦ κεφαλαίου

216. *Καὶ περὶ τούτων κατὰ μέρος διὰ πολλῶν ἡμῖν | εἴρηται ἐν οἷς ἐσκοπούμεθα περὶ τῆς τοῦ Πάπα ἀρχῆς. Δέδεικται γὰρ ἐκεῖ πάντα ἄτοπα καὶ δρᾶσαι καὶ παθεῖν τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον δύνασθαι, ὥσπερ καὶ τῶν ἀνθρώπων ἕκαστον. Καὶ [Ὁ]νώριος δὲ μαρτύριον ἐγεγόνει τῷ λόγῳ, Ῥώμης ἐπίσκοπος ὤν, καὶ ὑπὸ τῆς ἕκτης συνόδου τῷ ἀναθέματι καθυποβληθείς, ὡς αἱρέσεως ἔξαρχος, ᾗ συνεῖπε καὶ ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος, ὁ μετὰ τὸν Ἀγάθωνα Λέων. Καὶ Πάπας δὲ ἕτερος ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις, ⟨Λιβέριον⟩ ἐκεῖνον καλοῦσι, τῆς ἀρειανικῆς μανίας ἐμφορηθείς, οὕτω τὸν βίον κατέλυσε. Καὶ Κελεστῖνον δέ τινα Λατῖνοί φασι ἐπιθυμῆσαι μὲν ἐκτόπως τῆς Ῥωμαίων ἐπισκοπῆς, πᾶσαν δὲ συμμαχίαν εἰς τοῦτο φέρουσαν ἀτιμάσαντα, τὴν μὲν πρὸς τὸν Θεὸν ἐξομόσασθαι πίστιν, μάγοις ὁδηγοῖς χρώμενον, δαίμοσι δὲ ὀλεθρίοις ἑαυτὸν παραδόντα, οὕτω τῆς ἐπιθυμίας τυχεῖν.*

fol. 342v

217. *Τὸ δὲ ποικίλον καὶ παντοδαπὸν τῆς σοφίας, παρὸν μέν, οὐκ ἂν ἀτιμασθείη· ἀπὸν δέ, ζητηθείη μὲν ἄν, οὐ μὴν οὕτω γε ὥστε, τούτου γε χωρίς, μὴ ἂν δύνασθαι ὑγιαίνειν περὶ τὴν πίστιν. Οἵ τε γὰρ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας καθηγεμόνες «οὐκ ἐν πειθοῖ σοφίας ἀνθρωπίνης» τὰς συνουσίας τὰς ἑαυτῶν ἐποιοῦντο, καὶ τὴν τοῦ κόσμου σοφίαν κένωσιν ἡγοῦντο τῆς δυνάμεως τοῦ σταυροῦ. Καὶ νῦν μὲν ἡ τῆς Ῥώμης Ἐκκλησία, περιττὴ τὴν τοῦ | κόσμου σοφίαν καὶ ταύτῃ θαρροῦσα, τὴν ἔρευναν τῶν θείων λόγων ποιεῖται. Ἦν δὲ ὅτε πολλῇ συνέζων ἀγροικίᾳ Ῥωμαῖοι, καὶ τὰ ἡμέτερα ἤνθει· ἀλλ᾽ οὔτε τότε διὰ τὸ φαύλως περὶ λόγους ἔχειν τὴν Ἐκκλησίαν τὴν ἐκείνων καὶ περὶ τὴν πίστιν εἶχον οὐχ ὑγιῶς, οὔτε νῦν διὰ τὴν τῆς σοφίας χύσιν πᾶσα ἀνάγκη καὶ τὸν Υἱὸν προβολέα νομίζειν τοῦ Πνεύματος.*

fol. 343r

218. *Καὶ ὅτι ταῦτα ἀληθῆ, δῆλον ἐκεῖθεν. Ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ Πάπα Ἀγάθωνος πρὸς τοὺς βασιλέας Ῥωμαίων· «.... στέλλομεν τοὺς παρόντας συνδούλους ἡμῶν (τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα)». Εἶτ᾽ εὐθὺς ἐπάγει· «Παρὰ γὰρ ἀνθρώποις ἐν μέσῳ ἐθνῶν τυγχάνουσι καὶ ἀπὸ σωματικοῦ μόχθου τὴν τροφὴν μετὰ μεγάλου δισταγμοῦ ποριζομένοις, πῶς εἰς τὸ πλῆρες συνήσε-*

---

5 ʼ**Ονώριος** in Ms. 8 in Ms locus nominis Liberii vacuus.

---

3 Nilus Cabasillas, *De primatu Papae: MG 149, 700 B-729 A.* 17 *cf.* I Cor. *II, 4.* 26 Agatho *papa (678-681) ad Augustos: ML 87, 1163 CD; ex* Mansi *11, 236 CD, in Actione IV Conc. Const/pni III (oecum. VI); videas notas ad hoc docum. in Conc. Rom. anni 680 apud* Mansi *11, 185 s.*

Capitis solutio

216. Etiam de hac re singulari modo satisque [*fol. 342v*] disseruimus in opere nostro de Primatu Papae. Ibi enim ostendimus Romanum Episcopum quaevis absurda et facere et pati posse, sicut quilibet hominum; cuius rei Honorius testis est, qui, etsi esset Episcopus Romae, in sexta Synodo tanquam fautor haereseos anathematis fulmine percussus est, quam Synodi decisionem Episcopus Romae, Leo, Agathonis successor, approbavit. Alter vero Papa, quem ⟨Liberium⟩ appellant, cum in vecordiam Arianorum incidisset, sic tandem e vita discessit. Et Caelestinum quendam ita inusitato modo episcopatum Romanum desiderasse Latini ipsi ferunt, ut pro nihilo haberet quidquid, machinando, ad scopum conferre posset; aiunt praeterea fidem, contempto Deo, abiurasse, quippe qui magicis hominibus eorumque artibus usus sit, ac tandem, postquam voti compos est factus, se ipsum daemoniis ad interitum tradidisse.

217. Quoad autem multiplicem illam ac variam sapientiam, ubi certe adest, despicienda minime est; at ubi non habetur, quaerenda est sane, non tamen eo modo, ut absque illa rectus circa fidem sensus esse non possit. Etenim antesignani religionis nostrae « non persuasibilibus humanae sapientiae verbis » contiones suas habebant, sapientiamque huius mundi evacuationem virtutis, quae in cruce est, arbitrabantur. Et revera quae nunc exhibetur Romana Ecclesia, sapientia mundi [*fol. 343r*] supereffluit, eaque confidens divinarum rerum studium aggreditur. Attamen tempus aliquod fuit, quando plurima rusticitate Romani vitam agebant, res autem nostrae florebant maxime; sed neque tunc temporis ob exiguitatem litterarum in illorum Ecclesia sanus eis circa fidem sensus defuit, neque in praesentiarum effusio illa sapientiae coget nos, ut etiam Filium Productorem esse Spiritus arbitremur.

218. Quod autem haec, quae diximus, veritate nitantur, exinde patet. Excerptum ex epistula Agathonis Papae ad Imperatores Romanorum: « ... dirigimus praesentes confamulos nostros (talem et talem) ». Dein statim subdit: « Nam apud homines in medio gentium positos, et de labore corporis cotidianum victum cum summa haesitatione conquirentes, quomodo ad plenum poterit inveniri Scripturarum scientia, nisi quod regulariter a sanctis atque apostolicis praedecessoribus, et venerabilibus quinque Conciliis definita sunt, cum simplicitate cordis et sine ambiguitate a Patribus tradi-

ται εὑρεθῆναι ἡ τῶν γραφῶν εἴδησις, εἰ μὴ ὅτι κανονικῶς ἀπὸ τῶν Ἁγίων τῶν προηγησαμένων καὶ τῶν ἁγίων πέντε συνόδων ἅπερ ὡρισμένα εἰσιν, ἐν ἁπλότητι καρδίας καὶ ἀναμφιβόλως ἀπὸ τῆς παραδοθείσης παρὰ τῶν Πατέρων πίστεως φυλάττομεν, ἓν καὶ ἐξαίρετον διαπαντὸς ἔχειν εὐχόμενοι καὶ σπεύδοντες, ἵνα μηδὲν παρὰ τὰ κανονικῶς ὁρισθέντα σημειωθῇ, μηδ' ἐναλλαγῇ ἢ προστεθῇ, ἀλλὰ ταῦτα καὶ ῥήμασι καὶ νοήμασιν ἀπαράτρωτα φυλαχθῶσιν;» Εἰ δὲ νῦν διὰ τὸν τῆς σοφίας πλοῦτον πᾶσα ἀνάγκη Λατίνους
fol. 343v μὲν μετὰ τῆς ἀληθείας ἑστάναι, | ἡμᾶς δὲ τῆς ἐναντίας γενέσθαι μοίρας, διατί μὴ τότε κακῶς εἶχον Λατῖνοι, οὕτω περὶ λόγους ἔχοντες ἐνδεῶς, ὡς μηδὲ τὴν τῶν γραφῶν ἁπλοικὴν γνῶσιν τελείως εἰδέναι δύνασθαι;

219. Καὶ μὴν καὶ [Ὠ]ριγένης, σοφώτατος ἐν χριστιανοῖς γεγονὼς καὶ περὶ τὰς γραφὰς σπουδαιότατος, οὐδὲν ἀπώνατο τῆς σοφίας, ὥστε καθαρὰν καὶ ἄδολον διατηρῆσαι τὴν πίστιν. Καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας δὲ καὶ οἰκουμενικῆς πρώτης συνόδου Εὐσέβιος ὁ Καισαρείας πάντων ἐπισκόπων ἐν λόγοις ἐκράτει, ὡς ὁ θεολόγος φησὶ Γρηγόριος, καὶ τῆς ἁγίας ἐκείνης χορείας μέρος καὶ αὐτὸς ἦν· ἀλλὰ τοσαῦτα πράγματα τοῖς ἁγίοις πάρεσχε βλασφημῶν εἰς τὸ ὕψος, ὥστε ἀποροῦσι πότερον ἐκεῖνον προσήκει καλεῖν, ἀσεβῆ δογματιστὴν ἢ φιλόνεικον ἐχθρόν. Τί δ' ἄν τις περὶ τῶν ἐν τοῖς χρόνοις ἐκείνοις φιλοσόφων λέγοι, οἵ, τὴν ἀλήθειαν ἀγνοήσαντες, Ἀρείῳ διετέλεσαν συμμαχοῦντες, καὶ διαχρόνου μόλις ἐνίοις πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐγένετο διαβλέψαι, τῶν μαθετῶν τῶν ἁλιέων ἡγουμένων αὐτοῖς; Οὐκ ἄρα πᾶσα ἀνάγκη Λατίνους, σοφίᾳ περιρρεομένους πολλῇ, καὶ περὶ τὴν πίστιν ἐρρῶσθαι, οὕτω τῶν πραγμάτων ἀντιβοώντων.

fol. 344r

| Λατίνων κεφάλαιον τεσσαρακοστὸν ἔνατον ⟨Συλλογισμὸς πεντεκαιδέκατος⟩

220. «Ὃ δὲ ἀντεπάγουσί τινες τὸ ἔν τινι τῶν συνόδων εὑρίσκεσθαι ὑπὸ ἀναθέματος ὅρῳ κεκωλυμένον ὥστε μηδὲν ἐν τῷ παρὰ ταῖς συνόδοις τεταγμένῳ συμβόλῳ προστίθεσθαι, ἐν ᾧ δὴ συμβόλῳ οὐδὲν περὶ τῆς ἐκ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως περιέχεται. Ὅθεν ἀποδεικνύουσι τοὺς Λατίνους ἐνόχους ἀναθέματος εἶναι τοῦτο προσθέντας τῷ συμβόλῳ. Ἀλλὰ

---

11 Ὡριγένης in Ms. 16 αὐτὸς] haec Ms lectio non omnino claret; videtur prius scriptum fuisse αὐτῆς, quod minus consonum esset. 24 sic in Ms integris verbis, non numeris ut alias. 25 videtur adiciendum, sicut in praecedentibus fit.

---

15 *cf.* NAZIANZENUS, *In laudem Basilii, 28: MG 36, 533 C.* 26 AQUINAS, *Summa contra Gent. IV, 25 (Vat. gr. 616 ff. 222v-223r; vel 613 ff. 409v-410r).*

tae fidei conservamus, unum ac praecipuum bonum habere semper optantes atque studentes, ut nihil de eis, quae regulariter definita sunt, minuatur, nihil mutetur vel augeatur, sed eadem et verbis et sensibus illibata custodiantur? ». Iam vero, si nunc propter sapientiae copiam prorsus necesse est Latinos quidem veritatem possidere, [*fol. 343v*] nos vero ex adversa parte constitui, quare tunc cum adeo scientiarum ignari Latini esse inveniebantur, ut simplicem Scripturarum intelligentiam attingere non possent, nequaquam perperam sentiebant?

219. Et re quidem vera Origenes etiam exstitit inter christianos sapientissimus, et Scripturarum investigandarum studiosissimus, qui tamen nullum ex sapientia sua fructum reportavit, ut puram sinceramque fidem conservaret. Etiam in Sancta et Universali prima Synodo Eusebius Caesariensis episcopos omnes in eloquendo superabat, quemadmodum Gregorius Theologus aiebat, [1] unusque erat ex illis, qui sanctum istum chorum efformarunt; verum ille tot res coram sanctis illis adduxit blasphemiarum ad summum usque repletas, ut etiam dubitatum fuerit, quo eum nomine appellare fas esset: utrum impiorum dogmatum inventorem, an contentiosum inimicum. Quid vero de philosophis illorum temporum dicemus, qui, veritatis inscii, Ario auxilio fuerunt, et intervallo temporis elapso aegre factum est, ut quidam eorum ad veritatem oculos converterent, cum discipuli Piscatorum ipsis praeirent? Ergo nequaquam necessario fit ut Latini, qui multa sapientia superabundant, in fide etiam roborati esse credantur, cum adeo adversus eos facta ipsa vocem attollant.

[*fol. 344r*] Latinorum caput quadragesimum nonum ⟨Syllogismus decimus quintus⟩

220. « Obiciunt etiam quod in quibusdam Conciliis invenitur sub interminatione anathematis prohibitum ne aliquid addatur in Symbolo in Conciliis ordinato: in quo tamen de processione Spiritus Sancti a Filio mentio non habetur. Unde arguunt Latinos anathematis reos, qui hoc in Symbolo addiderunt. Sed haec efficaciam non habent. Nam in determinatione Synodi Chalcedonensis dicitur quod

---

1 Non omnino accurate Cabasilas hic scribit. Laus Eusebii a Nazianzeno facta ita sonat: « Vir ceterum quidem fortis ac mirabili pietate praeditus, ut illius temporis persecutio et acris adversus eum suscepta contentio perspicue declaravit; sed tamen in Basilium aliquid humani passus ».

καὶ τοῦτο οὐδεμίαν ἰσχὺν ἔχει· λέγεται γὰρ ἐν τῷ ὅρῳ τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου ὅτι οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει συναθροισθέντες Πατέρες τὴν διδασκαλίαν ἐβεβαίωσαν τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, οὐχ ὡς ἐνδεῶς παρ' ἐκείνων εἰρημένου αὐτοὶ πλέον τι συνεισφέροντες, ἀλλὰ τὴν ἐκείνων διάνοιαν περὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος ἀναπτύσσοντες ταῖς τῶν γραφῶν μαρτυρίαις κατὰ τῶν τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον μὴ Κύριον εἶναι ὁμολογούντων. Ταὐτὸν τοίνυν λεκτέον καὶ περὶ τούτου, ὅτι ἡ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος πρόοδος συνεπτυγμένως ἐν τῷ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν συμβόλῳ περιέχεται, ὡς ὅταν αὐτόθι λέγηται τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον· ἐπεὶ τὸ περὶ τοῦ Πατρὸς νοούμενον, ἀνάγκη καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ νοεῖσθαι, ὡς εἴρηται. Πρός δὲ τὸ τοῦτο προσθεῖναι, ἤρκεσεν ἡ τοῦ τῆς Ῥώμης ἀρχιερέως ἐξου-
fol. 344v σία, παρ' ἧς καὶ τὰς ἀρ|χαίας συνόδους εὕρηται βεβαιουμένας».

Λύσις τοῦ κεφαλαίου, καὶ περὶ τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως

221. Ἐνταῦθα ἀπολογεῖσθαι δοκεῖ ἐν οἷς ἐνέχεσθαι Λατίνους φαμὲν τῇ τοῦ ἀναθέματος αἰτίᾳ, ἐπειδὴ τῷ θείῳ προσετέθη συμβόλῳ τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ἐκπορεύεσθαι· ἀπειρημένου παρὰ τῶν μακαρίων Πατέρων, μετὰ τὴν ἐν τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ προσθήκην, μήδ' ὀντινοῦν τολμῆσαι τῷ τῆς πίστεως ἐνοχλῆσαι συμβόλῳ καθ' οἱονδήτινα λόγον, μήδ' ἐναλλάξαι ἢ προσθεῖναι ἢ ἀφελεῖν τι τῶν ἐκεῖ, καὶ κατὰ τῶν ἀπειθούντων τῇ τοῦ ἀναθέματος ἀπειλῇ χρησαμένων.

222. Ἀλλ' ἵν' ἡμῖν ὁ λόγος τὴν γιγνομένην σῴζῃ τάξιν, καὶ ἅμα καὶ σαφὴς γένηται, μικρά τινα περὶ τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως διαληπτέον ἂν εἴη. Ἐμάνη κατὰ τῆς ἀληθείας Ἄρειος, καὶ ὁ Πάπας Ἰούλιος οὐχ ἁρπάζει τὴν δίκην, οὐδὲ μόνον ἑαυτὸν καθίζει κριτήν, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις ἀδελφοῖς συνιών, ἀποστολικοῖς ἑπόμενος νόμοις, τὸν μὲν καθεῖλε, τὸν δὲ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τῶν πατρικῶν ἀποστερούμενον αὐχημάτων, τό γε εἰς ἐκεῖνον ἧκον, Θεόν τε ἀληθινὸν αὐτὸν ἀνεκήρυξε καὶ τὸν αὐτὸν τῷ Πατρὶ κατ' οὐσίαν, καὶ Θεὸν ἕνα τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν, οὐ τῷ ἀριθμῷ, τῇ δὲ φύσει καὶ οἷς ἡ φύσις χαρακτηρίζεται.

223. Ἀρείου δὲ τῆς Ἐκκλησίας ἀπεληλαμένου, ὁ τῆς πίστεως παρὰ τῶν
fol. 345r | μακαρίων Πατέρων ὅρος ἐκτίθεται, ἔχων ἐπὶ λέξεως οὕτως. Ἔκθεσις πίστεως τῶν ἐν Νικαίᾳ τριακοσίων ὀκτωκαίδεκα ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων·

---

32 in Ms numeri ponuntur: τιη'.

---

2 *in Actione V:* MANSI *7, 114.* 8 MANSI *3, 566.* 10 AQUINAS, *cf. Summa contra Gent. IV, 24 ' Sed hoc ' et 8 ' Cum ergo '.*

Patres apud Constantinopolim congregati doctrinam Nicaenae Synodi corroboraverunt, non quasi aliquid minus esset inferentes, sed de Spiritu Sancto intellectum eorum, adversus eos, qui Dominum eum respuere tentaverunt, Scripturarum testimoniis declarantes. Et similiter dicendum est, quod processio Spiritus Sancti a Filio implicite continetur in Constantinopolitano Symbolo, in hoc, quod ibi dicitur, quod procedit a Patre: quia quod de Patre intelligitur, oportet et de Filio intelligi, ut dictum est. Et ad hoc addendum suffecit auctoritas Romani Pontificis, per quam etiam [*fol. 344ᵛ*] inveniuntur antiqua Concilia esse confirmata ».

Solutio capitis: ubi etiam de Symbolo Fidei

221. In his sese defendere Latini videntur ab accusatione anathematis, qua dicimus eos irretitos esse, ideo quod divino Symbolo Spiritus Sancti processionem etiam a Filio adiecerint. Siquidem beati Patres post additionem factam in secundo Concilio prohibuerunt ne quidquam in Symbolo Fidei ullus auderet disturbare, etiam qualecumque verbum, quod in eodem contineretur, vel permutare quidquam, vel addere, vel auferre. Adversus inoboedientes autem anathematis comminationem usurparunt.

222. Sed ut a nobis ordo conveniens in his tractandis servetur, et clara simul expositio reddatur, pauca quaedam circa Symbolum Fidei explicanda sunt. Insanivit contra veritatem Arius: Iulius autem Papa [1] iudicium sibi non assumit, nec ipse solus ad proferendam sententiam assidet, sed congregans ceteros fratres (apostolicis legibus inhaerens), illum quidem damnavit, Filium autem Dei, exspoliatum nobilitate, quae ei ex Patre proveniebat, quantum in ipso fuit, et Deum verum esse proclamavit, et unum cum Patre quoad essentiam; cum et Pater et Filius unum sint, non quidem numero, at certe natura et attributis, quibus natura manifestatur.

223. Ario autem ab Ecclesia expulso, definitio Fidei [*fol. 345ʳ*] a beatis illis Patribus exponitur, quae sic ad litteram sonat. Expositio Fidei trecentorum decem et octo sanctorum beatorumque Nicaenorum Patrum: « Credimus in unum Deum, Patrem omnipoten-

---

[1] Errat Cabasilas: non papa Iulius (337-352), sed Silvester (314-335) refertur.

« *Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ· τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός· Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτός, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρί, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκοθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, [καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθήμενον,] καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ εἰς τὸ Ἅγιον Πνεῦμα. Τοὺς δὲ λέγοντας ὅτι ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ⟨ἢ κτιστόν,⟩ ἢ τρεπτόν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία*».

224. *Οὗτος μὲν ὁ τῆς πίστεως ὅρος, ὁ κατὰ Νίκαιαν ἐκτεθεὶς παρὰ τῶν μακαρίων Πατέρων τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πρώτης συνόδου. Χρόνου δὲ*
fol. 345v *ἐνιαυτῶν παρερρυηκότος *** | ὁ κατὰ τοῦ Πνεύματος κεκίνηται πόλεμος, καὶ Θεοδοσίου βασιλέως κελεύοντος, ἀθροίζεται σύνοδος οἰκουμενική, καὶ ὁ Δάμασος, Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ὤν, ἐπῄνει τὰ πεπραγμένα. Οὗτοι μετὰ τοῦ Πνεύματος τὰ περὶ τοῦ Πνεύματος διερευνησάμενοι, Μακεδόνιον μὲν τιμῶνται τῷ ἀναθέματι, τὸ δὲ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον Πατρὶ καὶ Υἱῷ συνέταξαν, ἕνα τὰ τριά προσειπόντες Θεόν. Δεῆσαν δὲ καὶ ὅρον ἐκθέσθαι τῶν ζητηθέντων· ἕτερον μὲν οὐ λογογραφοῦσι σύμβολον, τὸ δὲ παρὰ τῶν ἐν Νικαίᾳ Πατέρων ἐκτεθὲν ἀναγνόντες, ἐπειδήπερ εἶδον τὸν περὶ τοῦ Πνεύματος λόγον συνεπτυγμένον ὄντα καὶ διατοῦτο καὶ ἀσαφῆ, πρὸς τὸ σαφέστερον αὐτὸν διὰ τῆς προσθήκης ἤγαγον, « Κύριον τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, καὶ ζῳοποιόν, καὶ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, καὶ συμπροσκυνούμενον Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ συνδοξαζόμενον» διορίσαντες. Ἔστιν ἃ καὶ μεταποιήσαντες, ὡς ἐνίοις μὲν προσθεῖναι, τινὰ δὲ καὶ ἀφελεῖν· σαφηνείας ἕνεκεν, δῆλον δέ.*

225. *Ἐν μὲν γὰρ τῇ πρὸς Κληδόνιον ἐπιστολῇ ὁ θεῖός φησι Γρηγόριος,*

---

17 ***] adest in Ms locus vacuus pro numero annorum indicando.

---

1 MANSI *2, 665 C-668 B. Quaedam paulo mutata citantur:* CABASILAS, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ; MANSI, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. — CABASILAS, καὶ ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας; MANSI, καὶ ἐρχόμενον πάλιν... — CABASILAS *omittit ad finem Symboli verba* ἢ κτιστόν. — *Sed maior differentia habetur in hoc, quod* CABASILAS *post clausulam* καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, *inseruit verba* καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς καθήμενον, *quae in textu antiquissimo Symboli non inveniuntur (vid., sis.,* DENZ.-UMBERG, *Enchir. Symbol., num. 54 cum nota 3).* 26 MANSI *3, 565 B.*

tem, omnium visibilium et invisibilium factorem. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei, ex Patre natum Unigenitum, id est, ex substantia Patris; Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero; natum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt, et quae in caelo et quae in terra. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est, et homo factus; passus est, et resurrexit tertia die: et ascendit in caelos: (et sedet ad dexteram Patris:) et iterum venturus est iudicare vivos et mortuos. Et in Spiritum Sanctum. Eos autem qui dicunt: Erat aliquando quando non erat, et antequam nasceretur non erat, et quia ex his, quae non sunt, factus est; aut ex alia substantia vel essentia dicunt esse, ⟨vel creatum,⟩ vel mutabilem, vel convertibilem Filium Dei; anathematizat Catholica et Apostolica Ecclesia ».

224. Haec quidem est definitio Fidei, quae in Nicaea a beatis Patribus sanctae et Oecumenicae primae Synodi proposita est. Elapsis autem annis ⟨quinquaginta et sex⟩, [*fol. 345*ᵛ] bellum movetur adversus Spiritum [Sanctum], et iubente Theodosio Imperatore Synodus Generalis coadunatur, cuius Acta ab Episcopo Romanorum, Damaso, rata habentur. Igitur ipsi [Patres], Spiritu Sancto adiuti, ea quae ad Spiritum pertinebant, exquirunt; et Macedonium quidem anathemate plectunt, Spiritum vero Sanctum Patri Filioque consubstantialem esse definiunt, unum Deum in tribus Personis proclamantes. Age vero, cum definitionem de investigatis exponere opus esset, non aliud ipsi Symbolum confecere; sed ratum habentes illud Nicaenorum Patrum, cum simul viderent clausulam veterem de Spiritu Sancto inexplanatam esse, ac proinde non lucidam, claritatis ergo haec definientes adiunxerunt: « Dominum et vivificantem, ex Patre procedentem, et cum Patre et Filio adorandum et conglorificandum ». Sunt quoque alia quae mutata fuere, vel addendo quaedam, vel etiam auferendo: claritatis causa, ut patet.

225. Nam divus Gregorius, qui coryphaeus illius consessus Patrum habebatur, ita in epistula ad Cledonium scribit: « Nos Fidei Nicaenae, quae a sanctis Patribus, qui illuc ad evertendam arianam haeresim convenerunt, edita est, nec quidquam unquam praetulisse nec praeferre posse [ad te scripsimus]; verum eius Fidei, Dei munere, nos esse ac fore: [*fol. 346*ʳ] illud insuper explicantes, quod ab illis mi-

κορυφαῖος ὢν τῆς ἱερᾶς ἐκείνης τῶν Πατέρων χορείας· «Ἡμεῖς τῆς κατὰ Νικαιαν πίστεως τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐκεῖσε συνελθόντων ἐπὶ καθαιρέσει τῆς ἀρειανικῆς αἱρέσεως, οὐδὲν οὔτε προετιμήσαμεν πώποτε, οὔτ᾿ αὖ προτιμᾶν δυνάμεθα, ἀλλ᾿ ἐκεινης ἐσμὲν τῆς πίστεως, σὺν Θεῷ, καὶ ἐσόμεθα· | προσδιαρθροῦντες τὸ ἐλλιπῶς εἰρημένον ἐκείνοις περὶ τοῦ Ἁγίου Πνεύματος». Ἐν δὲ τοῖς πεπραγμένοις τῇ τετάρτῃ συνόδῳ Διογένης, ὁ εὐλαβέστατος Κυζίκου, εἶπε· «Δολερῶς προέταξεν (ὁ Εὐτυχὴς δηλαδή) τὴν ἐν Νικαίᾳ τῶν ἁγίων Πατέρων σύνοδον. Ἐδέξατο δὲ προσθῆκας παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων διὰ τὴν ἔννοιαν τὴν κακὴν Ἀπολιναρίου καὶ Οὐαλεντίνου καὶ Μακεδονίου. Καὶ προστέθειται τῷ συμβόλῳ τῶν ἁγίων Πατέρων «Τὸν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος Ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου»· τοῦτο γὰρ παρέλιπεν Εὐτυχὴς ὡς ἀπολιναριστής. Καὶ Ἀπολινάριος γὰρ δέχεται τὴν ἐν Νικαίᾳ ἁγίαν σύνοδον, κατὰ τὴν οἰκείαν παρανομίαν ἐκλαμβάνων τὸ ῥητόν, καὶ φεύγει τὸ «Ἐκ Πνεύματος Ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου», ἵνα πανταχοῦ μὴ τὴν ἕνωσιν τῆς σαρκὸς ὁμολογήσῃ. Οἱ γὰρ ἅγιοι Πατέρες, οἱ μετὰ ταῦτα, τὸ «Ἐσαρκώθη», ὃ εἶπον οἱ ἐν Νικαίᾳ ἅγιοι Πατέρες, ἐσαφήνισαν εἰπόντες· «Ἐκ Πνεύματος Ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου». Καὶ ἡ ἕκτη δὲ σύνοδος, ἓν σύμβολον πίστεως εἰδυῖα παρὰ μὲν τῆς πρώτης ἐκτεθέν, παρὰ δὲ τῆς δευτέρας βεβαιωθέν, οὕτως ἐν τῷ ὅρῳ τῷ ἑαυτῆς φησι· «Τὸ παρὰ τῶν τριακοσίων ὀκτωκαίδεκα Πατέρων ἐκτεθέν, καὶ αὖθις παρὰ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφρόνως βεβαιωθέν, ὅπερ καὶ αἱ λοιπαὶ ἅγιαι σύνοδοι ἐπ᾿ ἀναιρέσει πάσης ψυχοφθόρου αἱρέσεως ἀσπασίως ἐδέξαντο, ⟨κτλ.⟩».

fol. 346r (margin, at line 5)

226. fol. 346v | *Ἔχει δὲ οὕτω πρὸς λέξιν τὸ σεπτὸν τοῦτο τῆς πίστεως σύμβολον· «Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεόν, Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, φῶς ἐκ φωτός, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρί, δι᾿ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο· τὸν δι᾿ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ Πνεύματος Ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα· σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, καὶ παθόντα, καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, καὶ καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ*

---

16 in Ms *μεταταῦτα*. 20 numeris expressum in Ms: *τιη'*. 21 eodem modo *ρν'*. 23 omnino supplenda sunt verba: ***καὶ ἐπεκύρωσαν σύμβολον, καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ θεόπνευστος ἐπεσφράγισε σύνοδος***, sicut in textu citato adsunt.

---

1 NAZIANZENUS, *epist. II ad Cledonium: MG 37, 193 C.* 7 MANSI *6, 632 CD: Actio I Conc. Chalcedonensis.* 20 MANSI *11, 633 A: Conc. Const/pnum III, Act. XVIII.* 25 MANSI *11, 633 DE.*

nus plene de Spiritu Sancto dictum est ».[1] In Actis autem quartae Synodi, Diogenes, reverendissimus [episcopus] Cyzici inquit: « Dolose proposuit (scilicet, Eutyches) Synodum sanctorum Patrum, quae in Nicaea facta est. Accepit namque additamenta a sanctis Patribus, propter perversum intellectum Apollinaris et Valentini et Macedonii, (et qui eis similes sunt). Et additum est in Symbolo sanctorum Patrum: ' Qui descendit, et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine '. Hoc namque praetermisit Eutyches, sicut apollinarista. Nam etiam Apollinaris suscipit sanctam Synodum, quae in Nicaea facta est, secundum propriam perversitatem intelligens verba; (et) effugit (illud) ' De Spiritu Sancto et Maria Virgine ', ut ne omnino unionem carnis confiteretur. Etenim Sancti Patres, qui in Nicaea convenerunt, quod ' Incarnatus est ' dixerunt; Sancti autem Patres, qui post ipsos fuerunt, explanaverunt dicentes: ' De Spiritu Sancto ex Maria Virgine ' ». Sexta autem Synodus, quae unum esse Symbolum Fidei noverat, a primo quidem Concilio exaratum, a secundo vero confirmatum, ita dixit in definitione sua: « Quod est a trecentis decem et octo Patribus editum, et dehinc a centum quinquaginta, Deo instituente, confirmatum est; quod etiam ceterae sanctae Synodi ad exstinguendam omnem pestiferam haeresim alacriter susceperunt, ⟨et confirmaverunt Symbolum; et hoc nostrum Sanctum et Universale a Deo inspiratum consignavit Concilium⟩ ».

226. [*fol. 346v*] Ita igitur ad verbum habet venerandum hoc Symbolum Fidei: « Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli et terrae, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei Unigenitum, qui ex Patre natus est ante omnia saecula; lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt; propter nos homines et propter nostram salutem descendentem de caelis, et incarnatum de Spiritu Sancto et Maria Virgine, et humanatum, crucifixumque pro nobis sub Pontio Pilato, et passum, et sepultum, et resurgentem tertia die secundum Scripturas, et ascendentem in caelos, et sedentem ad dexteram Patris, et iterum venturum cum gloria iudicare vivos et mortuos, cuius

---

[1] Statim subiungit NAZIANZENUS verba haec: « propterea quod haec quaestio nondum excitata et agitata fuerat », quae a CABASILA non transcribuntur. Ratio fortasse in eo quaerenda est, quod in solutione ad argumentum primum Latinorum contrarium tenere diceretur (vid. fol. 150r).

Πατρός· καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. Καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον, τὸ Κύριον, τὸ ζῳοποιόν, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν Πατρὶ καὶ Υἱῷ συνπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. Εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν. Ὁμολογοῦμεν ἓν βάπτισμα εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. Προσδοκῶμεν ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. Ἀμήν».

227. fol. 347r *Τούτων οὕτως ἐχόντων, | ἐπειδὴ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον κατὰ Νεστορίου τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐκάλει πνεύσαντας, καὶ ἡ τρίτη συνεκροτεῖτο σύνοδος, δικαστήριον τὴν Ἔφεσον ἔχουσα, παρῆσαν μὲν ἐκ πάσης τῆς οἰκουμένης οἱ τοῦ Θεοῦ ἱερεῖς, παρῆν δὲ ὁ θεσπέσιος Κύριλλος, τὸν ἀποστολικὸν ἄνδρα ἐν πᾶσι δεικνύς. Οὗτοι δυνάμει λόγου καὶ Πνεύματος, τῆς ἀσεβείας δίκας Νεστόριον ἀπαιτήσαντες, ὅρον μὲν περὶ τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς ἐξέθηκαν, ὅντινα δὴ ἐξέθηκαν, τῷ δὲ συμβόλῳ τῆς πίστεως οὐκέτι δέον ἐνόμισαν ἐνοχλεῖν, τοιάδε ὁρίσαντες γέμοντα πολλῆς ἀπειλῆς καὶ θυμοῦ· «Ὥρισεν ἡ ἁγία σύνοδος αὕτη ἑτέραν πίστιν μὴ ἐξεῖναί τινι προφέρειν, ἢ συγγραφεῖν, ἢ συντιθέναι παρὰ τὴν ὁρισθεῖσαν παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συναχθέντων ἐν Ἁγίῳ Πνεύματι· τοὺς δὲ τολμῶντας ἑτέραν πίστιν συντιθέναι, ἤγουν προκομίζειν, ἢ προφέρειν τοῖς ἐθέλουσιν ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, ἢ ἐξ ἑλληνισμοῦ ἢ ἐξ ἰουδαϊσμοῦ, ἤγουν αἱρέσεως οἱασδηποτοῦν, τούτους, εἰ μὲν εἶεν ἐπίσκοποι ἢ κληρικοί, ἀλλοτρίους εἶναι τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς καὶ τοὺς κληρικοὺς τοῦ κλήρου, εἰ δὲ λαϊκοὶ εἶεν, ἀναθεματίζεσθαι».*

228. *Καὶ ταῦτα μὲν ἡ τρίτη περὶ τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως. Ἡ δὲ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ τετάρτη, αὐτά τε ταῦτα ἐκτίθησι, καὶ ἔτι φησὶν ἐν τῷ ὅρῳ* fol. 347v *αὐτῆς· «Κατ᾽ οὐδένα τρόπον σαλεύεσθαι | πρός τινων ἀνεχόμεθα τὴν ὁρισθεῖσαν πίστιν, ἤτοι τὸ τῆς πίστεως σύμβολον τὸ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων κατὰ καιρούς· οὔτε μὴν ἐπιτρέπομεν αὐτοῖς ἢ ἑτέροις ἢ λέξιν ἀμεῖψαι τῶν ἐγκειμένων ἐκεῖσε, ἢ μίαν γοῦν παραβῆναι συλλαβήν, μεμνήμενοι τοῦ λέγοντος· ‛ Μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου ʼ, οὐ γὰρ ἦσαν αὐτοὶ οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός, ὃ ἐκπορεύεται μὲν ἐξ αὐτοῦ, ἔστι δὲ οὐκ ἀλλότριον τοῦ Υἱοῦ κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον». Οὕτω καὶ ὁ μακάριος Κύριλλος, τοῖς εἰρημένοις συμβαίνων, περὶ τοῦ συμβόλου φησὶ τῆς πίστεως Ἀκακίῳ γράφων· «Ἐπ᾽ αὐτῷ οὐκ ἔνι προσθεῖναι, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν».*

---

16 *Conc. Ephes. (decretum de Fide):* MANSI *4, 1361 D-1364 A.* 26 *non e Conc. Chalced. haec desumuntur, ut* CABASILAS *dicit, quia neque in definitione Concilii (*MANSI *8, 108 C-117 A) neque in diversis huius decisionis conciliaris recensionibus (ibid., 749-768) talia habentur; sed e* S. CYRILLO ALEXANDRINO *in eius epist. ad Ioannem Antiochenum: MG 77, 180 D-181 A.* 30 PROV. *XXII, 28.* 35 CYRILLUS A., *ad Acacium Beroeensem: MG 77, 159 D.*

regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre et Filio coadorandum et conglorificandum, qui loquutus est per Prophetas. Et in unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum baptisma in remissionem peccatorum; exspectamus resurrectionem mortuorum, et vitam futuri saeculi. Amen ».

227. Quae cum ita sint, [*fol. 347ʳ*] quandoquidem Spiritus Sanctus convocavit contra Nestorium eos, qui pro tuenda veritate a se ipso afflabantur, et tertia Synodus coadunata est, Ephesique tribunal est constitutum, undique convenerunt Sacerdotes Domini; convenerat etiam divus Cyrillus, qui apostolicum virum sese in omnibus praebuit. Igitur huiuscemodi homines, vi verborum suorum et Spiritus Sancti, adversus impietatem Nestorii tulerunt sententiam, rerumque ab ipsis factarum definitionem quidem confecerunt; definitionem inquam, qualemcumque velis, Symbolum autem Fidei nihilo putarunt disturbandum fore; sed in hunc modum haec, minarum et indignationis redundantia, in definitione sua posuerunt: « Statuit Sancta Synodus alteram fidem nemini licere proferre, aut conscribere, aut componere, praeter definitam a sanctis Patribus, qui in Nicaea cum Spiritu Sancto congregati fuerunt. Qui vero ausi fuerint aut componere fidem alteram, aut proferre vel offerre converti volentibus ad agnitionem veritatis, sive ex Gentilitate, sive ex Iudaismo, sive ex qualicumque haeresi; hos quidem, si sunt episcopi aut clerici, alienos esse episcopos ab episcopatu, et clericos a clericatu decrevit: si vero laici fuerint, anathemati subici ».

228. Haec quidem in ⟨Synodo⟩ tertia de Symbolo Fidei; quartum autem sanctum et Universale ⟨Concilium⟩ id ipsum proponit, et insuper in definitione sua ita loquitur: « Nullo autem modo patimur, [*fol. 347ᵛ*] ut ab aliquo fides illa sive Fidei Symbolum concutiatur, quod a sanctis quondam Patribus Nicaenis editum est. Neque enim aut nobis, aut ulli omnino alteri, vel unam voculam ibi positam immutare, aut unam etiam syllabam praeterire permittimus, memores eius qui dixit: ‘ Ne transferas terminos antiquos, quos posuerunt patres tui ’. Non enim ipsi loquuti sunt, sed ipse Spiritus Dei ac Patris, qui procedit quidem ex ipso; est autem non alienus a Filio, exigente hoc essentiae ratione ». Ita quoque beatus Cyrillus, his dictis consonans, de Symbolo Fidei dicit, scribens ad Acacium: « Non enim est adicere super illud, nec est auferre ab eo ».

229. *Καὶ ἡ ἕκτη δὲ σύνοδος μετὰ τῆς προσθήκης τῆς δευτέρας συνόδου τὸ ἐν Νικαίᾳ σύμβολον ἀναγνοῦσα, ἐν τῷ ὅρῳ ἑαυτῆς τοιάδε φησίν· «Ὁρίζομεν ἑτέραν πίστιν μηδενὶ ἐξεῖναι προφέρειν, ἤγουν συγγράφειν, ἢ συντιθῆναι, ἢ φρονεῖν, ἢ διδάσκειν ἑτέρως· τοὺς δὲ τολμῶντας ἢ συντιθῆναι πίστιν ἑτέραν, ἢ προκομίζειν, ἢ διδάσκειν, ἢ παραδιδόναι ἕτερον σύμβολον τοῖς ἐθέλουσι ἐπιστρέφειν εἰς ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ἐξ ἑλληνισμοῦ ἢ ἐξ ἰουδαϊσμοῦ, ἢ γοῦν αἱρέσεως οἱασοῦν, ἢ καινοφωνίαν ἤτοι λέξεως ἐφεύρεσιν πρὸς ἀνατροπὴν εἰσάγειν τῶν νυνὶ παρ' ἡμῶν διορισθέντων, τούτους,*
fol. 348r *εἰ μὲν ἐπίσκοποι εἶεν ἢ κληρικοί, | ἀλλοτρίους εἶναι τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἐπισκοπῆς καὶ τοὺς κληρικοὺς τοῦ κλήρου· εἰ δὲ μονάζοντες εἶεν ἢ λαϊκοί, ἀναθεματίζεσθαι αὐτούς».*

230. *Οὐ τοίνυν εἶπον μὲν οἱ μακάριοι Πατέρες ταῦτα, αὐτοὶ δὲ ἑτέρως τοῖς λεγομένοις ἐχρήσαντο· ἀλλὰ περὶ ὧν μὲν ἑκάστοτε ἡ ζήτησις ἦν, ἴδιόν τινα λόγον ἐξέθεντο, περὶ δὲ τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως ἅπερ τε ἀνωτέρω γέγραπται ἐκύρωσαν, καὶ δὴ καὶ ἀπειλὴν προσέθηκαν, ἣν ἀνωτέρω ἀνέγνωμεν. Οὕτως ἡ πέμπτη, οὕτως ἡ ἕκτη, οὕτως ἡ ἑβδόμη, οὕτως ἑκάστη τῶν συνόδων τῶν οἰκουμενικῶν ἀπαρεγχείρητον ἀφῆκαν τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, ἐν αἷς καὶ ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος, ἄλλοτε ἄλλως διὰ τῶν πρέσβεων τοῖς πεπραγμένοις παρών, συνέβαινεν. Ὁ δὲ μακάριος Ἀγάθων, ἐπίσκοπος Ῥώμης ὤν, καὶ τῆς ἕκτης συνόδου καθηγεμῶν, ἐν οἷς ἐπιστέλλει πρὸς τοὺς βασιλέας Ῥωμαίων καὶ ἐν εὐχῆς μέρει ποιεῖται, «ἵνα μηδὲν παρὰ τὰ κανονικῶς ὁρισθέντα σημειωθῇ, μηδὲν ἀλλαγῇ ἢ προστεθῇ, ἀλλὰ ταῦτα καὶ ῥήμασι καὶ νοήμασιν ἀπαράτρωτα φυλαχθῶσιν».*

231. *Οὕτω δὲ τούτων ἐχόντων, εἰ μὲν τῶν εἰρημένων Λατίνοις λόγος οὐδείς, εἰπάτωσαν καὶ οὐκέτ' ἐνοχλήσομεν· εἰ δὲ τοῦτό γε οὐκ ἂν φαῖεν, ἕως ἂν ὦσι χριστιανοί, δειξάτωσαν τοῖς ἔργοις τοὺς λόγους, καὶ τὸ σύμβολον ἀνα-*
fol. 348v *γιγνωσκέσθω καὶ παρ' αὐτῶν, μηδεμιᾶς | ἐνοχλούσης προσθήκης. Ὡς ἐὰν μὴ τοῦτο γένηται, ἀναιρεῖται μὲν ἡ πρὸς τοὺς Πατέρας αἰδώς, φόβος δὲ περὶ τοῦ ἀναθέματος οὐ μικρός· κοινωνεῖ δὲ τῆς ὕβρεως καὶ Θεός. Ὁμονοίας δὲ ἐλπὶς οὐδεμία· ἴσμεν δὲ ὅσου τιμᾶται τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνην Θεός.*

232. *Ἀλλὰ τί πρὸς ταῦτα Λατῖνοι; ἀναιρεῖτε, φασί, τό γε εἰς ἡμᾶς ἧκον ἢ μὴ διδόναι λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος, προτεθέντος καινοῦ τινος, ἢ*

---

2 *Conc. Const/pnum III, Act. XVIII:* MANSI *11, 640 BC.* 21 AGATHO *papa (678-681), Epist. I, ad Constantinum, Heraclium et Tiberium Augustos:* MANSI *11, 236 E; vel ML 87, 1163 D.*

229. Quid amplius? Sexta quoque Synodus, postquam Symbolum Nicaenum cum additionibus secundi Concilii recitasset, haec in definitione sua protulit: « Definimus aliam fidem nulli licere proferre aut conscribere, componereve aut sapere, vel etiam aliter docere. Qui vero praesumpserint fidem alteram componere, vel proferre, vel docere, vel tradere aliud Symbolum volentibus converti ad agnitionem veritatis ex Gentilitate, vel Iudaismo, aut ex qualibet haeresi; aut qui novitatem vocis vel sermonis adinventionem ad subversionem eorum, quae nunc a nobis determinata sunt, introducere: hos, siquidem episcopi fuerint aut clerici, [*fol. 348r*] alienos esse, episcopos quidem ab episcopatu, clericos vero a clero: sin autem monachi fuerint vel laici, anathematizari eos ».

230. Nec igitur beati Patres solummodo verbis haec dixerunt, deinde aliter ipsi decretis usi sunt. Nam de quibus semper libera quaestio esse poterat, propriam suam quisque sententiam exposuit; de Symbolo autem Fidei, semper id, quod superius scriptum manet, ratum omnes habuerunt; imo etiam minas adiunxerunt illas, de quibus antea dictum est. Hac ratione quinta Synodus, et sexta quoque, et adhuc septima, et unumquodque ex Oecumenicis Conciliis inexpugnabile Symbolum Fidei reddiderunt. Quibus rebus adiungas oportet etiam Episcopos Romanos, aliter alias praesentes per Legatos, sese his factis conformasse. Exemplo sit beatus Agatho, Episcopus Romae et sextae Synodi praeses, qui, in epistula ad Imperatores Romanorum, urget et precatur eos « ut nihil de iis, quae canonice statuta sunt, minuatur, nihil mutetur vel augeatur, sed eadem et verbis et sensibus illibata custodiantur ».

231. Quae cum ita sint, si nihil Latinorum interest adducti ratiocinii, dicant plane, et ulterius molestiis parcemus; sin autem, dum christiani esse pergunt, huiuscemodi rem non dicunt, operibus ostendant aestimationem suam, et Symbolum etiam apud ipsos legatur sine ullius [*fol. 348v*] additamenti perturbatione. Itaque, dum non fiat hoc, detrahitur quidem reverentia erga sanctos Patres; sed non parvus est timor anathematis: stipatur enim et Deus ira. Verum spes concordiae nulla effulget, et tamen probe scimus quanti Deus aestimet Ecclesiarum pacem.

232. Verum enim vero quid ad haec respondent Latini? Age, inquiunt, illud nos decet: vel rationem non reddere (propter [nullam] spem, quam in vobis habemus), cum aliquid novum proponitur, vel praebere quidem, at velut incertam, emortuam, umbris obscu-

διδόναι μέν, ἀσαφῆ δέ τινα καὶ τεθνηκότα καὶ σκοτεινόν· οὐ γὰρ ἔξεστιν, ὥς φατε, περὶ τῶν ἑκάστοτε ζητουμένων τελείους ἀποδιδόναι τοὺς λόγους, ἀλλὰ πρὸς μόνον βλέπειν τὸ σύμβολον. — Οὐ τοῦτο, λέγω· οὐδὲ γὰρ οὕτως ἀγνοῶ τὸ περίεργον τῆς καθ' ὑμᾶς φύσεως, χαιρούσης ἀεὶ τοῖς καινοῖς καὶ ζητούσης ἄλλα ἐπ' ἄλλοις. Οὐδὲ ταῦτα εἰδώς, κωλύω τὴν δίκαιαν θεραπείαν, ἣ γένοιτ' ἂν διὰ τῶν λογίων τοῦ Πνεύματος, τηρεῖσθαι δυναμένης καὶ τῆς πρὸς τοὺς γονέας αἰδοῦς. Ἀλλὰ τολμηρὸν ἡγοῦμαι τὴν ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκην, οὕτω τοῖς Πατράσιν ἀπειρημένην.

233. Ἀλλα' οἱ τῶν Πατέρων θεσμοί, φασίν, οὐ κωλύουσιν ἁπλῶς τῷ συμβόλῳ προσθεῖναι, ἀλλὰ τῷ συμβόλω τῷ κατὰ Νίκαιαν· ἡμῖν δὲ τὸ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα εἶναι καὶ σφόδρα δοκοῦν ὑγιές, οὐ τῷ κατὰ Νίκαιαν προσετέθη συμβόλῳ, ἀλλ' ἐν τῷ κατὰ τὴν Κωνσταντίνου γραφέντι. — Πρῶτον
fol. 349r μὲν | εἴτε ἀληθ[ὴ]ς ἡ προσθήκη, εἴτε μὴν τοὐναντίον, δέδεικται, καὶ οὐκέτι λόγος ἡμῖν· νυνὶ δὲ ἡ τοῦ λόγου πρόθεσις, εἰ ὅλως ἔξεστι Λατίνοις, καὶ ἀληθῆ λέγουσι, τῷ συμβόλῳ προσθεῖναι τῆς πίστεως, καὶ εἰ καθαρέουσιν ἀναθέματος μετὰ προσθήκης ἐπιόντες αὐτό.

234. Ἔπειτα δέδεικται μήδε δυσὶ συμβόλοις τὴν Ἐκκλησιαν σεμνυνομένην, ἀλλ' ἑνί τινι τῷ κατὰ Νίκαιαν ἑρμηνευθέντι διὰ τῆς προσθήκης παρὰ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει Πατέρων. Καὶ χωρὶς δὲ τούτου, αἰνίγματι παραπλήσιον κωλύειν πάσῃ σπουδῇ τὰς μετὰ τὴν δευτέραν σύνοδον οἰκουμενικὰς συνόδους τῷ συμβόλῳ προσθεῖναι τῷ ἐν Νικαίᾳ, προγεγενημένης προσθήκης, ὡς ἐδείξαμεν, παρὰ τῆς δευτέρας συνόδου· τοῦτο γὰρ μήδε ἑαυτοῖς συμβαίνειν ἐστὶν ἀδιανόητα φθεγγομένοις, καὶ ἅμα καὶ πρὸς τὴν δευτέραν σύνοδον ἀναιρουμένοις τὸν πόλεμον.

235. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐδείξαμεν τὴν ἕκτην τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων τὴν προσθήκην κωλύουσαν, ἀναγνοῦσαν πρότερον τὸ σύμβολον τὸ κατὰ Νίκαιαν μετὰ τῆς προσθήκης, ἣ μετὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐγεγόνει. Εἰ δὲ τῆς προσθήκης καὶ τὸ ἀληθὲς ἐχούσης μεθ' ἑαυτῆς, οὐ δίκαιοι ἂν εἶεν Λατῖνοι τὴν τοῦ ἀναθέματος ἐπιτιμίαν διαφυγεῖν, τίνες ἂν εἶεν τὸ βλάσφεμον αὐ-
fol. 349v τῆς ἐχούσης καὶ ἄτοπον, ὡς ἐδείξαμεν, καὶ | πολὺ τὸ μαχόμενον πρὸς τὰς θείας γραφὰς καὶ τὰς παραδόσεις τὰς ἀποστολικὰς καὶ πρὸς τὰ ἐκ τῶν συνόδων τῶν οἰκουμενικῶν;

236. Τούτων ταύτῃ γε διωρισμένων, οὐ δίκαια ἂν λέγοι Θωμᾶς, ἤ τις ἕτερος, ὑπὲρ Λατίνων τοὺς λόγους ποιούμενος, ὡς ἡ παρὰ τούτων ἐν τῷ συμβόλῳ

---

13 **ἀληθές** in Ms, at videtur mendosa lectio.

ratam; non enim licet, ut asseritis, perfectam rationem reddere de his, quae ubique quaeruntur, sed ad solum Symbolum respicere. — Minime, inquam: neque enim adeo curiosae vestrae indolis ignarus sum, ut nesciam vos semper novitatibus oblectari, qui etiam alias et alias indesinenter quaeritis. Sed tamen, cum id noverim, iustam medelam non impedio, quae utinam per oracula Spiritus [Sancti] vobis obveniat, ut et reverentiam erga maiores nostros servare possitis. Verum audax fore arbitror quamlibet in Symbolum additionem inducere, cum adeo id a Patribus prohibeatur.

233. At leges Patrum, inquiunt, additionem non simpliciter Symbolo vetant, sed Symbolo Nicaeno. Illud autem de Spiritu ex Filio procedente, quod rectissimum quidem nobis videtur, non Nicaeno Symbolo, sed Constantinopolitano additum est. — At, primum quidem, [*fol. 349ʳ*] utrum additio vera sit necne, ostensum iam est et amplius nostra non interest; nunc autem quae proponitur quaestio, simpliciter haec est: utrum Latinis ius fuerit, etiam vera dicentibus, quidquam Symbolo Fidei adiciendi, et utrum liberentur anathemate, in quod propter additionem inciderunt.

234. Deinde demonstratum est etiam non duobus Symbolis Ecclesiam insignitam esse, sed eam uno solummodo Nicaeno uti, explicato quidem per additionem a Patribus Constantinopoli factam. Praeter quam quod aenigmati simile crediderim esse omni studio Oecumenicas Synodos post secundam prohibuisse quidquam Nicaeno Symbolo addere, cum additio iam prius facta fuerit, ut ostendimus, in secundo Concilio; hoc enim nec ipsis consentaneum esset, utpote qui stulta loqui, et insuper adversus secundam Synodum bellum suscitare viderentur.

235. Nihilominus etiam sextum generale Concilium additionem prohibuisse constat, postquam Nicaenum Symbolum legit cum illis, quae adiecta Constantinopoli sunt. Unde si Latini, tametsi veritate additio sua fulciretur, anathematis noxam effugere nequaquam possent; cuius, quaeso, poenae digni putabuntur, cum ostenderimus illam absurditatibus blasphemiisque onustam esse, maximeque [*fol. 349ᵛ*] divinis Scripturis inveniri repugnantem, apostolicas traditiones evertentem et Oecumenicarum Synodorum inimicam?

236. Quibus ita definitis, non recte loqueretur Thomas (vel quilibet alius, qui Latinorum causam defendendam susciperet), si diceret additionem ab ipsis Symbolo factam in eodem censu venire, ac

προσθήκη εἰς ἴσον ἔρχεται ὅπερ τῇ δευτέρᾳ συνόδῳ πέπρακται πρὸς τὸ κατὰ τὴν Νίκαιαν ἐκτεθέν. Τοῖς μὲν γὰρ μακαρίοις ἐκείνοις καὶ προσθεῖναι καὶ ἀφελεῖν ἐξῆν, οἰκουμενικῇ γε οὔσῃ συνόδῳ· τῷ δὲ Ῥώμης ἐπισκόπῳ μόνῳ πόθεν τὸ ταῦτα δύνασθαι; Εἰ δὲ λέγοιεν διὰ τὸ πρωτεῖον, ἀλλ᾽ οὐ τοῦτο τοῖς ἀποστόλοις δοκεῖ· ἀπείρηται γὰρ τῷ πρώτῳ μηδέν τι ποιεῖν τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ κοινῶν, ἀγνοούντων τῶν ἄλλων, ὥσπερ δὴ καὶ τοῖς ἄλλοις, ἂν μὴ καὶ ὁ πρῶτος παρῇ.

237. Φασὶ γὰρ ἐν τετάρτῳ καὶ τριακοστῷ αὐτῶν κανόνι· « Τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλήν, καὶ μηδέν τι πράττειν περιττόν, ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης, ἐκεῖνα δὲ μόνον πράττειν ἕκαστον, ὅσα τῇ ὑπ᾽ αὐτὸν παροικίᾳ ἐπιβάλλει καὶ ταῖς ὑπ᾽ αὐτὴν χώραις· ἀλλὰ μήδε ἄνευ τῆς πάντων γνώμης ποιείτω τι. Οὕτω γὰρ ὁμόνοια ἔσται, καὶ δοξασθήσεται ὁ Θεὸς διὰ Κύριον ἐν Ἁγίῳ Πνεύματι, ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ Ἅγιον ».

238. Οὐκοῦν οἱ μὲν ἐν Κωνσταντινουπόλει Πατέρες | προσθέντες, κατὰ τὰς
fol. 350r ἀποστολικὰς παραδόσεις πεποιηκότες φαίνονται· πάντες γὰρ τοῦτο ποιοῦσι, καὶ οὐκ ἄνευ τῆς τοῦ Πάπα γνώμης, οἰκουμενικὴ γὰρ ἡ σύνοδος. Ῥωμαῖοι δὲ τῶν ἄλλων ἀπόντων καὶ μὴ καταδεχομένων τὴν γνώμην, πάντως μετὰ τοῦ παραβῆναι τὰς τῶν ἀποστόλων παραγγελίας, ἐπὶ τὴν προσθήκην ἦλθον. Καὶ οἱ μὲν Πατέρες ἐκεῖνοι, μηδεμιᾶς ἀπειλῆς προκειμένης, τὴν προσθήκην ἐπῆγον· Λατῖνοι δὲ τῆς τοῦ ἀναθέματος ἐπιτιμίας καὶ σφόδρα δεδιττομένης, μυρίων ἀντιβοώντων, ἐπὶ τὸ τόλμημα ἀφίκοντο. Κἀκεῖνοι μὲν προσέθηκαν ὅτε καὶ αὐτοῖς ἐξῆν καὶ ἄλλοις ὁμοίως ἐκείνοις ἔχουσι· Λατῖνοι δὲ ὅτε οὐχ ἑνὶ μόνῳ, ἀλλ᾽ οὐδὲ συνόδῳ οἰκουμενικῇ συγκεχώρηται. Ὥστε πῶς ἐστι ταῦτα εἰς ἴσον ἐκείνοις ἔρχεσθαι;

239. Καὶ μὴν ἃ μὲν τοῖς Πατράσιν ἐπῆλθε τῷ κατὰ Νίκαιαν προσθεῖναι συμβόλῳ, εἰ δεῖ καὶ τοῦτο εἰπεῖν, σαφῶς ἀνάπτυξις ἦν τῆς διανοίας τῶν ἐν Νικαίᾳ συνεληλυθότων ἁγίων, ὡς καὶ Θωμᾶς μαρτυρεῖ, τὰ αὐτὰ περὶ τούτου τῇ τετάρτῃ συνόδῳ λέγων· ἃ δὲ Λατῖνοι προσθήκην ἑαυτῶν ποιοῦνται, πρὸς τοὐναντίον φέρει τοῖς ὑπὸ τῶν οἰκουμενικῶν διωρισμένοις συνόδων, ὡς διὰ πολλῶν ἐν τοῖς ἄνω δέδεικται λόγοις. Οὐκ ἄρα ταῦτα τὸ ἴσον ἐκείνοις δύναται.

240. Εἰ δὲ λέγοιεν τὸ περὶ τοῦ Πατρὸς λεγόμενον ἀνάγκῃ καὶ περὶ τοῦ
fol. 350v | Υἱοῦ νοεῖσθαι, σόφισμα τὸ τοιοῦτον καὶ σκηνὴ καὶ ἀπάτη λαμπρά. Εἰ μὲν

---

8 in Ms numeris effertur: λδ'.

---

8 FUNK FR. X., *Didascalia et Constitutiones Apostolorum (VIII, 47, can. 34), t. I, p. 572-574.*

quod in secundo Concilio peractum est respectu Symboli in Nicaea constituti. Nam beatis illis Patribus tum addendi tum etiam auferendi ius fuerat, tanquam Oecumenici Concilii membris; Episcopo autem Romano, soli, undenam similis potestas adstruitur? Si autem dicerent, ratione Primatus; attamen non sic Apostolis visum est: prohibent enim ut is, cui Primatus obtigerit, quidquam faciat in Ecclesia circa res omnibus communes, nescientibus aliis; sicut etiam reliqui, nisi Primas quoque consenserit.

237. In ipsorum enim canone trigesimo quarto ita legimus: « Episcopos singularum gentium scire oportet quis inter eos primus sit, eumque existimare velut caput, et nihil magnum sine eius sententia facere; unumquemque autem ea sola agere, quae ad suam parochiam et villas ipsi subiectas pertinent; sed nec praeter omnium conscientiam ille aliquid faciat; sic enim concordia erit, ac glorificabitur Deus per Christum in Sancto Spiritu: Pater et Filius et Spiritus Sanctus ».

238. Ergo cum Patres Constantinopolitani [*fol. 350*ʳ] additionem introduxerunt, iuxta apostolicas traditiones id fecisse ostenduntur. Illud enim omnes simul fecerunt, et quidem non absque Papae cognitione, nam Oecumenica Synodus celebrabatur. At Romani, absentibus ceteris neque sententiis eorum exploratis, apostolicis praeceptis omnino posthabitis, ad additionem suam devenerunt. Insuper Patres illi, cum adhuc nullae exstarent minae, adiunctionem induxerunt; sed Latini, minitante anathematis poena, semel atque iterum illata, innumerisque reclamantibus, in eam audaciam prolapsi sunt. Denique, addiderunt illi, cum et ipsis licebat et aliis, qui similiter ac ipsi essent constituti; Latini vero, cum id nedum uni solummodo, at ne generali quidem Concilio concedebatur. Quanam igitur ratione paritatem invocare possunt?

239. Et revera ea, quae Patribus Nicaeno Symbolo adicere contigit (ut de his etiam loquamur), aperte erat illorum sanctorum Patrum Nicaeae congregatorum explicatio, quemadmodum ipse Thomas confitetur, qui idem circa hoc ac quarta Synodus profert; quam vero Latini additionem suam inferunt, omnino contrariam esse definitionibus Conciliorum Universalium, longe lateque in superioribus dissertationibus declaratum est. Non igitur eadem pro Latinis et Patribus ratio militat.

240. Quodsi ita respondent: quod de Patre affirmatur, necessario etiam de Filio [*fol. 350*ᵛ] intelligendum est; sophisma id esse dico,

γὰρ περὶ τῶν οὐσιωδῶν ὁ λόγος, καὶ πάνυ γε τὸ τοιοῦτον δοίημεν ἄν· εἰ δὲ περὶ τῶν προσωπικῶν, ὁποῖον δὴ καὶ τὸ προβάλλειν ἐστίν, οὐδεμίαν ὁρῶμεν ἀνάγκην Πατρὶ καὶ Υἱῷ ταὐτὰ προσήκειν προσωπικά. Μᾶλλον δὲ πᾶσα ἀνάγκη μὴ τὸ προβάλλειν ἀμφοτέροις προσήκειν οἴεσθαι, ἕως ἂν ᾖ οὐ ταὐτὸν καθ᾽ ὑπόστασιν, ἀλλ᾽ ἕτερον, Πατὴρ καὶ Υἱός. Ὥσπερ γὰρ τὰ προσωπικά, ἀκοινώνητα διαμένοντα, προσώπων ἐμφαίνουσιν ἑτερότητα, οὕτω τῶν αὐτῶν ὄντων, ἕπεται νοεῖν προσώπων ταὐτότητα· διατί γὰρ τὰ μὲν φυσικὰ ταὐτὰ ὄντα καὶ φύσιν χαρακτηρίζουσι τὴν αὐτήν, τὰ δὲ προσωπικὰ ὡσαύτως ἔχοντα οὐκ ἂν δείξαιεν προσώπων ταὐτότητα; Οὐκ ἄρα ἀληθὲς ἁπλῶς, ὡς ἄρα πᾶν τὸ περὶ τοῦ Πατρὸς λεγόμενον, ἀνάγκη καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ νοεῖσθαι.

241. Τὸ δὲ λέγειν πρὸς τὸ τοῦτο προσθεῖναι ἤρκεσεν ἡ τοῦ τῆς Ῥώμης ἀρχιερέως ἐξουσία, παρ᾽ ἧς καὶ τὰς ἀρχαίας συνόδους εὕρηται βεβαιουμένας, πῶς οὐ φορτικόν, καὶ πολέμιον μὲν ταῖς ἀποστολικαῖς διατάξεσι, πολέμιον δὲ τῇ κοινῇ τῆς Ἐκκλησίας εἰρήνῃ; Βεβαιοῦσθαι μὲν γὰρ τὰς ἀρχαίας συνόδους καὶ τῇ τοῦ Ῥώμης ψήφῳ, καὶ πάνυ τοι δίκαιον, οὐδὲ γὰρ ἔξεστι πράττειν οὐδὲν τῶν κοινῶν ἄνευ τῆς τοῦ πρώτου γνώμης· ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ ἴσου fol. 351r οὐκ ἂν | εἴη τὰ τοῦ Πάπα κύρια, ἂν μὴ καὶ ἡ κοινότης τῶν ἄλλων συναναιρῇ, ἀμφότερα γὰρ ὁ ἀποστολικὸς διέξεισι νόμος.

242. Ἂν δὲ τὸν νόμον, ὃς τὴν ἀρχὴν αὐτῷ δίδωσιν, ἀτιμάσας ὁ πρῶτος, τὴν ἑαυτοῦ γνώμην νόμον ἡγῆται, οὐκέτι διὰ τὸ δόγμα τῶν ἀποστόλων δίκαιος ἂν εἴη τὴν ἀρχὴν ἀπαιτεῖν, ἀλλὰ πάντα μᾶλλον ἢ τοῦτο χρὴ προβαλέσθαι. Ἀφειμένων δὲ ἡμῶν τῆς ἀνάγκης τῆς ἐκ τῶν νόμων, κατὰ τίνων τὸ πρωτεῖον τῷ ἐπισκόπῳ τῆς Ῥώμης; ἢ πῶς ἄν τις δίκαια λέγοι ὅτι πρὸς τὸ τοῦτο προσθεῖναι ἤρκεσεν ἡ τοῦ Ῥώμης ἀρχιερέως ἐξουσία; μᾶλλον γὰρ ἂν εἴη δίκαιον λέγειν ὅτι πρὸς τὸ λυθῆναι τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνην ἤρκεσεν ἡ προσθήκη διὰ τὴν αὐτονομίαν τοῦ πρώτου, εἴπερ ἀληθὴς ὁ ἀποστολικὸς λόγος, τό· «οὕτω γὰρ ὁμόνοια ἔσται», ἂν μήθ᾽ ἡμεῖς μήτ᾽ ἐκεῖνος ἀπολίπῃ τὴν τάξιν.

243: Καὶ μὴν τοῦ μὲν πρώτου τῷ συμβόλῳ προσθέντος, οὐ μετὰ τῆς τῶν ἀποστόλων γνώμης, οὐδὲ γὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις τὸ πρᾶγμα δοκεῖ· ἡμῶν δὲ

et tegumentum, et splendidum mendacium. Etenim si de essentialibus sermo esset, utique concederemus illud; at vero cum de personalibus agatur (qualis profecto spiratio est), nullam necessitatem invenimus ad hoc, ut eaedem personales proprietates Patri Filioque conveniant. Imo vero potius necessarium est ut spirativa virtus nequaquam ambobus inesse censeatur, dum idem quoad hypostasim non sint, sed diversi, Pater et Filius. Quemadmodum enim quae personalia sunt, si incommunicata manent, diversitatem Personarum manifestant, sic etiam si eadem sunt, sequitur ut Personarum identitas intelligatur. Cur enim quae naturalia sunt, cum sunt eadem, characterem naturae ipsi inhaerentem ostendere dicentur, quae vero personalia sunt, in eodem casu identitatem Personarum manifestare non poterunt? Non ergo simpliciter verum est dicere, totum illud, quod de Patre intelligitur, de Filio quoque intelligi necesse esse.

241. Illud autem quod asseritur, ad hanc additionem sufficientem fuisse Romani Pontificis potestatem, per quam etiam antiquae Synodi confirmatae esse inveniuntur, quomodo non intolerabile erit, cum et Apostolicis ordinationibus repugnet, et communi Ecclesiae paci bellum inferat? Roborari enim antiquas Synodos etiam suffragio Praesulis Romae, iustum plane fuit, siquidem nihil unquam eorum, quae communia sunt, sine Primatis sententia fieri licet; sed pari modo nulla [*fol. 351ʳ*] Papae haberetur auctoritas, nisi aliorum simul communicatio exciperetur. Utrumque namque apostolica lege cautum est.

242. At vero si is, qui Primas est, legem despicit, quae ipsi principatum obtulit, suamque sententiam pro lege esse arbitratur, non amplius iustum esset Primatum ex decreto Apostolorum exigere; sed quaevis potius quam hoc pro excusatione adducere oportebit. Verumtamen ut argumentum ex legibus petitum relinquamus, contra quos Episcopo Romano Primatus datus est? vel quomodo iure merito dici poterit ad additionem illam sufficientem fuisse Romani Antistitis potestatem? Potius enim recte diceretur sufficiens ad solvendam Ecclesiarum pacem fuisse additionem ponere ob solam Primatis autonomiam, cum verus sit apostolicus sermo, qui ait: « sic enim concordia erit », videlicet, si nec ille nec nos canonis praeceptum praeterierimus.

243. Et re quidem vera, quod per Primatem additio Symbolo facta sit, minime ex Apostolorum mente accidit: neque enim ceteris res

τὴν ἀρχαίαν πολιτείαν ποθούντων, καὶ ὑπ᾽ ἐκείνῳ τετάχθαι προθυμουμένων, μετὰ τῶν ἀποστολικῶν δηλαδὴ διατάξεων, ὡς μήτ᾽ ἐκεῖνον μηδέν τι ποιεῖν ἄνευ τοῦ καὶ ἡμᾶς βούλεσθαι, μήθ᾽ ἡμᾶς ἂν μὴ καὶ αὐτῷ συνδοκῇ. Ἂν ὁ πρῶτος ἀντιλέγῃ καὶ ὕβριν τὸ πρᾶγμα νομίζῃ, τίς ὁ τὴν διαίρεσιν εἰσάγων [fol. 351ᵛ] *καὶ τὴν ὁμόνοιαν λύων, καὶ τὸ πρῶτον, | καὶ τὸ δεύτερον, καὶ ὅλως τὴν τάξιν ἐκ τοῦ μέσου ποιούμενος; Οὐκ ἄρα ὅσα γε ἐκ τούτων τῶν λόγων, οἷς θαρρῶν Θωμᾶς ἤ τις ἕτερος ἐπὶ τὴν ἀπολογίαν ἔδραμεν, ἐλεύθεροι Λατῖνοι τῆς ἐπιτιμίας τοῦ ἀναθέματος δείκνυνται.*

244. *Καὶ τί λέγομεν ταύτην ἢ ἐκείνην σύνοδον, καὶ ὡς τάδε περὶ τοῦ συμβόλου διείλεκται, καὶ ὡς τάδε ἠπείλησε κατὰ τῶν καινοτομῆσαι προελομένων καὶ μέχρι λέξεως, ἀφέντες τὰ περὶ τῆς προσθήκης αὐτῆς πραχθέντα, περὶ ἧς ὁ λόγος νυνί; Ἡ γὰρ μετὰ τὴν ἑβδόμην οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἧς τὸ πλήρωμα Πατέρων ἀριθμὸς ὀγδοήκοντα καὶ τριακοσίων, ὡς Λατῖνοι ἐν τοῖς κανόσι τοῖς ἑαυτῶν φασι, τὴν μὲν τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνην τέλος τῶν ἀγώνων τῶν ἑαυτῆς ποιεῖται, τὴν δὲ προσθήκην ὅτι ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα, ὡς αἰτίαν τῶν σκανδάλων ὑπερόριον ἐκ τοῦ θείου συμβόλου πόρρω που τίθησι. Καὶ οἱ τὸν τόπον δὲ ἐν τῇ οἰκουμενικῇ ταύτῃ συνόδῳ τοῦ Πάπα ἀναπληροῦντες, Παῦλος, φημί, καὶ Εὐγένιος, οἱ ἐπίσκοποι, καὶ Πέτρος καδδηνάλιος καὶ πρεσβύτερος ἡγεμόνες τῶν πραγμάτων τούτων κατέστησαν· καὶ ὁ Πάπας δὲ Ἰωάννης, ἐφ᾽ οὗ τὰ τοιοῦτα, ἐπιστολαῖς καὶ διατάγμασι μετά τινος ἀπολογίας τὰ πεπραγμένα κυροῖ. Ὧν ἁπάντων Λατῖνοι ἀργίαν* [fol. 352ʳ] *κατέγνωσαν μέν, οὐκ οἶδα ἀνθ᾽ ὅτου, μετέγνωσαν δὲ οὐδέπω. Καὶ | ὅτι ταῦτα ἀληθῆ, δῆλον ἐκεῖθεν.*

245. *Ἀπὸ τῆς ἕκτης πράξεως τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ταύτης συνόδου· «Οἱ ἁγιώτατοι πρέσβεις καὶ τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐβόησαν· πρέπον ἐστὶ μὴ ἕτερον ὅρον καινουργηθῆναι, ἀλλ᾽ αὐτὸν τὸν ἀρχαῖον καὶ ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κρατούμενόν τε καὶ δοξαζόμενον ἀναγνωσθῆναί τε καὶ ἐπιβεβαιωθῆναι». Καὶ πάλιν ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐν τῇ παρούσῃ ἕκτῃ πράξει ἐξεφωνήθη ὁ κοινὸς ὅρος, ἤτοι τὸ ἅγιον τῆς πίστεως σύμβολον, καὶ ἔχει οὕτως ὡς ἔχει σήμερον· καὶ παρόντων τῶν ἀπὸ Ῥώμης καὶ τῶν λοιπῶν μεγάλων θρόνων, οὐδαμοῦ παραβλαβῇ εἰς τὸ «τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορευόμενον». Καὶ πάλιν· «Διὸ τὸν ἐξ ἀρχῆς τῆς πίστεως ὅρον πόθῳ θείῳ καὶ διανοίας εὐθύτητι ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος ἐνστερνιζομένη τε καὶ θειάζουσα καὶ τὸ τῆς σωτηρίας στερέωμα ἐν αὐτῷ θεμελιοῦσά τε καὶ ἀνεγείρουσα, οὕτω φρονεῖν καὶ κηρύσσειν πᾶσιν ἐκβοᾷ·*

---

19 forma usitatissima apud Graecos; legas *καρδινάλιος*. 25 *καὶ τοποτηρηταί*] add. textui citato.

---

25 *Pseudo-Synod. Phot. an. 879/80, Act. VI:* MANSI *17, 516 A.* 32 MANSI *17, 516 CD.*

probatur. Nos vero antiquam rerum oeconomiam desideramus, et prompti sumus ut subiciamur ipsi, dummodo, videlicet, apostolicae ordinationes impleantur, ita ut neque ille, repugnantibus nobis, quidquam facere audeat, nec nos pariter, illo renuente. Si igitur is, qui Primas est, opponitur, et rem velut iniuriam reputat, quisnam est, quaeso, qui divisionem introducit animorumque concordiam dissolvit? nonne ille, qui primam [canonis] partem [*fol. 351ᵛ*] et alteram et, uno verbo, ordinationem totam e medio tollit? Ergo nequaquam, quantum ex illis verbis eruitur, quibus confidens Thomas vel quivis alius ad defensionem Latinorum occurrit, ab anathematis probro hi liberari videntur.

244. Verum enim vero quid hanc illamve Synodum dicimus, quali sc. ratione disseruerint de Symbolo, et quales poenas minitatae sint illis, qui novi aliquid, vel unam syllabam, introducere audent, cum ea, quae peracta sunt circa additionem ipsam, de qua loquimur, relinquere videamur? Nam Oecumenica exstat Synodus, ea, scilicet, quae post septimam est habita; cuius integer Patrum numerus (ut Latini ipsi in propriis canonibus aiunt) ad octoginta supra trecentos elevatus est. Haec igitur, cuius scopus in tentandis mediis ad Ecclesiarum pacem restituendam consistebat, additionem hanc, nempe quod ex Filio Spiritus sit, velut scandalorum causam, extorrem e divino Symbolo quam longissime fecit. Qui vero locum Papae in hac Oecumenica Synodo obtinebant, id est, Episcopi Paulus et Eugenius et Petrus Presbyter Cardinalis, totius negotii praesides habebantur. Quin imo Ioannes ipse Papa, sub quo haec accidebant, litteris et edictis missis cum apologia quadam, ea quae facta sunt, auctoritate sua roboravit. Age iam, horum omnium segnitiem, nescio quare, Latini quidem improbarunt; sententiam autem nunquam mutaverunt. Quanta autem [*fol. 352ʳ*] haec omnia veritate fulciantur, ex sequentibus patebit.

245. Ex Actione sexta sanctae huius et Universalis Synodi: «Sanctissimi Legati (et locum tenentes) antiquae Romae dixerunt: ... expedit ut non alia formula de novo cudatur, sed ipsa vetus et toto terrarum orbe recepta et glorificata, legatur et confirmetur ». Et rursus in hac eadem sexta Actione pronuntiatum ab ipsis est communi definitione sacrosanctum Fidei Symbolum, quod quidem eodem modo sonabat ac illud quod nunc habetur, in quo, praesentibus Romanis illis ceterisque magnorum thronorum, nullatenus inculpatum est illud: « ex Patre procedentem ». Deinde: « Quamobrem Fidei definitionem, quae fuit ab initio, divino affectu et rectitudine mentis, sancta et Oecumenica haec Synodus complectens et celebrans, et

'Πιστεύω εἰς ἕνα Θεόν.... ' καὶ τὰ [ἑ]ξῆς τοῦ θείου συμβόλου ἄχρι τέλους». Καὶ πάλιν· «Μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τοῦ θείου συμβόλου ὁ παρὼν ἱερὸς σύλλογος ἐξεβόησεν· πάντες οὕτω φρονοῦμεν, οὕτω πιστεύομεν, ἐν ταύτῃ τῇ ὁμολογίᾳ ἐβαπτίσθημέν τε καὶ τοῦ ἱεροῦ βαθμοῦ ἠξιώμεθα. Τοὺς ἑτέ- fol. 352v *ρως παρὰ ταῦτα φρονοῦντας ὡς ἐχθροὺς Θεοῦ καὶ τῆς ἀληθείας ἡγού|μεθα. Εἴ τις παρὰ τοῦτο τὸ ἱερὸν σύμβολον τολμήσει ἕτερον ἀναγράψασθαι ἢ ὑφελεῖν, καὶ ὅρον ὀνομάσαι ἀποθρασυνθείη, κατάκριτος καὶ πάσης χριστιανικῆς ὁμολογίας ἀπόβλητος· τὸ γὰρ ἀφαιρεῖν τι ἢ προστιθέναι, ἀτελῆ τὴν εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα μέχρι σήμερον ἀνέκαθεν κατιοῦσαν ὁμολογίαν ἡμῶν δείκνυσι, καὶ τῆς τε ἀποστολικῆς παραδόσεως καὶ τῆς τῶν Πατέρων διδασκαλίας καταγιγνώσκει. Εἴ τις τοίνυν εἰς τοῦτο ἀπονοίας ἐλάσας τολμήσει, ὡς ἀνωτέρω λέλεκται, ἕτερον ἐκθέσθαι σύμβολον καὶ ὅρον ὀνομάσαι, ἢ προσθήκην ἢ ὑφαίρεσιν ἐν τῷ παραδεδομένῳ ἡμῖν παρὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς μεγάλης συνόδου ποιῆσαι, ἀνάθεμα ἔστω». Καὶ ταῦτα μὲν ἡ σύνοδος, καὶ οὕτω φανερὰ καὶ φρίκης μεστά, περὶ τῆς ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκης, περὶ ἧς ἡμῖν τε καὶ Λατίνοις ὁ λόγος· ὁ δὲ τῆς 'Ρώμης ἐπίσκοπος, ὁ μακάριος 'Ιωάννης, ἐφ' οὗ τοιαῦτα γέγονε, Φωτίῳ γράφων περὶ τῶν τοιούτων τοιάδε φησίν.*

246. *'Απὸ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ Πάπα 'Ιωάννου πρὸς τὸν ἁγιώτατον Φώτιον, πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως· «Καὶ γὰρ ἡ σὴ ἀδελφότης ἐπίσταται ὡς, ὅταν παρεγένετο πρὸς ἡμᾶς ὁ μικρὸν ἔμπροσθεν ἀποσταλεὶς παρ' αὐτῆς, καὶ περὶ τοῦ ἁγίου συμβόλου ἡμᾶς ἐδοκίμασεν, εὗρεν ἀπαράτρωτον* fol. 353r *καθὼς ἀρχῆθεν | παρεδόθη ἡμῖν διατηροῦντας, καὶ μήτε προστιθέντας τι ἢ ἀφαιροῦντας, ἀκριβῶς εἰδότας ὡς τοῖς τὰ τοιαῦτα τολμῶσι βαρεία καταδίκη ἀναμένουσα ἀπόκειται. Καὶ πάλιν οὖν παραδηλοῦμεν τῇ αἰδεσιμότητί σου, ἵνα περὶ τοῦ ἄρθρου τούτου, δι' ὃ συνέβη τὰ σκάνδαλα μέσον τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, ἔχῃ πληροφορίαν εἰς ἡμᾶς ὅτι οὐ μόνον λέγομεν τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρῶτον θαρρήσαντας τῇ ἑαυτῶν ἀπονοίᾳ τοῦτο ποιῆσαι, παραβάτας τῶν θείων λόγων κρίνομεν, καὶ μεταποιητὰς τῆς θεολογίας τοῦ δεσπότου Χριστοῦ καὶ τῶν λοιπῶν Πατέρων, οἳ συνοδικῶς συνελθόντες παρέδωκαν τὸ ἅγιον σύμβολον· καὶ μετὰ τοῦ 'Ιούδα αὐτοὺς τάττομεν, ὅτι καὶ ταὐτὸν ἐκείνῳ τετολμήκασιν, οὐ παραδόντες εἰς θάνατον τὸ κυριακὸν σῶμα, ἀλλὰ τοὺς πιστούς, οἵτινές εἰσιν ὡς μέλη τοῦ σώματος αὐτοῦ, διασχίσαντες καὶ διατεμόντες ἀλλήλων, καὶ οὕτως αἰωνίῳ παραπέμψαντες θανάτῳ, καὶ μᾶλλον ἑαυτούς, ὡς ἐποίησεν ὁ ῥηθεὶς οὐκ ὀρθὸς μαθητής, ἀποπνίξαντες».*

---

1 in Ms ἐξῆς.

---

2 MANSI *17, 517 A.* — *Notare velis post verba* παρὰ ταῦτα φρονοῦντας, *transitum facere* CABASILAM *ad Actionem VII, cuius sunt reliquae citationis clausulae (ibid., 520 E-521 A).* 20 *Epist. (spuria) Ioannis VIII ad Photium:* MANSI *17, 525 AC.*

salutis soliditatem super eam fundans et aedificans, sic sentire et praedicare omnibus clamat: 'Credo in unum Deum, (Patrem omnipotentem)', et reliqua usque ad finem ». Et post quaedam: « Post lectionem (divini Symboli), qui praesens aderat sacer coetus exclamavit: Omnes ita sentimus, ita credimus, in hac confessione baptizati sumus et sacerdotali gradu digni habiti sumus. Qui praeter haec aliter sentiunt, velut inimicos Dei et veritatis reputamus. [*fol. 352*^{v}] Si quis praeter hoc sacrum Symbolum ausus fuerit alterum conscribere, vel proponere, vel detrahere, et definitionem appellare praesumpserit, sit condemnatus, et ab omni christiana confessione eiectus. Detrahere enim vel adicere, imperfectam erga sanctam et consubstantialem Trinitatem, quae usque in hanc diem a maioribus descendit, confessionem nostram ostendit: et Apostolorum traditionem et Patrum doctrinam condemnat. Si quis igitur eo amentiae provehatur, ut ausus fuerit, quemadmodum superius dictum est, alterum exponere Symbolum, et definitionem appellare, aut adicere vel demere in tradito nobis a sancta et Oecumenica (Nicaeae prima) magna Synodo, anathema sit ». Haec quidem Synodus de additione ad Symbolum pronuntiavit, de qua nunc nobis cum Latinis quaestio est, quae adeo sunt clara, ut horrorem incutiant; episcopus autem Romae, beatus Ioannes, sub quo haec habebantur, in litteris ad Photium de his omnibus datis, ita scribit.

246. Ex epistula Papae Ioannis ad Photium sanctissimum, Patriarcham Constantinopolitanum: « ... Novit enim fraternitas tua quod, quando accessit ad nos qui non ita pridem a te missus est, de sancto Symbolo nostram sententiam perscrutatus est; et invenit illaesum [illud], quemadmodum a principio [*fol. 353*^{r}] traditum est nobis, servasse nos, nihil addentes, nihil auferentes: quippe qui recte noverimus quod, qui audent talia, hos gravis condemnatio manet. Iterum igitur tuae reverentiae significamus, ut de hoc articulo, ob quem suborta sunt scandala inter Ecclesias Dei, certam persuasionem de nobis habeas, quod non solum illum non dicimus, sed etiam eos, qui primum ausi sunt sua insipientia hoc facere, praevaricatores esse censemus divinorum oraculorum: qui pervertunt sacram doctrinam Domini Christi (et Apostolorum) ac ceterorum Patrum, qui synodice convenientes tradiderunt sanctum Symbolum. Hos cum Iuda collocamus, quoniam idem ac ille scelus ausi sunt admittere; non quidem morti tradentes Corpus Dominicum, sed fideles, qui sunt membra Corporis Eius, discidentes et dissecantes invicem, et sic in sempiternam mortem illos deducentes, vel se ipsos potius, ut fecit praedictus perversus discipulus, strangulantes ».

247. *Ἔστιν οὖν ὅστις ἔτι τὴν τοῦ Πάπα γνώμην καὶ τὸ πρωτεῖον καὶ τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτοῦ προβαλεῖται, οὕτω τῆς προσθήκης ἀπεληλαμένης παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου; Οὐκ ἄρα δόξουσι Λατῖνοι νοῦ καὶ φρενῶν ἄνδρες εἶναι, οὐδ' ὑγιαίνειν τὸν νοῦν, οὐδὲ πρὸς ἑαυτοὺς συμβαίνειν, καταλύειν ἐπιχειροῦντες ἃ καλῶς ᾠ|[fol. 353v]κοδόμησαν· ἀλλὰ παίζειν ἐν οὐ παικτοῖς καὶ ἄντικρυς κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς. Οὐκοῦν ἢ τὴν προσθήκην διαγραψάτωσαν, ἢ φροντιστέον ἐστὶ τίς ἂν αὐτοῖς δικαία πρόφασις γένοιτο ἐν τῇ κοινῇ τῆς ἀπολογίας ἡμέρᾳ, προφέροντος αὐτοῖς τοῦ δικάζοντος τὴν αὐτονομίαν καὶ τὸ σῶμα διεσπασμένον τὸ ἑαυτοῦ, ἥτις ἐστὶν ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, καὶ τοὺς τῶν ἀποστόλων νόμους, καὶ τὸν ἀπ' αὐτοῦ χωρισμόν, ὃν αὐτοὶ καθ' ἑαυτῶν ἤξαντο ἐν τοῖς κοινοῖς συνεδρίοις, τὴν ἡγεμονίαν τῶν ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἀναδέχομενοι.*

248. *Ἀλλὰ μήτε τοῦτο γένοιτο, Παράκλητε ἀγαθέ!, μηθ' ἡμᾶς περιΐδοις εἰς ὦτα κωφῶν ᾄδοντας· ἀλλὰ τοῖς μὲν τὴν σὴν ἐπίγνωσιν δίδου κατὰ τὰς ἱερὰς παραδόσεις, ἃς αὐτὸς τοῖς ἀποστόλοις ἐνέπνευσας, ἡμῖν δὲ μὴ ζημιωθῆναι τούτους, ὧν ὁ χωρισμὸς οὕτως ἑκατέρους διέθηκεν, ὡς ἀγνοῆσαι μὲν ἀλλήλους, ἐλεεινῶς δὲ κατ' ἀλλήλων ὁπλίζεσθαι, κέρδος δὲ οἰκεῖον ἑκατέρους νομίζειν τὰς ἀλλήλων συμφοράς. Ὁρᾷς, Κύριε, τὸν χρόνιον τῶν Ἐκκλησιῶν σου πόλεμον· βράβευσον ἡμῖν εἰρήνην! στῆσον τὴν καταιγίδα! Ἐπιγνοίημεν ἀλλήλων τῇ χάριτί σου, μὴ διατέλους ἀγνοήσαιμεν τὸ τῆς ἀγάπης μυστήριον μηδὲ τὴν οἰκονομίαν | [fol. 354r] τοῦ ὁμοουσίου σου καὶ συμφυοῦς Λόγου. Μηδὲ διαπέσοιμεν τῆς θειοτάτης εὐχῆς, ἣν αὐτὸς ὑπὲρ ἡμῶν ηὔξατο ἐπὶ τὸ ἑκούσιον ἐρχόμενος πάθος· ἵνα ὦμεν ἕν, ἵνα συνῶμεν ἀλλήλοις, ἵνα φρονῶμεν ταὐτά, ἵνα ζῶμεν σοι καὶ τῷ ἀνάρχῳ προβολεῖ σου, Πατρί, καὶ τῷ Μονογενεῖ αὐτοῦ, Λόγῳ. Σὺ γὰρ εἶ ἡ ζωή, ἡ ἀγάπη, ἡ εἰρήνη, ἡ ἀλήθεια, ὁ ἁγιασμός· καὶ παρά σου πᾶσι ταῦτα πλουσίως ἐκκέχυται, καί σε προσκυνοῦντες δοξάζομεν εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.*

Δόξα σοι, ὁ Θεός!

---

23 *in his, quae sequuntur, ad multiplices Scripturae locos allusionem inveniri fas est:* Io. *XVII, 11, 21-22;* Rom. *XII, 16; V, 5; XV, 30;* Gal. *V, 22;* Rom. *I, 4;* I Petr. *I, 2.*

247. Ecquis igitur erit adhuc, qui sententiam Papae eiusdemque Primatum et auctoritatem in medium proferre audeat, cum ita a Sancta Synodo expuncta additio sit? Minime ergo credentur Latini prudentes et cordati esse homines, neque sanam mentem habere, neque sibimetipsis consonare, si dissolvere conantur ea, quae recte [*fol. 353*[v]] aedificaverunt; sed e contrario in rebus non puerilibus ludere, at contra suum ipsorum caput, videbuntur. Deleant ergo additionem illam; vel secus cogitanda est quaenam ipsis excusatio digna erit in communi iudicii die, cum Iudex eis autonomiam suam suumque dilaceratum corpus, Ecclesiam dico Dei, proferet. Apostolorum leges proferet quoque, et separationem a Se indicet, quam contra semetipsos ominati sunt ipsi, qui in communibus consessibus ecclesiasticorum negotiorum directionem receperunt.

248. Attamen, o Paraclite bone!, ne unquam haec fiant, Te deprecamur, neque aspicias ad aures surdorum nos canere. Praebeas potius illis cognitionem Tui, secundum sacras traditiones, quas Ipse Apostolis inspirasti; nobis autem concede ne ii puniantur, qui per excisionem adeo alieni ad invicem collocati sunt, ut et mutuo sese ignorent, et miserandum in modum alii in alios tela coniciant, aliorum calamitates proprium uniuscuiusque lucrum iudicantes. Videas ergo, Domine, Ecclesiarum tuarum pugnam tam diuturnam, nobisque bravium pacis largiri et turbulentam procellam sedare velis. Utinam per gratiam Tuam mutuam intelligentiam habeamus, ne in perpetuum Amoris mysterium ignoremus et Verbi, Tibi [*fol. 354*[r]] consubstantialis eiusdemque naturae, Oeconomiam. Ne excludamur, quaesumus, ab oratione illa divinissima, quam ipse Dominus pro nobis fudit, cum ad Passionem suam voluntariam properabat: ut unum simus, ut ad invicem uniamur, ut eadem sapiamus, ut vivamus Tibi, et Patri, qui sine principio est, Productori Tuo, et Unigenito eius Verbo. Tu enim vita et amor es, et pax, et veritas, et sanctificatio. Haec igitur large a Te pro omnibus profluant, et adorabimus Te et in saecula glorificabimus. Amen.

GLORIA SIT TIBI, DEUS!

INDICES

I

INDEX INTRODUCTIONIS HISTORICO-THEOLOGICUS

Numeri paginas referunt. Inter uncinos ( ) indicantur: Pars Introductionis, caput et, ubi opus est, numeris parvis, paragraphus. P = Prooemium in III Parte: A = Appendix; C = Conclusio.

II

INDEX IDEOLOGICUS TEXTUS

Datur « Synopsis », instar Summarii, diversorum capitum operis Nili Cabasilae. Numeri communes, paginas; **crassiores,** *numeros marginales textui additos referunt. Ordine capitum et numerorum marginalium proceditur.*

Prooemium de syllogismis
188-244

THESIS: Res divinae demonstrationem non patiuntur; ideo, quoad illas, syllogismi nullius roboris sunt, **1.**

Quod quidem patet

A) *Scriptura sacra,* 188-190: efficacia Crucis, **2**; premium fidei, **3**; donum Spiritus Sancti, **4**; promissiones domini, **5**; sapientia mundi stulta, **6.**

B) *Patrum traditione,* 190-194. Dionysius Areopagita: nihil audendum de Deo dicere, nisi Scripturis fulciatur, **6**; quae in Deo clarissima sunt, intelligentiam creatam superant, **7.** Basilius: fides demonstrationem excludit, **8, 10.** Nazianzenus: ne quaeramus vivos inter mortuos, **9.** Chrysostomus: arma carnalia demoliamur, **9.** Ergo vanum est spem in syllogismis collocare, **11.**

C) *Etiam ipso Thoma,* 194-200: Alia in Deo pervia rationi, alia impervia, **12-13.** Etiam in illis, quae rationi pervia sunt, ratiocinium imperfectum est, **14-18.** Ergo solum in rebus divinis argumentum cogens dat fides; sola Scriptura erroribus non subiacet (Augustinus), **19.**

D) *Ratione,* 200-212: Res divinae subiacere non possunt *a*), 200-206, syllogismis demonstrativis, **20.** Nam 1) nihil assignari potest, quod sit prius vel notius mysterio Trinitatis, **20**; vel 2) univoce cum ipsa praedicetur, **21.** Neque dogma Trinitatis initium cognitionis suae a rebus sensibilibus repetit, **22**; et captum intellectus humani et angelici superat, **23.** Item, divinae res sub definitionem non cadunt, **24**; neque potentialitatem aut limitationem habent ullam, **25**; non possunt ab aliqua causa dependere, **26-27.** Denique conclusio apodictice certa non obtinebitur, **28.**

Neque subiacent res divinae *b*), 206-210, dialecticis syllogismis, **29**: ex eorum natura (Aristoteles), **30.** Hinc exponuntur rationes cur deserendi sint: traditio, **31**; conformatio ipsa latinorum syllogismorum, **32**; praedicatio fidei non in sapientia verbi, **33.**

Ergo, 210-212, syllogismi Latinorum, cum neque demonstrativi neque dialectici sint, sophistici plane erunt, **34**; ergo modus agendi ipsorum iniustus est, **35.** Ipse autem (Nilus) vel syllogismos non adhibuit, vel non nisi recte, exemplo Patrum, **36.**

E) *Septem Latinorum obiectionibus,* **37,** responsio datur, 214-244.

Ad 1), 214-216: non omnis veritas syllogismis paritur, **38.**

Ad 2), 216-224: pro processione Spiritus Sancti ex Filio, syllogismus non habetur, utramque praemissam ex Scriptura sumens; neque ex Aristotele ostendi potest syllogismum non

homogenearum praemissarum concludendi vi pollere. **39**, Praemissae enim vel eiusdem generis sint oportet, vel tales, quae eisdem axiomatibus ad demonstrandum gaudeant (ex Aristotele), **40**. Iam, scientia de Deo sub nulla alia constitui potest, **41**; neque syllogismus ex praemissis veris, sed quarum una ex Scriptura, alia ex naturalibus sit, necessario veram conclusionem educet (exempla duo), **42**. Praeterea conclusio sequitur peiorem partem, ergo veritas aliqua naturalis educetur, non dogma Trinitarium, **43**. Aliunde non ostenditur veritatem illam naturalem etiam de supernaturalibus intelligi, **44**; vel secus, nihil erit in divinis, quod scientiam naturalem superet, **45**. Neque sufficit, si inter supernaturalem et naturalem praemissam proportio analogiae dari supponatur, **46**; ut patet ex ipso Thoma, **47**, et ex exemplo ab Aristotele contemplato, **48**.

Ad 3), 226: in divinis non obtinet (sicut quandoque in naturalibus) demonstrationem ad priora a posterioribus ducere, **49**.

Ad 4), 226-228: potest de Deo syllogistice disputari, sed nequaquam demonstrativo modo, scilicet si ea sumuntur, quae adversariis probantur, **50**.

Ad 5), 228-230: non licet paritatem invocare inter demonstrationem alicuius rei singularis et Dei (ex Dionysio), **51**. Res enim singularis subiacet universaliori cuidam conceptui, non vero Deus, **52-53**.

Ad 6), 230: etiam in naturalibus essentia non attingitur demonstratione, **54**.

Ad 7), 232-243: Patres syllogismis, etiam demonstrativis, usi sunt; sed videndum est quandonam et contra quos, **55**. Pro rebus autem divinis Nazianzenus eos deploravit, **56-58**, et haereticorum vi in Ecclesiam introductos esse dixit, **59**. Chrysostomus et Basilius nos docent meritum fidei syllogismis evanescere, **60**. Ergo ipsi cum armis Evangelii non componuntur, **61-62**. Videndum ergo est qua oeconomia Patres illos usurpaverint, **62**, sicut oeconomia usus est Paulus, dum quasdam iudaicas praescriptiones aliquando servavit, **63**. (Imo, debilitatem syllogismorum vel ipsemet Thomas agnovit, **64-66**; ergo conclusio contra ipsum educenda erit, **67-68**). Itaque Patres syllogismis utuntur, non cum dogmata exponunt, sed cum adversarios arguunt, **68**, ut Nazianzenus, Chrysostomus, ipse Thomas ostendunt, **69**. Ceterum syllogismi illi non demonstrativi, sed dialectici erant, **70**, vel improprie demonstrativi, **71**.

His itaque positis, ad refutationem singulorum syllogismorum deveniendum iam erit, 244, **72**.

Caput XXXV – Syllogismus 1
244-246

S. THOMAS: Filius et Spiritus distinguuntur. Sed quaevis distinctio per aliquam oppositionem fit. Personae autem divinae non possunt habere oppositionem nisi relativam originis. Ergo, **73**.

NILUS: *a*) indirecte. Syllogismus hic perniciosus, inutilis, **74**, imo sophisticus est, **75**; *b*) directe, **76**. Nihil probat: nam eius praemissa maior, id est, universalior (minor, quoad nos) falsitate laborat. Nempe:

A), 250-254: multas patitur exceptiones, v. gr. distinctionem angelorum et animorum inter se, **77-78**; vel unius speciei ab alia, **79**. At in angelis quidem neque contrarietas neque species diversae sunt, **80**; ratio vero inclinationis ad materiam proprii corporis, quae ad distinctionem animorum separatorum affertur, ridicula est, **81**, neque Aristoteli cognita, **82**.

B), 254-256: praeter assignatas a Thoma datur quoque distinctio contrarietatis etiam in divinis, **83-85**.

Ergo nihil ipsi valet argumentum, **86**.

C), 256-264: Filius et Spiritus distinguuntur diverso modo, quo a Patre procedunt, **87**, non autem relativa oppositione. Probatur: *a*) Scriptura, **88**; *b*) Traditione (Iustinus, Nazianzenus, Damascenus), **89**. Quodsi modus hic distinctionis non admittitur, confusio habebitur divinarum Personarum, **90-91**. Neque potest dici distinctionem hanc modorum exsistentiae insufficientem aut imperfectam esse, **92**. Nam Patribus (Dionysio) sufficientissima apparebat, **93-94**; imo et ipsi Domino in Evangelio, **95**. *c*) Patet praeterea ratione theologica, quia ipsa (eaque sola) salvantur duo, quae in Trinitate salvanda sunt: Filios duos non esse, et Filium a Spiritu distingui, **96**. Demum, quia haec distinctio optime per proprietates personales divinas Personas discernit, **97**.

D), 266-274: Thomas opponitur Ecclesiae Doctoribus, **98**; et, modorum exsistentiae diversitate pro singulis Personis divinis ex Patribus asserta (Basilio, **99**; Nazianzeno, **100**; Damasceno, **101**), obiectio Latinorum solvitur, **102**. Quare iterum oppositio Thomae et Patrum (Iustinus) inducitur, **103-104**; et asseritur distinctionem relativam originis minus aptam esse, quia simul Personas divinas unit; dum alia, quae ex diversitate modorum exsistentiae est, solum discernit, **105-106**. Haec igitur praeferenda est, **106**, quae ceterum sola Patribus (Dionysio, Nazianzeno) nota erat, **107**.

E), 274-276: posset argumentum retorqueri, et ostendi non Filium causam Spiritus esse, sed Spiritum Filii, **108**; neque valerent responsiones obviae Latinorum, quia demonstratum est Spiritum Sanctum non ratione causae vel proprium Filii nominari vel ab eo tribui, **109**, et solum Patrem fontem et causam divinitatis esse, **110**.

Caput XXXVI – Syllogismus 2
276-286

LATINOPHRONES: Opponuntur generare et gigni, spirare et procedere. Atqui generare et spirare non sufficiunt ad Personarum divinarum distinctionem. Ergo neque gigni et procedere, nisi inter haec relatio originis unius ab alio detur, **111**.

NILUS: Haec quoque ratio (correlationis quattuor terminorum), etiam in naturalibus, fallax est, **112**.

A), 278-282: cum non sit regula generalis (solum enim de aliquibus vera est), argumentum cogens non obtinetur, **113**; exceptiones enim dantur, v. gr.: *a*) non licet indiscriminatim hos terminos permiscere: increatum et incorruptibile, creatum et corruptibile, **114**; *b*) neque illos: linea recta et pars eius, circulus et pars eiusdem, **115**; vel illos: creator et generans, creatio et esse genitum, ita ut reciprocatio detur inversis quomodolibet terminis, **116**. Neque potest dici in hoc postremo casu distinctionem materialem intercedere, quia tunc sic argueretur: ponatur creatio solummodo cogitata, et inversione illa terminorum educeretur Filium ab ea non distingui, **117**.

B), 282-284: falsa est etiam minor propositio, quia ea, quae in una eademque persona cogitantur, ad distinctionem sufficiunt, **118**. Quodsi hypothesis Thomae (Latinophronum) paulo evolvitur, consectaria absurda fluunt: vel enim spirare et gigni contradistinguent Patrem et Filium, **119**, vel generare et procedere Patrem et Spiritum minime divident, si opposita his, id est, gigni et spirare in una Persona Filii adesse putantur, **120**. Sed hoc eversio totius christianae theologiae est, **121**.

C), 284-286: sed neque argumen-

tum valet, etiamsi concederetur nullam ipsum in naturalibus exceptionem pati; praemissae enim illius non proprie theologiae sunt, **122**, vacuitatem continent, **123**, et iam in praecedenti capite fundamentalem refutationem acceperunt, **124**.

Caput XXXVII – Syllogismus 3
286-290

S. THOMAS: In divinis relationes, quae non habent oppositionem ad invicem, in una Persona inveniuntur (paternitas, activa spiratio). Ergo filiatio et processio in duabus Personis non invenirentur, sed in una solum, nisi haberent oppositionem. Sed haec oppositio non nisi originis esse potest, **125**.

NILUS: Probatio haec similis est est praecedenti, sed adhuc debilior, cum axioma illud correlationis hic desit, **126**.

Videlicet, plura dantur intelligi, quae hanc originis oppositionem non servant, et tamen, etsi procedunt ab uno, diversa inter se sunt (creaturae et Filius; fructus terrae et domus ab agricola aedificata; illuminatio et calefactio ab igne productae), **127**. Imo etiam in Trinitate, in qua diversi exsistentiae modi uni Personae convenire nequeunt, **128**; ipseque Thomas concedit generationis et processionis modos esse diversos, **129**, concedere autem insuper debet non eos quomodolibet vel accidentaliter diversos esse, sed nimirum exsistentiae diversitate, **130**.

Caput XXXVIII – Syllogismus 4
290-294

S. THOMAS: Distinctio eorum, quae in aliquo communi conveniunt, debet haberi per aliquam differentiam, quae per se pertineat ad illud commune. Iam vero haec differentia in distinctione Spiritus a Filio (qui conveniunt in hoc, quod sint ab alio) concipi nequit nisi eiusdem generis, id est, originis unius ab alio. Ergo Spiritus est a Filio, **131**.

NILUS: Huius ratiocinii tam maior quam minor propositio deneganda erit, **132**. Et quidem

A), 292: maior syllogismi *a*) ex naturalibus sumpta est (non ergo aptatur rebus divinis); *b*) solum particulari veritate gaudet, **133**, cum exceptiones eidem assignari possint (aries et hircus, equus et asinus, **134**; Petrus et Andreas fratres, fuscum et album, generare et spirare et mundum condere, **135**).

B), 292-294: minor pariter non procedit, nam *a*) in arianismum logice ducit, **136** (deserenda igitur huiuscemodi ratiocinatio est, **137**); *b*) differentia essentialis, qua Filius et Spiritus ab invicem discernuntur, sufficienter per modos diversos ipsorum exsistentiae datur. Quid enim aliud esset requirendum? **138**.

Caput XXXIX – Syllogismus 5
294-310

S. THOMAS: Diversi originis modi vel per principium, vel per terminum, vel per subiectum distinguuntur. Sed divinae processiones ex parte termini vel ex parte subiecti discriminari periculosum in fide et absurdum est. Ergo ex parte principii differant oportet, ita ut Filius a solo Patre, Spiritus

Sanctus autem a Patre et Filio procedat, **139**. [1]

NILUS: Recapitulatione facta argumentationis Aquinatis, **140**, retorquetur syllogismus, siquidem eisdem praemissis, supposita exsistentia Spiritus Sancti ex solo Patre, posset educi Filium ex Patre et Spiritu prodire, **141**. Attamen potior, eaque triplex, confutatio evolvitur, scilicet:

A), 298-304: *a*) impetitur maior syllogismi, quae non ex Scriptura, neque ex Doctoribus Ecclesiae desumitur, **142**, ac proinde convincens argumentum non dabit, **142-143**, iuxta doctrinam alias ab ipso Thoma traditam, **143**. *b*) Maior haec supponit cognoscibilem modum, quo divinae processiones fiunt, qui tamen prorsus ignotus manet, cum Patres (Nazianzenus, Damascenus) solummodo factum (ex Scriptura constans) earumdem diversitatis exposuerint, **144-145**. Unde Latini absurda et haereticis opinionibus proxima tradunt, **146**, omnino quidem falsa, **147**, imo etiam inutilia, quia haec terrena ad supernaturale mysterium non aptantur, **148**.

B), 304-308: syllogismus hic condicionatus seu disiunctivus est, at perperam factus, nam *a*) nulla est oppositio inter terminum, subiectum et principium, ita ut, duobus reiectis, tertium in conclusione educatur, **149**; *b*) non omnes modi diversarum originum sub illa triplici partitione comprehenduntur, etiam in naturalibus, ut puta, si quaestio est de angelis, vel animis, vel de diversis numeris ab unitate procedentibus, **150**. Neque paritas est inter generationem duorum fratrum ex uno patre (discrimen ex parte subiecti), vel equi et bobis (ex parte termini), **151**, et ineffabiles illas divinas processiones, quae exsistentiae ratione omnino eaedem sunt, diversae autem modo, quo fiunt. (Exemplum illustrans: generatio ex Adamo Evae et Seth). Quam quidem differentiam, quae secundum diversos modos exsistentiae in divinis statuitur, quaeque, etiam admissa origine Spiritus Sancti ex Patre Filioque, adhuc requireretur, Thomas in partitione syllogismi sui iniuria praetermisit, **152**.

C), 308-310: quaeritur ulterius, si quis gratis etiam concederet processiones divinas ex parte principii discriminari (quae est conclusio syllogismi): nonne sic duo omnino principia divinitatis admittere coguntur Latini? **153**. Nos, e contrario, dicere possemus Filium et Spiritum ratione principii discriminari, quia Pater, qua Pater, Filii generationem efficit, qua Productor autem, Spiritus processionem. Ceterum, quae his opponerentur, facile diluuntur, **154**.

---

[1] Sic CABASILAS in compendium redegit Angelici argumentationem. At animadvertere iuvat, 1° S. THOMAM syllogismum hunc explanasse, ut ostenderet idem esse, si quis diceret distinctionem Spiritus Sancti a Filio non idcirco provenire, quia ipse a Filio sit, sed quia diversus sit modus procedendi amborum a Patre (unde CABASILAS non recte affirmare potuit — num. 152 — differentiam illam modorum exsistentiae praetermissam esse). 2° Additum insuper fuisse ab Aquinate non sufficere ad distinctionem Spiritus et Filii explicandam, si quis iterum diceret Filium per modum intellectus procedere, Spiritum vero per modum voluntatis, nisi simul dicatur Spiritum a Filio esse. De his autem in refutatione Cabasiliana nihil habetur; inde, fortasse, quia haec in syllogismo sequenti attingenda erant.

Caput XL – Syllogismus 6
310-324

S. THOMAS: Filius generatur per modum intellectus, ut Verbum; Spiritus Sanctus per modum voluntatis procedit, quasi Amor. Sed amor procedit a verbo, quia nihil amatur, quod prius verbo cordis non concipitur, **155**.

NILUS: Enunciatis propositionibus syllogismi, 310-314, eius maior impetitur, nam modus, quo processiones divinae habentur, a Patribus ignotus esse dicitur, **157**; ac proinde mirum non est ipsos contra absurditates insurgere, **158**. V. gr. Dionysius, **159**, Nazianzenus, **160** (ex quibus praeterea iterum atque iterum educitur syllogismos ad res divinas stabiliendas impares esse, **161**), Dionysius adhuc, et Damascenus, quorum assertiones argumentis Latinorum aperte oppugnantur, **162**. Haec tamen

A), 316: absurda sunt. Etenim generatio ex. gratia in divinis; *a*) si *absolute* in se consideratur, et ponitur ut producta ab intellectione Patris, tot debent dici generationes divinae, quot sunt Personae Trinitatis et actu intelligentes alias duas et se ipsam et actu intellectae (quod revera « absurditatum cumulus » est), **163**; si vero *relative*, seu in comparatione cum Spiritus Sancti processione, consideratur, has quaestiones proponere licet, quae pariter sunt absurdae, nempe: cur, procedente Spiritu ex Patre Filioque, ipsis vicissim Spiritus exsistentiam non praebet, quemadmodum ipsos diligit, ab ipsis dilectus? cur non se ipsum producit, qui eandem voluntatem Patris et Filii habet? imo cur tota Trinitas, ob amorem mutuum, aliam Personam non producit? **164**. Sed, his positis,

B), 318: impetitur quoque illatio syllogismi, **165**, ex caducis enim res divinae non fluunt, sicut ex Nazianzeno eruitur, **166**.

C), 318-322: obvia tunc Latinorum instantia repellitur, qui dicunt se per modum comparationis theoriam hanc de intellectu et voluntate solummodo adhibere. At id quidem *a*) in usu theologorum non est, **167**; *b*) secundum Chrysostomum comparationibus *tantum*, *quantum* est utendum, **168**, vel diffidendum prorsus, **169**. Ergo etiam ex hoc capite Latini nihil concludunt, **170**.

D), 322-324: denique fundamentum ipsum « huius mirabilis syllogismi » (verba Nili) reicitur; scilicet, vox « Verbum » non de Filio solum, sed et de Patre et de Spiritu, imo et de tota Trinitate simul sumpta, praedicatur, **171**, non enim est nomen proprium, sed commune, **172-173**. Sed praeterea nequaquam per appellationem « Verbi » modus divinae generationis manifestus fit, **174**, nam aliis etiam appellationibus Filius gaudet (splendor gloriae, character substantiae Patris), ipsi propriis, aliisque sibi cum Spiritu Sancto communibus (lumen de lumine), **175**. Igitur necesse esset Latinis propter appellationes has alios modos generationis divinae excogitare.

Caput XLI – Syllogismus 7
326-330

S. THOMAS: In substantiis immaterialibus non potest esse distinctio nisi secundum ordinem. In divinis autem Personis alius ordo, praeter originis, non datur. Ergo ut Spiritus a Filio distinguatur, ab ipso procedere debet, **176**.

NILUS: Utrumque potest dici: et servari et non servari ordinem in

divinis, prout diversi respectus considerentur, **177**. Itaque

A), 328: ratione essentiae Personarum, una in omnibus, nullus ordo habetur. Patet ex Scriptura, ubi alias alio ordine divinae Personae nominantur, **178**.

B), 328-330: ratione autem numeri Personarum quidam certe datur ordo, scilicet, uniuscuiusque Personarum inconfusio (Nazianzenus, Dionysius), **179**. Quo quidem fundamento praeiacto, minor syllogismi Thomae pessum datur, **180**. Ceterum ad salvandam distinctionem Spiritus a Filio, ordo ille causalitatis (originis) necessarius non est, sicut abunde iam est demonstratum, **181**. Ergo omnino reiciendus, qui etiam adeo est absurdus, ut, ipso posito, « nihil fere christianorum dogmatum incolume servari videatur », **182**.

Caput XLII – Syllogismus 8
332-334

S. THOMAS: Pater et Filius, quantum ad unitatem essentiae, non differunt nisi in hoc, quod hic est Pater, et hic est Filius. Cetera communia habent. Sed esse principium Spiritus Sancti est praeter rationem paternitatis et filiationis. Ergo est commune Patri Filioque, **183**.

NILUS: conceditur minor syllogismi, maior autem nihil veritatis continet, nisi illud: Patrem et Filium quoad unitatem essentiae non differre, **184**. Videlicet, Patrem esse principium et fontem et causam ex una parte est diversum a paternitatis ratione, ex alia vero est proprium et characteristicum Patris, ideoque Filio non competit, **185**. Audiantur Patres (implicite Nazianzenus, Dionysius; explicite Iustinus, imo ipse Thomas), **186**. Sed quidquid sit de hoc, iam demonstratum est apostolorum et theologorum traditione nihil esse commune Patri Filioque, quod simul Spiritui Sancto non conveniat. Ergo frustra syllogismus statuitur, **187**.

Caput LXIII – Syllogismus 9
334-338

S. THOMAS: Quidquid non est contra rationem alicuius, non est impossibile ei convenire, nisi forte per accidens. Esse autem principium Spiritus Sancti non est contra rationem Filii. Ergo Filius potest esse principium Spiritus Sancti. Sed in divinis esse et posse non differunt. Ergo Filius est principium Spiritus Sancti, **188**.

NILUS: Absurdum plane, nam *a*) hac ipsa adhibita argumentatione posset probari Filium esse Patrem, **189**; unde *b*), argumento sumpto ex naturalibus, sequeretur insufficiens esse ad Patris et Filii distinctionem alium quidem generare, alium vero gigni, **190**.

Sed praeterea, subsumpta minor fallax invenitur ex Dionysio, **191**; ita ut, si argumentum contra Latinos retorquetur, adhibita ipsa huius « portentosae theologiae » forma, Spiritui Sancto non repugnare probaretur esse principium Filii, ac proinde Filium ex ipso procedere, **192**. Igitur vel ratio Latinorum deserenda est, vel admittenda praedicta retorsio; neque quidquam valet suppositio illa (sub syllogismo Latinorum latens), sc. Filium ex solo Patre posse generari, quia etiam ex Patribus non solum supponitur, sed habetur explicite (Damascenus) « Spiritum ex Filio non esse », **193**.

Caput XLIV – Syllogismus 10
340-346

LATINOPHRONES: Characteristicum Patris et proprium Personae eius est quod generet, ut ex nomine patet, non autem quod spiret. Sed quod non est proprium Patris, est ipsi Filioque commune. Ergo quod Pater spiret ad Filium quoque pertinet, **194**.

NILUS: Utraque praemissa falsitate laborat, imo

A), 340-344, maior dupliciter sophistica est. Etenim *a*) Pater insignitur nomine hoc, non solum ex eo quod generet, sed etiam ex eo quod spiret; *b*) non inde praecise characterem sumit, unde nomen habet, **195**. Primum patet ex theologis (implicite ex Dionysio), **196**, et ex ratione, **197**. Alterum ostenditur, quia gignere et spirare, licet personalia et propria Patris sint, tamen *a*) modum, quo ipse exsistit, non demonstrant, ac proinde constitutiva eius non sunt, **198**, neque sic a theologis vocantur, **199**; *b*) diversa sunt, ac proinde modos diversos unius exsistentiae, sc. Patris, indicarent (quod est absurdum), **199**; *c*) ante generandi et spirandi proprietatem alia concipi datur, qua generans vel spirans iam exsistat, **199**; *d*) essentialem relationem erga Filium et Spiritum Sanctum involvunt, **200**.

B), 344-346, fallitur quoque minor syllogismi, nihil est enim commune duabus Personis, sed toti Trinitati, ideoque etiam Spiritus Sanctus spirativa virtute gauderet. Quod autem dicitur id absurdum esse, « ignobilis est excusatio », nam absurdum plane est, sed eiusmodi, quod ex absurdo profluat, **201**.

Caput XLV – Syllogismus 11
346-348

LATINOPHRONES: Spiritus Sanctus a Patribus dicitur ex essentia Filii esse. Ergo ex eius hypostasi est. Sed in Trinitate ad hypostasim pertinent causa et causatum, generare et gigni, spirare et procedere. Ergo Spiritus Sanctus a Filio quoque procedit, **202**.

NILUS: negatur primum consequens, *a*) neque enim in divinis, neque in naturalibus necessario sequitur aliquem ab aliquo exsistere, idcirco quia eiusdem essentiae cum ipso sit; *b*) id quidem obtinet, cum agitur de Spiritu Sancto respectu Patris, at paritas respectu Filii minime sustinetur, **203**. Neque timendum erit, ut essentia sine hypostasi ponatur, secus enim neque ab invicem Personae divinae discriminari possent, quibus una eademque essentia singulis subest, **204**.

Caput XLVI – Syllogismus 12
348-352

LATINOPHRONES: (Argumentum procedit ex eo, quod in Scripturis dicatur Filium omnia habere, quaecumque Patris sunt, et Spiritum Sanctum a Filio accipere). Unde aiunt: Filius acceptam a Patre habet spirativam virtutem. Sed spirativa virtus in natura divina radicatur, quae una eademque numero Patri Filioque subest. Ergo Pater et Filius unum principium sunt Spiritus Sancti, **205**.

NILUS: reprehendenda est potissimum maior propositio, seu potius immediata consequentia propositionis, i. e., quod communis sit Patri Filioque spirativa virtus, *a*) quia natura divina eadem numero est in tribus Personis, ac proinde etiam spirativa

virtus, in ipsa radicata, ad Spiritum Sanctum pertinebit (quod est absurdum), **206**; *b*) quia spirativa virtus aliquid personale est, et inde incommunicabile, vel secus una Persona erunt Pater et Filius, **207**.

Insuper frustra quaeritur undenam Filio oriatur spirativa virtus, cum nondum probatum sit eandem ipsi competere; ideoque frustra ipsa ponitur in eodem censu ac sapientia, bonitas, ceteraque a Patre Filio communicata, **208**; praeter quam quod exsulat paritas inter haec, sapientia enim et alia essentialia sunt, spirativa autem virtus personalis, **109**.

E contrario iam saepius in praecedentibus (in quinque sc. dissertationibus praeliminaribus) demonstratum est Patrem et Filium (si vel Filius Spiritum Sanctum spirare conceditur) non unam, sed duas causas esse, ac proinde non unum, sed plura principia constituere. Consequens igitur syllogismi par modo fallitur, **209**. Qua ratione autem illa verba Scripturae « quia de meo accipiet » intelligenda sint, in superioribus etiam ostensum est, **209**.

Caput XLVII – Syllogismus 13
354-358

LATINOPHRONES: Distinctio Personarum in Trinitate omnino inconfusa servanda est, ac proinde ea solum a Patre communicari poterunt aliis duabus Personis divinis, quibus distinctio Personarum non pereat. Sed distinctio, quae adest inter spirantem et spiratum (Patrem et Spiritum Sanctum), personalis est, non autem ea, quae spirantem inter et generatum intercedit. Ergo spirativa virtus Filio communicari potest a Patre, non vero Spiritui Sancto, **210**.

NILUS: Eidem repetitae difficultati eadem sit responsio. Itaque:

a) si spirativa virtus communis est Patri Filioque propter communem essentiam, erit quoque communis Spiritui Sancto; vel si Filio competit, quia erga eum Pater spirator non est, retorqueri poterit argumentum, et ostendi Spiritum Sanctum generativam virtutem possidere, **211**.

b) Generare et gigni, spirare et procedere non pertinent ad ea, quae naturalia sunt; quapropter pluribus Personis communicari nequeunt, **212**. Absurdum enim est Patrem et Filium in aliqua re personali convenire, qualis spirativa virtus censetur, **213**

c) Sicut Pater per proprietatem generandi non solum a Filio, sed etiam a Spiritu Sancto (qui nullo modo gignit) distinguitur; ita quoque per spirativam virtutem non a Spiritu solum, sed etiam a Filio, licet diversa ratione, discriminatur (Filius enim talem proprietatem Patris non accipit), **214**.

d) Denique, spirare (sicut generare et fontem esse divinitatis) demonstratum iam est esse proprium Patris, ideoque impossibile esse ut Filio conveniat, **214**.

Caput XLVIII – Syllogismus 14
358-362

LATINOPHRONES: Infallibilitas doctrinalis Papae processioni Spiritus Sancti a Patre Filioque suffragatur. Praeterea, Ecclesia Romana, multiplici sapientia dives, ad rectam Scripturarum interpretationem devenisse verisimilimum est, **215**.

NILUS: *A*) ad infallibilitatem quod attinet, Romanus Pontifex, sicut quilibet hominum, errare et peccare potest (Honorius, Liberius, Caelestinus), quemadmodum in tractatu *De Primatu Papae* iam ostendimus, **216**.

B) Sapientia autem despicienda

non est, ubi adest; sed quaerenda est potissimum simplicitas fidei, **217**. Ceterum Romana Ecclesia non semper sapientia floruit (ex Agathone Papa), **217-218**. Multa vero sapientia etiam in errorem inducere incautos poterit (exemplo Origenes sit, et Eusebius Caesariensis, necnon et philosophi illi, qui Ario auxilio fuerunt). Ergo verum non est Latinos cum supereffluenti sapientia firmitatem in fide necessario coniunctam habere, **219**.

Caput LXIX – Syllogismus 15
362-384

S. THOMAS: Additio a Patribus Constantinopolitanis facta Symbolo Nicaeno, novi dogmatis expressio non fuit, sed dogmatis exsistentis declaratio. Pariter additio Latinorum, processionis Spiritus Sancti etiam a Filio («Filioque»), explicatio est eius, quod in Symbolo Constantinopolitano implicite continetur. Ad hoc faciendum auctoritas Romani Pontificis sufficit, cuius approbatione Universalia Concilia roborantur, **220**.

NILUS: (Tanquam fundamentum responsionis praemittitur Latinos, ob additionem, anathematis poena irretitos esse, **221**). Tunc sic ex ordine tota quaestio de «Filioque» perhibetur; ac primum quidem

A), 364-372, historia Symboli et prohibitionum quidquam ipsi adiungendi vel demendi. Videlicet: *a*) Arius insania sua occasio fuit, cur Synodus prima Niceae congregaretur, **222**, quae Symbolum christianae Fidei confecit, **223**, a Concilio dein Constantinopolitano I magis declaratum ope quarumdam additionum, etiam quoad Spiritus Sancti dogma, **224**. Sed, ut patet, additiones huiusmodi nihil aliud erant, nisi legitimae explanationes Nicaeni Symboli, ut constat documentis (Nazianzeni pro ipso Concilio Constantinopolitano, Diogenis Cyziceni pro IV Concilio Universali, Concilii autem VI definitione sua), **225**. *b*) Symbolum igitur Nicaeno-Constantinopolitanum, quod integre exscribitur, **226**, adversus cuiusvis generis mutationem prohibitionibus subsequentium Conciliorum praemunitum est (Ephesina Synodus, **227**; Chalcedonensis, **228**; tertia Constantinopolitana, **229**). Eisdem prohibitionibus Sancti Patres, imo et Romani Pontifices (Agatho) usi sunt, **230**. Ergo nullo modo poenam anathematis effugiunt Latini, **231**.

B), 372-376, hae autem prohibitiones Conciliorum absolute omnino intelligendae sunt, ita ut nihil valoris habeant quaecumque pro se Latini excusationis causa, proferant, **232**: sive dicant prohibitionem solummodo Symbolum Nicaenum respicere, **233** (unum enim est Symbolum in Ecclesia, Nicaeno-Constantinopolitanum, **234**, ut ex sexto Concilio clarissime patet, **235**); sive contendant additionem suam eodem modo factam esse ac primas additiones in Symbolo Nicaeno a Patribus Constantinopolitanis introductas, **236** (ad hoc enim nullum ipsis ius aderat, sicut aderat Patribus, **236**): sive denique ad auctoritatem Primatus recurrant, **236** (nam omnino aliud ex Apostolorum ordinationibus — can. 34 — educendum erit, **237**).

C), 376-380, igitur diverso plane modo additiones Constantinopolitanae et «Filioque» Latinorum iudicari debent; Patres enim (contrarie prorsus Latini) conciliariter addiderunt, cum nullae adhuc exstabant prohibitiones et minae, cum ipsis licebat, **138**; praeter quam quod ipsorum additiones aperta erant mentis Nicaenorum explicatio, ut Thomas ipse fatetur; dum Latinorum additio iam saepius demonstrata est Conciliorum definitionibus contraria, **239**. Unde obiectiones ipsorum inefficaces iure reputantur, v. gr.: *a*) de Filio asserendum est, quidquid de Patre dicitur (non enim

hic de essentialibus quaestio est, sed de personalibus, qualis est virtus spirativa, **240**), aut *b*) sufficiens ad additionem erat Romani Pontificis auctoritas (haec enim sine aliorum consensu nullam retinet firmitatem, **241**, imo potius ad dissolvendam Ecclesiae pacem poneretur, **242-243**).

D), 380-382, sed ad improbandam doctrinam Latinorum de processione Spiritus Sancti etiam a Filio, eiusdemque in Symbolo additionem, duo facta omni exceptione maiora pro nobis militant, scilicet: *a*) Synodus Oecumenica VIII (Photiana anni 879-80), *b*) Epistula Ioannis Papae VIII ad Photium Patriarcham. Itaque ex Actis Synodi, cuius historia (tempus, adiuncta, scopus, praesidentia, confirmatio Papae) praemittitur, **244**, afferuntur documenta, quibus Symbolum Nicaeno-Constantinopolitanum, repetita Ephesina prohibitione quidquam in ipso immutandi, sartum tectum denuo custoditum est, **245**. Ex epistula autem Ioannis VIII ea seliguntur, quae produnt Ecclesiam Romanam, traditionis tenacem, nullam in Symbolo mutationem passam esse, **246**.

E), 384, quid igitur restat, nisi ut Latini, tot probationibus obruti, additionem illam deleant, ne separationem a Christo in die Iudicii patiantur, a cuius corpore mystico, id est, Ecclesia iam pridem recesserunt? **247**. Attamen ne id fiat, Paraclitus ipse Spiritus Sanctus enixis precibus obsecrandus est, ut pacem et unionem et amorem Christi Ecclesiae sanctae tandem aliquando tribuere dignetur, **248**.

III

INDEX CITATIONUM TEXTUS

Numeri communes *paginam*, parvi *autem ipsis adiecti lineam textus indicant, ubi incipit citatio.*

Referuntur etiam implicitae citationes, vel non nisi ad sensum expressae.

Cruce (†) *signantur opera non genuina (apocrypha vel saltem dubia).*

Signum interrogationis (?) *scribitur, quando vel opus, ad quod alludiur, ignoratur, vel citatio ab Auctore facta dubia esse videtur.*

Asterisco (*) *notantur illa loca, quorum citatio in textu erronea est.*

---

1 – EX SACRA SCRIPTURA

2 – EX SS. PATRIBUS ET ECCLESIAE DOCTORIBUS [1]

---

[1] Pro reliquis citationibus verificandis adeas, si lubet, ad notulas Textus hic iuxta numerum paginarum parvis numeris indicatas, quae ad Collectiones, ubi exstant, referuntur.

3 – EX CONCILIIS

a) Oecumenica:

4 – EX SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS

5 – EX PROFANIS AUCTORIBUS

IV

INDEX TOTIUS OPERIS ONOMASTICUS

Auctores, qui saeculo XV antiquiores sunt, nomine baptismi per ordinem recensentur; eorum tamen, qui magis sunt noti, etiam nomen familiae gentilicium (si habetur) in elencho subicitur.

Numeri, qui «italicis» typis exprimuntur, ad paginas textus graeci remittunt et indicant proinde nomen, de quo agitur, etiam in sequenti pagina (latinae versionis) inveniri.

Omnes numeri paginas referunt.

---

[1] Ea solummodo loca notantur, ut par est, in quibus aliquid speciali attentione dignum occurrit.

CORRIGENDA

Pag.	Lin.	Legi debet	Pag.	Lin.	Legi debet
8	11 (ab imo)	ab Anna Sabaudiae	133	3	lectionum nempe
9	7	*ἁγίου*	154	28	aggressi sunt
»	23	*ἄλληλα διαφέ-*	157	9	quam feceram
14	12	Annam Sabaudiae	190	9	*ἑαυτοῦ*
25	14	*χρησάμενος ἑρμηνεῖ*	192	25	*οὖν*
32	24	*ἅπαντα*	310	29	*εἴη*
49	9 (ab imo)	habet	320	3	*θείων*
65	3 (ab imo)	*Ἔπειτα*	335	4	et Philosophum
88	24	a Doctoribus	356	22	*ἀντιδιήρηται*
113	2 (ab imo)	*γνωριμώτατα*	370	10	*πάσης τῆς*

Quaedam alia, levioris momenti, prudens lector excusabit.

Nota bene:

Infausto casu accidit, ut, dum opus iam correctum prelo edebatur, machinarum pressione (sic enim a technicis pro explicatione dictum est), aliquorum verborum graecorum accentus perfracti exciderint. Defectus autem solum evenit litterae *ι* accento acuto (*ί*) insignitae, quippe quae maxima, ut dicunt, fragilitate laboret.

Casus huiusmodi (saltem *prout in postremis* editionis *exemplaribus* deprehenduntur) hi fere sunt:

Pag.	Lin.		Pag.	Lin.	
13	5	*ἐρίζειν*	256	20	*οἰκείῳ*
188	18	*συγκρίνοντες*	258	1	*διαίρεσιν*
192	2	*παντί*	260	28	*διακρίνων*
»	8	*γνωρίζεται*	264	28	*ὡρίσαντο*
200	11	*ὑποπίπτοντα*	278	1	*ἐπί τε*
210	5	*φρίττοντας*	314	19	*θείας*
242	27	*χαρακτηρίζοιτ'*	326	3	*εἰσί*
»	29	*ἀποδείξεως*	346	29	*οὐσίας*
246	13	*Λείπεται*	360	24	*νομίζειν*
248	16	*ὑπερουσίων*	374	17	*Ἐκκλησίαν*
»	22	*ἀναγκαία*	382	35	*ἀποπνίξαντες*
»	23	*μείζονα*			

ADDENDA

Ad numerum 38 paginae 47: *

Alius adhuc codex Bibliothecae Vaticanae incompletum nobis praebet opus Trinitarium Nili, scilicet Vat. gr. 2364, miscellaneus, mutilus, saec. circiter XIV (sicut manus sat recens ad folium 1 notavit) vel XV (ex filigranis), sine operum nec capitum divisionibus.

Foliis 2^{v}-91^{v} dantur fragmenta *De processione Spiritus Sancti,* nempe: 9^{v}-11^{r} *Introductio* operis ('Απάντησις...); 11^{r}-15^{v} alba sunt (ad *primam partem* transcribendam): 16^{r}-48^{r} integram *partem alteram* continent (dissertationes quinque)- 48^{v}-60^{v} capita 1-11 (hoc postremum solum inchoatum) *primae sectionis tertiae partis*; 61^{r}-64^{v} alba remanent (pro capitibus 11-21); 65^{r}-76^{v} capita 22-34; 76^{v}-77^{r} praebent initium *Prooemii de syllogismis,* quod foliis sequentibus albis (77^{v}-81^{v}) continuandum erat; denique folia 82^{r}-91^{v} capita 35-39 (Syllogismos 1-5, huius autem postremi partem solummodo), exscribunt. Cetera desunt omnino.

Ad numerum 156 paginae 176:

Necesse non est ut, in re notissima, refutatio Nili Cabasilae instituatur. Igitur de Honorio papa I necnon de mente S. Leonis II, qui et Concilium generale VI confirmavit et ratam habuit condemnationem Honorii, videas E. AMANN, art. *Honorius I* (DTC VII 120-121) et art. *Léon II (Saint)* (ibid. IX 301-302), ubi locupletissimam bibliographiam de tota hac Historiae Ecclesiasticae implexa quaestione reperies.

Breviter et exhaurienter de his consulatur oportet M. D'HERBIGNY S. I. in eius opere *Theologica de Ecclesia* II, Parisiis 1928³, pp. 358-359. Documenta autem ecclesiastica, quae collecta dantur in KIRCH, *Enchiridion Fontium Historiae Ecclesiasticae antiquae* (nn. 1082-1088) explicantur recte ab E. AMANN in articulis superius adductis.

Denique de Liberio papa consulas quoque, si lubet, M. D'HERBIGNY S. I. (ibid., pp. 196-200).

---

* Notitiae huius Em̃o Domino Ioanni Card. MERCATI debitor sum, cui gratias acceptas humanissime refero.

INDEX GENERALIS

B) TEXTUS NILI CABASILAE

C) INDICES